Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

NAPOLI

FLAVII JOSEPHI

QUAE REPERIRI POTUERUNT,

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE,

Cum Notis & Nova verſione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Univerſa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & ſelectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Teſtimonio FL. JOSEPHI de Jeſu Chriſto;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Hiſtoricae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Hiſtoriae Joſephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadverſiones ad JOSEPHUM & ſpecimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de Vita & Geſtis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exſtat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, dispoſuit, & poſt JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum inpreſſos, tum Manuſcriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recenſuit, Notasque paſſim ſuas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſor, in Academia, quae Lugduni eſt, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI, LUGD. BAT. ULTRAJECTI } Apud { R. & G. WETSTENIOS. SAM. LUCHTMANS. JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS,

NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES,

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT.

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,

JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,

PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;

SANCTA DESIGNANT ALTARIA, SED EVERSA;

UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;

AB HOSTE, A SUIS, A COELO.

FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,

CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.

JUDAEUS UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,

PARUM DIFFERT.

VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,

NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,

SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,

NON PRO SUO NITENTEM MERITO.

PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,

INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.

QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,

SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,

UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,

GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,

QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

 HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORI REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,
QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.

L E

LECTORI BENEVOLO

S. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis noſtris eventus, neque conatus ille, viſus quibuſdam audax & periculoſæ opus aleæ, irritus fuit. Quaſi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is, qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis ſuis uxorem, domum duceret; ſic omnes *Joſephum* edere cogitantes idem manere fatum, notiſſima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticuloſus merito, imo ſtultus a cordatis viris vocari meruiſſem, ſi animum infringi hiſce plus quam anilibus nugis ſiviſſem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tam longo atque difficili labori ſeſe adplicuiſſent, vel duodecima diei hora cœpiſſe ædificare, vel in longum laborum ſuorum procraſtinaſſe uſum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quoſdam, qui in ea deſudarant palæſtra, quum miſceri quotidie funera ſenum juvenumque videamus. Imo tanto magis ſtimulum indies admoveri mihi ſentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapſos, vel in medio curſu deſtitutos, vel denique, ad ipſam metam impacto vitæ curriculo, effuſos, in vanum exercuiſſet. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Voſſii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Boſii*, *Monachii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inferi principiis illuſtri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba ſtetit fides; Plurimos in ipſo labore mors oppreſſit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ ſimultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim diſſimulanda ſunt merita aliorum, ſed ſua cuique jura reddenda) omnium omnem ſupercavit jactum *Joannes Hudſon*, vir Græce doctiſſimus, & cujus plurima in Helladem exſtant merita. Hic enim eſt, qui *Joſephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectiſſimam, multorum annorum ſudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Ruſinique* nomine fulgebat, Verſione; ad ipſa Græca prorſus Novam laborioſa concinnavit induſtria. Sed ipſe dum *Joſepho* ſuos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Diſceſſit enim ad plures, dum ſuprema manus operi inponitur, & in Indice verſantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exſpectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam acceſſione hederam placentem ſuæ merci apponerent. Ea cauſſa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante ſua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum ſperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudſoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, ſed pro more gentis pretioſa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro inſtituto laudatiſſima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Cocceji* notatum emendatumque manu exemplar ſuum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem ſibi proſpexerant, mihi ſuum aperuiſſet conſilium revocandi *Joſephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri poſſet luculenter &

operoſe; & ſtudii mei & officii eſſe exiſtimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum uſu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobiliſſimus Hiſtoriarum Auctor, & proximo poſt Sacros Scriptores loco *Flavius Joſephus.*

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumſpicere, atque Doctos ubicunque Viros ſollicitare de juvando hoc inſigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudſonus*, omnibuſque ibi perluſtratis Bibliothecis, reſiduum inde nihil fecerat; miſſa & ipſi aliunde plurima erant ſubſidia. Et tamen poſteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquiſſe teſtari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Acceſſionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem ſuam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim poſſedit *Iſaacus Voſſius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudſonus*, & copia itidem facta fuiſſe *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri teſtantur. Hos diligenti cura inſpeximus, paſſimque varietatem illorum, ubi a *Voſſianis* excerptis diſcrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) incluſas, ubi *Hudſonianis* Lectionibus interſeri neceſſe erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta ſcriptus eſt, ſed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appoſitum nomen teſtatur, poſteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpreſſum exſtat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptiſſimi olim erant, hinc *Boſii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nanciſci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum deſiderans, ut ſcribit *Grævius* in Epiſtola ad *Heinſium*, quæ in noviſſima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eoſdem libros, ſed addito undecimo, exſtare accepi in *Mediolanenſi* Bibliotheca *Ambroſiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde diſcedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clariſſimi Italiæ ſui luminis *Ludovici Antonii Muratorii. Vetuſtior* (inquit) *Flavii Joſephi MS. Codex pergamenus Ambroſianæ Bibliothecæ ſignatus Lit. F. n.* 128. *fol. minori, qui fuit olim Archiepiſcopi Philadelphiæ, mancus eſt, ac initium habet a libro* XI. *Hiſt. Judaicarum. Præſtantiſſimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in ſuperiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perſpicue legi poſſint ab homine vetuſtiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera* β *in eo ſemper hac forma ſcribitur u.* ν *vero u, ita ut ab* η, *quam frequentiſſime in eodem codice idem character repræſentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui* λ. *&* ι. *complectitur, ea forma perpetuo expreſſus, quæ pro litera* μ *in adjacenti verbo ſit accipienda. Subſcriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, ſed vocali ſuæ adhærentem.*

Poſt eam partem hiſtoriarum ſequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Joſephi græce ſcripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exſcripſi, atque ita ſe habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud variun notavi ab impreſſo, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομήσασι, καὶ τὰ ἀρχαίας ἀπολαύσασιν εὐδαιμονίας, ταῦτ' αὐτοῖς παρέσχε. παρορμήσας γὰρ τὸν κύρε ψυχὴν, ἐπίηστν αὐτὸν γράψαι κατὰ πᾶσαν τὴν ἀσίαν. Ὅπ κύρ⊖ ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ θε⊖ ὁ μέγις⊖ τ⁹ οἰκυμένης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τῶτον εἶναι ὃν τὸ τ̃ ἰσραηλιτῶν ἔθν⊖ πρόσκυνει καὶ γὰρ τοὔνομα αὐτοῦ πρεῖπεν ὄνομα διὰ τ̃ προφητῶν. Καὶ ὅπ τ̃ ναὸν οἰκοδομήσω αὐτῷ ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἰουδαίαι χώραι. ταῦτα δ' ἐγὼ κύρ⊖ ἀναγινώσκων τὴ βιβλίαν, ἃ, τ⁹ αὐτῷ προφητείας ὁ ἡσαΐας κατέλι-

πέλιπε πρὸ ἐτῶν ἑξακοσίων καὶ δέκα. ἔστω γὰρ ἐν ἀποῤῥήτοι εἶπε ταῦτα λέγειν τ̃ θεόν. Οπ βέλομαι κῦρον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ἀποδείξας βασιλεία. πέμψαί με τ̃ λαὸν εἰς τὸν ἰδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαί με τ̃ ναὸν.

Ταῦτα ἡσαΐας προεφήτευσεν ἔμπροσθεν, ἢ καθασκαφῆναι τ̃ ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ πεντεκόντα. Ταῦτ' ἂν ἀναγνόντα τ̃ κῦρον. Καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον ὁρμή τις ελα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Σπάσεως τοῖς δυνατοῖς Ἰουδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀντέχω δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerpens, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 781. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſima illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum ſi quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in* 4^to *minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

Hafnienſi Profeſſor; cujus liberalitate ex ſuis quoque MSS. tranſmiſſus ad me eſt accuratiſſima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipſius, uti & ſuperior de Bello, manu inſtituta & ſcripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafnienſis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudſonus*, qui non niſi pauca ejuſdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. ſi quærimus denſitatemque Variantium Lectionem, immanem ſylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos tranſmiſit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Theſaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum cauſſa agens; nunc vero poſt viſam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum viſens Latium; cujus inde avide reditum exſpectamus, ut collectam undique eruditionem pleno ſinu in patriæ ſuæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod ſerius veniſſent, in Addendis collocantur pag. 1. & ſeqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad ſex vel ſeptem MSS. collatos; inter quos Regius ſeculi undecimi, & inſigne Exemplar Bibliothecæ *Coiſlinianæ*. Liber deinde *Joſephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Pariſienſibus miræ diſcrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. uſque 171. Vita dein *Joſephi* cum MS. Regio pag. 171. uſque 175. Ordo tum ſequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. uſque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte uſus *Bigotius* fuit, & quæ paſſim in *Hudſonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (ſicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adſcripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) ſed ſine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ eſſent; quare conſpectum earum accuratiſſimum invidere Curioſo Lectori nolui, præſertim quum plurima quoque occurrant in iiſdem quæ fruſtra in *Bigotianis* quæras; miſit hanc ultimam farraginem Pariſiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. uſque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel ſerius ad nos pervenerunt, quibuſque vel in Notis uſi ſumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior ~~jam ad~~ Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudſoniana* procedit, quæque vel editas ~~Notas~~ vel ineditas complectuntur. Editæ ſparſim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Franciſc. Combefiſii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Aſiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus noſtras ſubinde animadverſiones correctioneſque adſperſimus. De ſingulis horum aliquid dicendum eſt, ut & inſuper de illis, in quas fruſtra inquiſivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Joſephi* ſcripta provolaſſe virum undecunque doctiſſimum, & ab orientali præſertim literatura inſtructiſſimum, *Edwardum Bernardum*. Tota hiſtoria *Joſephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expreſſe admodum continetur in Vita ejuſdem, quæ a *Thoma Smitho* edita eſt Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi *Raphoenſis*, Vita & Epiſtolis. At quoniam iſtius libelli pauca admodum impreſſa ſunt exemplaria, & ob id in paucorum verſetur manibus, ipſa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & ſeqq. *Jam ſibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, iſto itinere per annum & ultra intermiſſos, alacriori animo reverſus eſt. Habuit vero, ſi quiſquam alius, vaſtum omniumque diſciplinarum capax ingenium, quod induſtriam, laxamentis debili infirmoque corpori ſuſtentando neceſſariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

otio & ignavia obſoleſcentem, nunquam deſtituit. Veruntamen licet ſcientias Mathematicas ex inſtituto Profeſſionis diligenter quidem excoluerit, uti poſtea videbimus, tamen longe fortiori animi propenſione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Hiſtoriæ, tum ſacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque ſeculorum, Chronologiæ & Antiquitatum ſtudium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occaſio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera uſurus, Joſephi, *præſtantiſſimi Hiſtoricorum, & poſt Scriptores ſacros maxime æſtimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare conſtituerat: ſed ab iſto propoſito, neſcio an ſubſidiis ad id opus complendum deſtitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Boſio fere ubique ſparſa, quod ille nimirum eundem quoque edendum deſtinaſſet, collectis undique e codicibus MSS. Viennenſibus, Lipſienſibus, Schluſingenſibus, quos ipſe, * Vir maxime induſtrius ſagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Pariſienſibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum ſuorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorſum impeditus, tunc ſibi deſiſtendum eſſe pro prudentia ſua voluit, præſtolaturus, donec foetum iſtum nobilem, quem omnes pulcherrimum ſuiſque partibus abſolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipſienſe, obſtetricante doctiſſimo Boſio, parturiiſſet. Ille iſta bona ſpe per multos annos concepta, & quæ luctuoſa Boſii, de re literaria ſcriptis ſuis hactenus præclare meriti, & opere deſtinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, fruſtratus, metam, ſine læſa cujuſpiam æmuli curſoris in iſthoc ſtadio ambitioſe certaturi fama, jam attingi poſſe ſatis gnarus, iſtius incepti, auſpiciis ſuis, qui omnia in Academia potuit, maturandi ſive gloriam ſive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem inſtar ſapientis Architecti de omni idonea re materiaria, inſtrumentis, reliquoque neceſſario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, ſumme ſolliciti, quantum eſſet exemplarium manuſcriptorum, tum Græci textus, tum verſionis Epiphanianæ in noſtris Bibliothecis latentium, primo in uſus ſuos comparavit, ſchedis Boſianis, jam illo inſtigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni ſane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia tranſvectis, vix quippiam ſubſidii ad illuſtrandum textum colligi potuerit, (demptis exceptiſque quibuſdam e membranis Peireſcianis, ab illo Viro ingenioſiſſimo olim excerptis) † quos nimirum ſpiſſa Rabbinicarum obſervationum farragine ad nauſeam uſque oppleviſſet. Deinde, Bernardus, ſpecimine operis Joſephici edito, doctiſſimos Amicos ſuos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique ſparſos, crebris literis ſolicitavit, ut ſuppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut ſonantiori plauſu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim geſtiebant: & inter ipſos quoque D. Iſaacus Voſſius, acerrimus ingeniorum cenſor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, ſive ex exquiſitiſſimo judicandi acumine, ſive ex moroſitate indolis, ſæpe nimium quam parcus. Hiſce ſubſidiis inſtructiſſimus Bernardus grande hoc opus jam aggreſſus eſt; fruſtra querelas ſuas de hac palma ſibi prærepta interponente D. Monachio Leidenſi, inque illo, craſi licet labore continenti vigiliiſque pene exhauſta, ac viribus debilitatis, alacer & ſibi conſtans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perſeveravit. Unde vero contigerit, quod opus iſtud deſideratiſſimum & tanto molimine elaboratum, quaſi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, ſalva & integra manente D. Bernardi fama, heic paucis indicabo. Multi verſionem Epiphanii, tanquam imper-*

** *fe-*

* Ad D. Boſium ſcripſit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggreſſus eſt, editione, epiſtolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epiſtolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinſii epiſtolam ad eundem, p. 425. De literis vero hiſce D. Jenkinſii v. epiſtolam D. Ezechielis Spanhemii ad Boſium, p. 465.

† Vide epiſtolam Bredelii ad Boſium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum respondentem, redarguentes, novam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iste Vir doctissimus præ festinatione aut oscitantia sensum Authoris non rite fuisset assecutus, importune & pene ingestis convitiis desiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excrescentium copia acriter questi sunt. Quod & ipse primo inspectis perlectisque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, schedis, objectum iri facile præsentiebam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curiositate, annotandis, inque censum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & restitui potest, exceptis, & cum cura seligendis: exemplo Viri præstantissimi, & in hisce literis tractandis summo cum judicio exercitatissimi, Henrici Valesii, quod imitandum proposui: versionibus Rufini Aquilejensis & Epiphanii Scholastici sæpenumero ab illo consultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis transcribentes, voces sæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipsis lubebat: unde pro numero exemplarium, si plura suppetiissent, feracior ejusmodi lectionum seges, non cujuspiam bonæ frugis, & plane resecandæ, continuo excresceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diversa ratio laboriosa exploratione melius indigeret, pariter dicendum est: sæpe enim pompæ quasi causa & ad ostentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari solent. Maxime vero displicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Dissertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut justo volumine seorsim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Censores, necessitatem inseruntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ simultates, deinde mutua displicentia; & apertæ lites, utrisque, pro diversa, quam secuti sunt, sententia, argumentis ultro citroque agitatis tenacissime inhærentibus. Hoc ussit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipse statuisset, sibi juberi ineundam. Cessant operæ Typographicæ, nec amplius jam, Democraticis Schismaticisque rempublicam literariam, pariter ac civilem & ecclesiasticam, turbantibus, præsertim post D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Josepho sumptibus Universitatis erat cogitatum. Post sex septemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxoniensium precibus victus, opus illud denuo in manus sumpsit, jam contractiori forma ad modulum novi specimini publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix essent, paucis schedis impressis, jam suæ temeritatis satis convicti, & ipsi quoque destiterunt. Ita de Josepho ejusque Chronologia restituta conclamatum est: cujus tristi fato comites & assecla, Aristeas, Josephus Gorionides, & Hegesippus de excidio urbis Hierosolymorum, *prostrati, tantisque sub ruinis sepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhistora & Criticum, quanta subtilitate ingenii, quam solerti pollentem judicio, quam in intricatissimis temporum supputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum sacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & dissertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Josephi, & partem quinti, (in his enim solis illius sudavit industria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) se præstiterit, supervacanei erit laboris hic pluribus ostendere: cum id jam omnes, distractis exemplaribus, norint, & ubivis sit testatissimum. Dolebunt mecum harum literarum studiosi & amantes, hisce, sive æquis sive iniquis, interpellationibus, grave istud damnum, quod vix seculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigisse.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipse edidit, suis locis adposuimus, excerpserat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem Le-

Lectionis facerent; *Hudſonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Joſephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut hiſtoriam illuſtrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis verſionem ſpectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudſoni* interpretationem ſecuti ſumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, in Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Eccleſiæ Chriſti; eratque omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultus; muſices gnarus & Muſarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia ſumma exſtitit erga Alumnos, præſertim Nobiles, qui ſub ejus auſpiciis vivebant, diſciplinæ alias Eccleſiaſticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia ſumma cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca ſcripſit, exque ſuis ipſe ſcriptis nihil fere edidit, factis vero ſuaviſſimam ſui memoriam amicis & poſteris reliquit.

Franciſci deinde *Combefiſii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inſeruimus. Opuſculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Eraſmum* Verſione editum erat in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum, atque inde in *Joſephi* ſui Appendicem receperant *Lipſienſes* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, *Jacobi Gronovii*, doctiſſimis ad ingentem iſtam Lacunam, ab iſto primum expletam, Notis meritum locum adſignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Joſephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adſperſas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros x. priores. Antiq. *Voſſianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt poſſeſſionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudſonus*, & ipſe reperi in *Joſephi* Editione Baſileënſi ad marginem diligenter adſcriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Myſtæ* Harlemenſis Eccleſiæ *Abrah. Allardini*, qui inſuper alterum exemplar *Joſephi* poſſidet, in quo omnia illa, quæ ſua manu in meo *Jo. Coccejus* perſcripſit, alia nitidiore deſcripta exſtabant. Quorum librorum etſi propter Originales, aliosque a priore manu, non magnus mihi uſus eſſe potuit; volui tamen publice exſtare commendationem hanc honeſtiſſimam ſuaviſſimi quondam in literarum rudimentis, altioribuſque deinde diſciplinis, mei ſodalis. Multas conjecturas libro ſuo adſcripſerat *Coccejus*, quas fideliter ſub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Joſephum* exſtitit; inſerta enim charta pura, ubique Notas ſuas & Animadverſiones ſeminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, ſi per acerba, heu! tanti viri fata licuiſſet. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare auſim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium ſcribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatiſſimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama eſt *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo ſuis præluxit majoribus, ſed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuiſſe copiam. Notum erat nobis exſtare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, ſed ardua via adipiſcendi; tandem eluctatus moleſtias, ipſum Exemplar manu ejus ubique conſcriptum nactus ſum, mittente Cl. viro *Maturino Veyſſiére la Croze*, Regiæ Majeſtati a Bibliotheca, idque ex ſingulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipſe addita Latiniſſima Epiſtola, verbis quoque honorificentiſſimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos verſaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adſpicientes ora, ut *Joſephi* quoque *Spanhemiani* Servatorem

rem ſuſpicerent! In recenſendo autem *Joſepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Joſephi* dictiones & narrationem ubique inter ſe conferret, dein ut rariora verba atque ſignificantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æſchylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Heſychio* & aliis, illuſtraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ ſunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Geleniance Genevenſis* omnia illa ſcripſerit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore conſtiterunt. Haſce notas adepti ſumus, ubi typi perveniſſent jam ad finem Lib. Quinti. Uſi itaque mox ſumus illis ab initio Libri VI. & quæ notata erant ad Libros V. priores, inter Addenda ſeu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ ſolutæ adjectæ erant, manu ejus deſcriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Joſephi* Editionem applicuiſſe inſignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ iſtæ ſolutæ Chronologica *Joſephi*; Æras apud *Joſephum* in Hiſtoria Sacra & Externa obſervatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præſides & Procuratores, nomina item aliorum Præſidum in *Joſephi* ſcriptis occurrentia; Obſervationes de *Joſepho* ipſo; Loca & Verba in *Joſepho* ſuſpecta & notanda; verba denique *Joſephi* apud *Heſychium* obſervata; Quæ omnia collocata ſunt in extremo Tom. II. pag. 402. & ſeqq.

Omnibus hiſce Variorum Doctorum Notis inter *Hudſonianas* locum dedimus, ſed ita, ut ſemper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen eſt, eas ſciat L. B. *Hudſonianas* eſſe. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco ſuo inſertis) & Addendis *Hudſonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetſoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hoſce ante mihi ignotos inquiſitione facta, *Ibbetſono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipſum privatam vitam & paucis notam egiſſe; *Lauthios* vero eſſe duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in ſermonibus, Doctorum Virorum lucubrationibus, quæ vel interciderunt, vel in occulto ſervantur. Præter hoſce ſcilicet quos modo memoravi, notum eſt *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, ſive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* ſerio omnes de edendo *Joſepho* cogitaſſe. *Petri Cunæi* laborioſa commentatio, repetita ſæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipſo quidem volente & coram jubente domino, abſumta eſt. Quum etenim Clariſſimum illud Academiæ noſtræ Lumen, quæ ultima ipſi fuit gravaretur ægritudine, ſentiretque ſibi vitæ lucem, ſe cito ſuis defuturum; captata occaſione quum juxta focum forte decumberet, neptem ſuam juſſit certum chartarum faſciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Joſephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Muſeo ſuo adferre, atque allatum coram oculis ſuis igni injicere; quod ita factum ex Ampliſſimis doctiſſimi iſtius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama eſt; volunt, denſum fuiſſe ipſi Volumen, in quod omnia (ut erat diffuſæ admodum eruditionis) quæ ad *Joſephum* aliquo modo trahi poſſent, conjiciebat; certum vero illud, ipſum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupaſſet, abjeciſſe per tempus conſilium ſuum de edendo *Joſepho*, atque plurima ex illo Obſervationum Oceano in Libros, quos ſub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivaſſe. Dicitur tamen poſtea ad antiquum reverſus laborem; ſed intervenit ſuprema dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus eſt, verum nuſquam quoque denſum illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) viſum & oſtenſum, apparuit, licet etiam nomine Magiſtratus inquiſitio per Domeſticos eſſet habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis ſuperſtes ita ſe habuiſſe adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit; amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipſe aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigeſimam nonam integri *Joſephi* partem pertinerent; ſcriptas in ſchedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuiſſemus, ſi noſtri arbitrii ea res fuiſſet; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctiſſimæ illæ ad Decreta Romana & Aſiatica Obſervationes, quas ſuo loco inſeri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuiſſe prætermiſſum patere poteſt ex Notulis poſtumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipſæ non ultra primum iſtum Librum progrediuntur, & tamen legi poſſunt poſt eundem pag. 60. & nobiſcum ultro communicatæ fuerunt a praeſtantiſſimo *Joanne Doitſma*, Hornanæ Scholæ prudentiſſimo Moderatore.

Et hæc quidem ſunt, quæ ad *Flavii Joſephi* contextum illuſtrandum ſumma cum cura a nobis requiſita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par eſt) habetur, ſuppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Poſterior mole ſua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel ſerius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Joſephicam tamen ſcriptionem facientes. Unde præter illas, quas memoravimus, Collationes, invenies ibi Doctiſſimi Viri *J. Waſſe* Specimen Examinis V. L. *Hudſonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clariſſimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Joſepho*, ſed plurimum ab auctore, qui pro ſua humanitate id ad nos tranſmiſit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Baſileënſi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque ſimul ſubſequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatiſſima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Joſephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in poſtrema Editione *Joſephi* Germanica exſtat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipſe teſtatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo ſuperius pag. 76.) congeſta; qua continentur *Ariſteas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Joſepho* tributum περὶ πάθους, & alia quædam, quæ inveniri ibidem poſſunt uſque pag. 156. interpoſitis dein quibuſdam V. L. habes Excerptum de *Joſepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Inſtitutionibus Antiq. & Hiſtor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus aſſeritur *Joſepho* ut legitimum Teſtimonium illud vexatiſſimum de *Jeſu Chriſto*, uſque pag. 232. quibus ob argumenti ſimilitudinem adjunximus xxx. *Epiſtolas Philologicas & Hiſtoricas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Noribergæ anno 1661. cura *Chriſtophori Arnoldi*, Eruditorum uſui minus patebant, & procedunt uſque pag. 285. Teſtimonium illud de Jeſu exſtat in Editione noſtra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum verſaremur, de peculiari Diſſertatiuncula ſuper illud cogitatio animum ſubiit, cum alia, quæ Numiſmata, *Joſepho* illuſtrando ſculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam ſequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici poſſunt, dicta ſunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum ſequuntur, omnino *Joſepho*, ita

ut legitur, tribuendum exiſtimo, quæcunque Scriptorem nobilem cauſſa ſtimulaverit, ut nobiliſſimum hoc emblema purpuræ ſuæ aſſueret.

Poſt hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inſpectoris Chronologiæ & Hiſtoriæ *Fl. Joſephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rariſſime in hiſce terris viſum, ab amicis *Hafnienſibus* ad me transmiſſum eſt. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi uſque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Joſephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejuſdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum conſentanea, vel certe illis non ſunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit diſcrepantiæ cujuſdam *Joſephicæ* cum S. S. commodum inſerere heic lubet ſtricturas quaſdam, quas adſcripſerat in fronte libri ſui Reverend. *Albertus Alberthoma*, Eccleſiæ Lugd. Bat. quondam paſtor fideliſſimus, quique in literis plurimum ſibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ ſuæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Joſephum inter illos avidiſſime pervolutaverat, ut adſcripta ubique loca ex aliis ſcriptoribus, inter legendum obſervata, abunde teſtabantur. Is itaque hiſce ipſis verbis ad hæc Capita ſeu Numeros retulit crimina quædam, ſeu aſtutias *Joſephi* noſtri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Moſe & Sequentium temporum Hiſtoricis Sacris compendio tradita ſunt, & narratione ſua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis obſervare licet l. 4. c. 8. Antiq. ubi ſæpiſſime legum Moſaïcarum rationes & cauſas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (neſcio quo conſilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita pauciſſimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Eliſæi curata.*

III. *Rurſus varia Hiſtoriæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum ſola fides penes noſtrum Auctorem eſt. Vide quæ ſcribit de Moſis rebus geſtis in Ægypto. ſic Plurima Hiſtoriæ Salomonis admiſcuit, de quibus altum in S. Litt. ſilentium.*

IV. ORATIONES *a ſummis viris publice habitas totidem quaſi verbis repræſentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta ſolummodo in S. Libris ſuperſunt, prout mos quoque eſt Hiſtoricis præſtantiſſimis Livio & aliis. Confer Voſſ. de Arte Hiſtor. c. 20. 21. & Juſtin. l. 38. c. 3. in f.*

V. *Ad eundem modum Epiſtolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum eſt*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri paſſim poſſunt.*

2. *Eo ſpectat formula, ſæpe ab Auctore uſurpata ut in fine Lib.* II. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpiſſime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Hiſtoriæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus uſitatis.*

1. *Eo quoque referendum eſt, quod Hebræorum menſes vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coſſ. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibuſdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Joſephus ipſe interpretandorum ſomniorum peritus, uti de ſe teſtatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium ſpectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant eſſe Romanis. e. g. illa quæ notat de ſomnio Nabuchodon. & paſſim.*

XI.

XI. UT JUDÆORUM GENTEM *Ethnicis commendet,*

1. *Eorum hoſpitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extraneorum munificentiam erga Judæos ſtudioſius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam cenſeat Joſephus ſacram Poëſin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti ſunt Diſſertatiunculæ quædam, ſtudioſe conſcriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos tranſmiſſæ ab eodem Eruditiſſimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Profeſſore. Continent *Omiſſa Varia a Flavio Joſepho*, & inſuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phraſibus vel Hiſtoriis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars ſpecimen continet laboris utiliſſimi, ſi quis eum ſubire vellet, ut ad Raphelii morem, ſicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illuſtrationem faciant, *Joſephum* quoque accurata induſtria perlegeret; quem plurimum in phraſi ſua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum ſæpiſſime deprehendimus. Miſit vero haſce Obſervationes inprimendas Auctor, ut ſalivam literatis moveat Lexici in *Joſephum* Operoſioris commemoratio atque promiſſio, in quo ſecundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congeſta dicit quidquid vel *Joſepho* vel ex *Joſepho* S. S. lucem credidit adferre poſſe, & ſic quaſi *Concordantiam* fore *Joſephicam*. Verba ejus hæc ſunt: *Hanc Centuriam ſpeciminis ſaltem loco damus; poſſent enim in ſexcenta alia Scripturæ etiam Novi Teſtamenti loca pura ſiſti, quibus aliquid vel ex Joſepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipſi. Majores noſtri labores ex quibus hæc excerpſimus, in modum Lexici conſcripti juſtum & magnum Volumen in Folio habent & quaſi Concordantiam, infinitis Obſervationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil deſit, dein quæ rem Numismaticam veterem illuſtrant, conſignata enim ſunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numiſmata, quæ omnia vel abſolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri poſſunt.* Ipſius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo conſilium & modus Viri Præſtantiſſimi omnibus patere poteſt. Sed in ejus Libri editione obſervandum erit, prius omnia *Joſephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudſonum* Editionibus expreſſa ſunt, conferri ad noviſſimam debere, ut non ſolum Libri, Capita, Paginæ, ſed verba quoque reſpondeant; dein ut Numiſmata non alia adferantur, niſi quæ *Joſepho* illuſtrando faciant, eaque, ſi fieri poſſit, multa hactenus inedita oſtendant, Nummi ipſi juſta magnitudine, non veluti æquales picturæ ſculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inſcitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram ſimilitudinis oſtendant. *Ottiana* iſta comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Diſſertatio *Chriſtophori Cellarii* contra iſtum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Joſephi* de *Herodibus* hiſtoriam a Νοθείας ſuſpicione vindicat. Agmen denique claudit Opuſculum Doctiſſimum, *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria *Idumæa*, ſeu Diatribe de Vita & Geſtis *Herodum*. pag. 333-401. Quæ enim ſuperſunt ſuperius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes quaſdam MSS.

Univerſum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Joſepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ obſervatu digniores apud *Joſephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex ſchedis *Spanhemianis* ſuppletus atque emendatus, ſicuti in illo quoque Rerum, qui ſequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit induſtria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

**** Et

Et tantum erat, *Candide Lector*, quod præfari neceſſe erat, ut & ſuſcepti Operis atque Benigniſſimi Numinis auxilio abſoluti, ratio conſtaret; ſuuſque honos haberetur tot Viris Clariſſimis, de *Joſepho* & Re Literaria optime meritis, a quibus maximum huic Editioni momentum acceſſiſſe fateor.

Tria reſtant verba. Sæpius in Notis ad Tabulas Numiſmaticas (præſertim ab Ill. *Spanhemio*) provocari videas; eratque animus ad finem Tomi Secundi illas ponere, ſed mutavimus poſtea conſilium, & melius duximus poſt hanc Præfationem eaſdem collocare. Adjunximus iiſdem brevem interpretationem, qualis ſcilicet pro *Joſepho* illuſtrando ſufficiebat, & paſſim quoque ſignificavimus ad quæ loca in Auctore noſtro pertinerent, & ubinam a *Spanhemio* vel Nobis in Notis mentio eorum injecta eſſet. Nummi vero inter eos haud vulgares occurrunt, & nonnulli qui nunc primum ex Muſæo noſtro, vel incogniti antea, vel integriores prodeunt; quod ſupereſt, labore Noſtro fruere, & Literarum Felicitati bene precare.

ADDENDA ET EMENDANDA.

De Bello Jud. Lib. II. *Cap.* VIII. §. 9. inter τὶς & ἀκόντων intercidiſſe σ'. exiſtimat *Petitus* in Var. Lect. p. 204. ſc. *invitis ſex è novem qui adſunt* Cap. XIV. §. 1. in initio pro ἐπιτροπὴν legit ἐπισκοπὴν *Caſaub.* Cap. XVI. §. 4. pag. 188. in Notis Hudſoni pro *cis Iſtrum*. repone *trans Iſtrum*. Ibid. pag. 189. in f. ad illa *Octo menſibus* conferri meretur *Lipſius* de Magnitudine Rom. II. 10. pag. 190. lin. 18. pro *pendit* lege *pendet*. Cap. XVIII. §. 1. pag. 197. ad primam notam addiderat in Add. *Hudſ.* Lectionem Γεβνῖτις ex Bod. rectam forſitan eſſe, & conſuli debere *Relandum* in Palæſtina pag. 199. Ibid. §. 3. p. 198. in verſione ad *diſſimulantes illorum fidem*, notaverat in Add. *Hudſon.* Fortè, *ineſcantes illorum fidem*. ut & §. 5. *audaciores--è medio--formidandos autem carcere detinebant* ſeſe malle. dubitatque an non Κίστιον Γάμον ſcripſerit *Joſephus* ibid. §. 11. in init. pro eo quod legitur Κίστον Γάμον. Cap. XIX. §. 5. Vide *Savilii* Notas ad *Tacitum* p. 115. Ed. *Arg.* §. 8. in f. pro *Betoron* repone *Bethera*.

SI-

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Aſteriſcus apponitur, ex Muſæo Noſtro vulgantur.

TAB. I.

Num. 1. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quaſi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis eſt, cum literis quibuſdam lectu difficilibus, ſed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numiſma ad* Dorenſes, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum ſeſe* Sebaſtenos, *i. e. Cæſareenſes vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus ſemel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII. *pag.* 655. *&* 656. Joſephus. *Ubi enim prælium deſcribit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, *& quomodo hic ex ſuperiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit inſecutum ad* Doram *uſque* Tryphonem, *qui eo ſe receperat, fuiſſe* Antiochum; *fuiſſe autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti teſtatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejuſdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat veniſſe ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promiſiſſe traditurum ſe eis Apollinem Deum Dorenſium: venturumque illum ad noſtrum templum, ſi omnes aſcenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero feciſſe quoddam machinamentum ligneum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines finxiſſe lucernarum, & ita ambulaſſe, ut procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terram iter agens. Judæos quidem, inexſpectata viſione obſtupefactos, cum procul quidem abeſſent, quieſcere: Zabidum vero multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe cantherii caput (ita enim ſcripſit, facetus videri volens) & rurſus Doram velociter ſe contuliſſe. Igitur & nos dicere poſſumus, quod aſinum, hoc eſt ſemetipſum, gravat Apion, facitque ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nuſquam terrarum exſtant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni noſtræ confinis eſt, poſita juxta Gazam, & nulla in ea eſt urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere diſtat à Judæa. Cur itaque nos præterea accuſat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe venturum Apollinem, & cum ſtellis ſuper terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifeſtum quod lucernam nunquam prius conſpexerunt, qui tot & tanta lucernarum accenſionis feſta celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere diſtabat, tributæ*) *adſcribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorenſium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire ſingularis hic docet nummus, quem ſub* Hadriano *cuderunt* Dorenſes, *in quo ab altera parte* Apollinis *inſignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem ſuam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΑΟΧΟC *ſeu* Navale *dicta fuit; uti obſervat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipſum vero Nummum ſecum ex itinere* Græco *atque* Aſiatico *muſice redux adduxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipſumque inter reliqua omnis generis inedita Numiſmata, ex indulgentia ejus, in uſum meum, & aliquando forſan publicum, delineari juſſi.*

Num. 2. ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inſcriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΩΛΙΩΝΟC. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori ſit, erudite (ut ſolet) explicat* Spanhemius *de Uſu & Præſtantia Numiſm. pag. minoris Edit.* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut oſtendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *ſemper nomen id efferri per duplex* Lamda, *&* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *æque ab Antiquis ac* ΠΟΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32. *occurrit, & qui obſervatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput biceps, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ incluſa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo (qui nunc primum ex Muſæo Nobiliſſimi* Markii *prodit) innuit Ill.* Spanhemius *in Notis ſuis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Perſarum, *cujus thronum cum ſecuribus circumſtabant Satellites,* ἀξινήκεζαν ἢ τὸ θρόνον αὐτῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι, *notat, ſic quoque ſecurigeros circa ſolium* Teni *aut* Tenedi *fuiſſe, quo ſecuri continuo plecterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΤΤΟ. *quæ epitheta declarant fuiſſe urbem* Mocam *Sacram, jure Aſyli gaviſam, & ſuis legibus uſam. Nummus vero ipſe, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii eſt, *atque Deam* Fortunam *in templo tetraſtylo exhibet. In alio ejuſdem urbis nummo (quem in* Severo *memorat Vaillantius pag.* 84. *nuſquam vero adhuc depictum offendi) eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens ſpicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus ſummam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ, Maacha *aliis dicta, de qua Nota conſuli poteſt* Spanhemii, *qui hoſce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. ΣΕΡ. ΓΑΛΒΑ ΙΜΡ. CΑΕC. ΑΥG. *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ incluſa hæc legitur inſcriptio.* ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΙΖΡ. *qua innuitur cujus fuiſſe anno æræ*

*****

An-

Antiochenſis CXVII., *de qua, uti & de Nummo hoc videndus* Noriſius *in celeberrimo de Epochis* Syro-Macedonum *libro pag.* 165. *Hujus* Muciani, Syriæ *Præſidis, ſæpius cum laude mentionem facit* Joſephus, *ipſumque hunc nummum citavit* Spanhemius *ad Lib.* IV. *de Bello. Cap.* 1. *pag.* 266.

Num. 6. ΝΕΡΩΝ. *Caput* Neronis *laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ deſignanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inſcriptione* ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ *urbs, cujus epocham docet Eminentiſſ.* Noriſius *pag.* 297. *& ſeq. crebro a* Flavio *commemoratur; narrat enim Lib.* 1. *Cap.* VII. *de Bello, pag.* 69. *& Antiquit. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. *inſtaurata fuiſſe* Gadara (Judæi *enim paullo ante everterant*) *a* Pompejo, *poſt devictum* Ariſtobulum, *in gratiam liberti ſui* Demetrii Gadarenſis. *Eandem urbem antea* Alexander Jannæus, Judæorum *rex, poſt decem menſium obſidionem expugnaverat, teſte eodem Antiqu. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 669. *poſtea vero* Herodes Magnus *minus civiliter* Gadarenſes *tractavit; unde acris Legatorum ad Cæſarem* Auguſtum *in* Syria *agentem expoſtulatio cum* Herode, *quem imperioſum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum everſionibus, ſed infelici ſucceſſu, accuſabant, teſte* Joſepho *Antiqu. Lib.* XV. *Cap.* X. *pag.* 775.

Num. 7. *Spectat & hic nummus ad* Gadara, *de quibus modo egimus; eumque deſcripſit* Noriſius *pag.* 300. *non autem depinxit, communicatam modo ſcripturam ejus a* Nicolao Toinardo *memorans; depinxerat vero jam olim* Æneas Vicus *inter* Neronis *Numiſmata, verum alteram tantum partem, quam itaque ſolam dare poſſumus. Legitur ibi præter inſcriptionem* ΓΑΔΑΡΑ *æra eadem, quæ in ſuperiori,* L. ΑΑΡ. *addita priori litera quæ nota anni apud* Græcos *eſſe ſolet; innuitur autem annus* CXXXI. *Male enim connectuntur apud Vicum literæ* ΑΑ. *quaſi* ΑΜ. *eſſent. Figura vero muliebris turrito capite, dextra lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput ſtellam habens, urbis* Gadaræ *Genium deſignat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras ſuas muſicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Noriſium eſt* ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ.

Num. 8. & 9. *Sufficit delineationem aureorum horum numiſmatum proponere, quæ paſſim apud Antiquarios,* Vaillantium, Begerum *&* Spanhemium (*ex quo pag.* 404 *&* 406. *deſumta ſunt*) *celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata* Ptolemæorum Ægypti *regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes paſſim, tum quoque* Joſephus *celebrat, ubi ſtudium Philadelphi pro conquirendis libris* Judæorum *Sacris, atque magnifica ejuſdem donaria,* Hieroſolymas *miſſa, commemorat Antiq. Lib.* XII. *Cap.* II. *pag.* 590. *ubi ipſos hoſce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inſcriptione* ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. *in quibus a parte illa, quæ* ΑΔΕΛΦΩΝ *inſcribitur,* Ptolemæi Philadelphi, *ejuſque conjugis ſimul ac ſororis,* Arſinoës *jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque* Berenices *pariter jugata ſpectantur. Putat vero male verti Ill.* Spanhemius *pag.* 406. *ab* Leone Allatio *in Monumento* Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ *per* Deorum Fratrum, *atque ipſe mallet,* Deorum Fratris Sororiſque *; ſed fruſtra; quum pariter jam olim* fratres *inter Deos dixerit* Saturnum *&* Opem Tertullianus *Lib. Ad Nationes* II. *Cap.* XIII. Inceſto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepiſtis.

Num. 10. *Caput muliebre, ſine inſcriptione; ab altera vero parte eſt Aquila fulmini inſiſtens inter cornucopiæ & literam* Π. *cum inſcriptione* ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Protulit nummum hunc* Begerus *Tom.* III. *Theſ.* Brandenburgici *pag.* 33. *quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipſam aliquo modo faciem differre vides a* Begeriano *nummo, inde eſt, quod partem priorem juxta nummum, quem ipſi hujus Reginæ poſſidemus, pingi ſculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum ſtudioſis in Nummo plane memorabili.*

Exiſtimat Cl. Begerus *faciem hanc muliebrem referri debere ad* Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, *tertii Ægyptiorum regis, ante* Berenices *ſcilicet,* Magæ, Cyrenarum *regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum ſola litera* Π. *nititur, quam ipſe pro numerali capit, atque ad annum æræ* Alexandrinæ LXXX. *refert, regnique adeo* Euergetæ XV. *ut ipſe computat. Verum ut alia taceam, ſublato fundamento hujus conjecturæ, & ipſa tota corruit, quum inſuper contra Hiſtoriarum nitatur fidem. Literæ ſimiles in Nummis* Ægyptiorum *non ſunt numerales, niſi litera inſuper* L. *quæ* Λυκαβάντος *denotat addatur, uti apud Vaillantium pag.* 124. *& alibi videre eſt, verum ſemper initiales ſunt alicujus urbis, quæ nummum iſtum cuderit; ſic ibidem apud* Vaillantium *& pag.* 111. 115. *&c. literæ* ΠΑ. *denotant a* Paphiis *cuſos nummos; uti pag.* 70. *litera* ΗΡ. *docent ab* Heracleopolitis *profectum nummum ibidem* Philopatoris; *& pag.* 84. ΣΑ. Salaminem *deſignare creduntur; atque pag.* 50 ΘΕ. Thebæos, *& ſic in cæteris. unde literam* Π. Peluſium, *vel aliam* Ægypti *urbem denotare exiſtimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam eſſe, vel uno hoc argumento. Quum* Magæ *filiam* Berenicen *uxorem caperet* Ptolemæus, Euergetes *poſtea dictus, vivebat adhuc pater ejus* Philadelphus, *atque aliquot poſt annis vixit. Unde nequaquam uxori* Euergetis, *quæ ſtatuatur ei etiam ante* Berenicem *nupta fuiſſe,* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, *qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipſe meam ſententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad* Cleopatram, *filiam* Antiochi Magni, Syriæ *regis, quæ nupta fuit* Ptolemæo Epiphani, *quinto* Ægypti *regi, & cui in dotem pater dedit* Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam *&* Samariam; *Supervixit ipſa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id* Philometori *cognomen fuit; majore multo* Ægyptiorum *deſiderio, ætate florente deceſſit; uti docet* Vaillantius *pag.* 88. *in præclariſſima ſua* Ptolemæorum *Hiſtoria. Eſt itaque ipſa hæc* Cleopatra *illa, cujus mentionem fecit Joſephus Lib. Antiqu.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 600. Poſtea autem (*inquit*) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam ſuam Cleopatram nuptum collocavit, & Cœlen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. *Jam etenim bellum contra* Romanos *decreverat* Antiochus Magnus, *& ob id validas affinitates potenteſque ſocios quærebat. Eſt & denique ejuſdem hujus* Cleopatræ *alter mihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum ſimili typo, ſed litera urbis initiali* M. *qui ſimiliter Cl.* Begeri *penitus convellit ſententiam de æra hoc modo expreſſa.*

Num. 11. *Caput inberbe, nudum, quod ex falſa inſcriptione* ΟΤΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (*qui hinc in Editionibus Poëmatum ſuorum faciei filum ſortiri nunc ſolet*) *tribuitur ab Ill.* Spanhemio *pag.* 43. *Operis Minoris, ſeu* 54. *Majoris. Ab altera parte facies eſt barbata, quam* Jovi *tribuo, cum inſcriptione* MEN... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. *in antiquo ære &* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, &* ΠΟΛΛΙΩΝΑ. *Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per* O. *non vero per* Ω. *prior pars nominis iſtius ſcribi ſolet, quem conſulat Lector erudiri cupiens. Certum quidem eſt, cuſum hunc nummulum ſub* Auguſto, *quod ex adſcriptis nominibus* Vedii, *&* Menandri *qui* Parrhaſii *filium ſe ſcribit, apparere poteſt. Depingit enim inter* Auguſti *nummos Goltzius tab.* LXXV. *Num.* 24. *unum, in cujus altera parte legitur* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. *Templum eſt octo columnis ſuffultum, ad cujus latera caduceus eſt cum quatuor ſpi-*

ſpicis; ad Cæſaream *vero* Palæſtinæ *pertinere docet inſcriptio Num. ibidem* 23. *ubi legitur* ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *juxta caput* Auguſti *ad cujus collum pharetra eſt. Idemque Templum in altero* Cæſarenſium *cernitur, citante* Vaillantio *in* Auguſto *pag.* 4. *cum eodem nomine; adſcribitur enim* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *& ad caput, quod* Auguſti *eſt, & nudum ſine laurea,* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Denique ipſe* Spanhemius *in poſtrema atque majore Editione pag.* 54. *&* 55. Auguſti *pariter nummum citat, in quo Cæſaris ejus ab altera parte caput cum literis* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *ab altera ſimile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) nummulo, & literis* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. *qui nummi omnes, ſicuti nimis aperte ad* Auguſtum *ipſum pertinent; ita nulla ratio eſt quare hunc* Auguſto *abjudicaremus, &* Ovidio *largiremur, niſi literæ* ΝΑΣΩΝ. *quas quidem ego quovis pignore auſim contendere non ita in nummo exſtare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, ſordidis hominibus nimis familiari, exſculptos fuiſſe; ita ut ex literis* ΠΟΛΛΙΩΝ *remanſerint antiquæ poſteriores duæ, reliquæ vero* ΠΟΛΛΙ *ita mutatæ fuerint, ut litera* Ι. *in* Σ. *mutata fuerit, proxima* Λ. *lineolam in medio, ut* Α. *fieret, acceperit, deletis dein primis* ΠΟ. *tertia* Λ. *manſerit, verum virgulam ad latus, ut* Ν. *fieret acceperit; & ſic novus in nummis hoſpes* Ovidius Naſo *pro* Vedio Pollione *emerſerit. Uterque vero &* Menander *ille* Parrhaſii *filius, &* Vedius Pollio, Cupedii *filius, cum magiſtratus fuerint* Cæſarenſium *uno atque eodem tempore, Cæſari* Auguſto *nummos cuderunt; neque privato* Ovidio *id facere, florenti licet amicitia* Cæſaris *conſueverunt; vel, fulmine ejus afflato poëta, auſi fuerunt; vel denique poſt mortem, ad revocandam* Muſarum *Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc* Auguſto *magiſtratu* Cæſareënſi *perfuncti fuerunt.*

Num. 12. *Rariſſimus hic nummulus nunc primum ex noſtro Muſæo prodit; neque enim ante quis unquam* Aretæ *Regis faciem in tanta Antiquitatis felicitate exhibuit. Reſervare eum conſtitueram, ut una cum aliis pretioſis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Muſæo noſtro aliorumque Belgarum ſervantur, aliquando operoſius prodiret in publicum; ſed in Flavii Joſephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre eſt, hiſtoriæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum; a poſteriore figuram muliebrem, ſtantem, dextra tenentem pateram, læva haſtam, cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. *Nummulus hic ex ære eſt, rariſſimus, & optime conſervatus.*

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. *in imo* REX ARETAS. *per tranſverſum* EX S. C. *Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte* P. HYPSAE AED. CVR. *& in imo* C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter *in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, ſiniſtra habemas, in imo ſcorpio viſitur.*

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti poſſunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Urſino *&* Vaillantio; *quantum vero* Joſephicæ *hiſtoriæ illuſtrandæ huc iſte refertur denarius, inſpici meretur Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *ubi legimus redemiſſe* Aretam *Regem* Arabiæ *bellum trecentis talentis a* Scauro *& ipſo pacis ſatis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib.* I. *Cap.* VIII. *pag.* 69. *ubi hunc quoque nummum in partes advocat* Aldrichius.

Cum autem Scaurus (*inquit*) in Petram Arabiæ *regiam* expeditionem feciſſet, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani juſſu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: miſſuſque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hoſpes eſſet, perſuaſit ei ut pecunia vaſtationem agri redimeret. & ipſe trecentorum talentorum ſponſor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipſe hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit. *Alibi vero ſic ſcribit:*

Interea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam *a* Veſpaſiano Titoque *captam complures referunt nummi, cum pluribus typis atque inſcriptionibus a* Græcis *pariter &* Romanis *in horum, ut & in* Domitiani *honorem cuſis. Sola itaque raritas & inſignis inſcriptio nummum hunc, quem ineditum hactenus ex Muſæo noſtro damus, commendant. Cernitur in illo caput* Domitiani *laureatum, cum literis* ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. *ab altera parte Victoria, pedem globo imprimens, clypeo, palmæ arbori appenſo, inſcribit: in circuitu* Judæa *capta hiſce ipſis* Græcis *literis deſignatur.* ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΟΣΙΑΣ.

Num. 15. *Neque hunc addidiſſem, quamvis non inter vulgares, nummulum, niſi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo elucens denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet* M. Antonii *Triumviri fratriſque ejus Conſulis* L. Antonii, *cum inſcriptionibus* L. ANTONI COS. *&* M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii *amicitia Magnus factus eſt* Herodes, *qui illi ad extremum uſque fidus manſit, & turrim,* Antoniam *dictam, in ejus honorem ædificavit.* M. *vero* Antonii *plures in Familia* Antonia *apud* Vaillantium *exſtant nummi, qui cum rebus* Judaïcis, *Hiſtoria Joſephica & devicto* Ariſtobulo *communionem aliquam habent; ſed nolumus numero gravari.* M. *&* L. Antoniorum *facies repræſentaſſe contenti, quoniam utriuſque merita erga Judæos egregia fuerunt, ſicuti Decreta P. R. oſtendunt; in quibus* Marci *&* Lucii Antonii *nomina laudantur Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* X. §. 13. *&* §. 17. *pag.* 708. *&* 709.

Num. 16. *Magnum* Pompeji *nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis geſſit, plurimoſque partibus ſuis faventes Bello Civili invenit. Hujus* Pompeji *cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a ſacris pecuniis ornamentiſque Templi* Hieroſolymitani *nihil abſtulerit, merito laudat* Flavius *Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe Officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. *Quæ eadem fere reperiuntur Lib.* I. *de Bello Cap.* VII. *pag* 68. *Quare non injucundum exiſtimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris ſimilitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me eſt, denario depingere. In eo* Q. Naſidius, *cujus nomen legitur priſco more* Q. NASIDIV. *ſcriptum, infra navem cum velo expanſo & remigantibus, dum claſſi* Sexti

Pompeji *præfuit*, *ejus enim partibus*, *patris judicium in* Cneo *contra* Cæsarem *sequendo secutus*, *adhæsit*, Cnei Pompeji Magni *expressit vultum*, *in quo juxta* Lucanum *Lib.* VIII. ℣. 679. *agnoscitur*

—— —— —— illa verenda
Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Cæsarics.

Sive κόμης ἀναξολὴ, *ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum*, *& delphinus in imo*, *maris denotant imperium*, *adeoque* Neptuno *Regi* Cneum Pompejum *adæquant.*

Num. 17. & 18. *Græciæ Veteris*, *seu* Italiæ, *celebris admodum erat civitas* Tarentum, *ubi* Josephus *notat* Antipatrum, Herodis Magni *filium*, *accepisse ex* Judæa *literas*, *quæ* Pheroræ *obitum*, *malum ipsi omen*, *annunciaverint. Lib. Antiqu.* XVII. *Cap.* V. §. 1. *pag.* 836. *Plura hujus nobilis urbis*, *&* Lacedæmoniorum *olim coloniæ exstant Numismata*; *in quibus fere omnibus conditores ejus atque instauratores* Taras *&* Phalanthus *exhibentur*; *cujus generis & hæc duo sunt Numismata ex Musæo nostro*, *quæ in quibusdam minutiis ab hactenus editis discrepant*, *sed de quibus nunc quidem agere supersedemus.*

Regni Commagenes *crebra mentio occurrit apud* Josephum, *sed præcipue memorabilis est eversio regii ibidem nominis*, *quod immerito* Romani, *fisco suo studentes*, *sub ampliatore ejus* Vespasiano, *abstulerunt* Antiocho *ultimo*, *qui*, *si quis alius*, *una cum sobole sua*, *optime de istis Orbis domitoribus*, *atque de ipso Imperatore*, *fuerat meritus. Fatum miserandi istius Regis*, *qui ex summis opibus*, *senili ætate*, *nullo suo merito*, *ad privatam recidit fortunam*, *copiose descripsit Historicus Lib.* VII. *de Bello Cap.* XXVII. *pag.* 420. *Hujus* Antiochi, *filiorum itidem ejus*, *aliorumque* Commagenes *Regum quum residua Numismata sculpta invenerim Volumine* I. *Thesauri* Britannici *pag.* 108. *& seq. non ingratum Lectori meo fore spectaculum judicavi*, *si singula apponerem*, *sunt autem decem numero.*

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Caput regis* Antiochi *diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus*, *sub quo* Seleucidarum *nota*, *Anchora*, *conspicitur*, *cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Nummum hunc ad* Antiochum I. *pertinere credunt.*

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. *Caput regis* Antiochi *diadematum*, *ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum solita inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *laureæ incluſus cernitur. Nummus hic paullum differt ab* Haimiano, *quoniam ex meo dedi Musæo*, *tam pulchrum integrumque*, *ut vix unquam similem viderim. Putat autem* Jo. Massonus Antiocho III. *qui sub* Tiberio *decessit*, *esse assignandum.*

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decussatim positæ*, *& inscriptio* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput diadematum* Antiochi *Regis*; *ab altera parte Scorpio Laureæ incluſus cum inscriptione* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput Regis diademate revinctum*; *ab altera parte Laureæ incluſus Scorpio*, *cum literis* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. *Miseri regis* Antiochi *ultimi senile caput*, *ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & solita inscriptio.*

Num. 25. *Caput* Caji Cæsaris, *cum inscriptione* ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... *Ab altera parte Regis cujusdam caput est*, *quem non male arbitratur* Haimius *pag.* 242. Antiochi *cujusdam* Commagenes *esse*, *& quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas*, *quæ sub mento regii capitis visuntur se non capere asserit. Dolendum certe est circa oras non integriorem esse nummum*, *quæ videntur literas habuisse nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero testantur Scriptores*, Antiochum *quendam a* Cajo *donatum fuisse non tantum* Commagenes *regno verum etiam maritimis* Ciliciæ *oris*, *hic vero nummus in rei testimonium & gratitudinis ergo ab* Antiocho *cum sua non tantum*, *sed & Imperatoris* Romani *effigie percussus sit*, *ita in eodem vocare se* Commagenes *&* Ciliciæ *Regem potuit*; *ut literæ* IA. *quæ adhuc supersunt*, *reliquæ sint ex* KIA. *quæ* Ciliciam *designaverint.*

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΑ... *Caput Regis diadematum*, *quod impressas ad collum & mentum duas habet notas seu marcas* (*quales creberrimæ in Græcorum nummis*) *quibus inpressum est Cornucopiæ ducussatum*, *quod ad Num.* 21. *in* Commagenorum *quoque nummo vidimus*, *&* Seleucidarum *insigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Pertinet vero nummus ad eundem*, *de quo modo*, Antiochum, IV. *videlicet*, *a* Cajo *atque Claudio ad honores evectum.*

Num. 27. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Caput elegans* Jotapes *Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *solitum Scorpionis & Laureæ habet symbolum.*

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΙ. *Regii juvenes equis insidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea*, *subtus Anchora est*, *desuper vero Stella*, *cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Juvenes illi duo filii sunt infelicissimi istius* Antiochi *ultimi* Commagenes *Regis*, Epiphanes *&* Callinicus, *quorum iras animumque ob ereptas Regni spes describit* Josephus *de Bello Lib.* VII. *Cap.* VII. *pag.* 420. *sicuti & mirabilem audaciam majoris*, *sive* Epiphanis, *dum cum* Macedonica *sua phalange vastissima* Hierosolymæ *mœnia vi superare conatur Lib.* V. *de Bello Cap.* XI. *pag.* 354.

Num. 29. ΙΟΤΑΠΗ..... *Caput muliebre. Ab altera parte caput juvenile est cum literis non satis cognitis.*

Longiorem vero de hisce omnibus sermonem instituerem, *nisi doctissimi viri* Jo. Massoni *diligentia*, *isto me onere levasset. Exstat enim ejus Dissertatiuncula super hosce Nummos ipsosque Commagenes Reges*, Antiochos *omnes dictos*, *Tomo Primo Thesauri sui* Britannici *pag.* 113. *a* Nicolao Francisco Haymio *insertus. At quoniam is liber rarior in hisce terris est*, *& non nisi magno parari potest*, *ipsa Clarissimi viri verba prout exstant subjiciam. Ita vero se habent:*

Cum plurium ANTIOCHORUM, in *Commagene* regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis superioribus aliisque Nummis, qui diversos etiam vultus ferre videntur; si brevem & accuratiorem præmiserimus notitiam Principum, qui Regionem illam sub imperio tenuerunt, ex quo ampliſſimum *Seleucidarum* regnum ad anguſtos hoſce terminos redactum eſt, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Veſpaſiano, ſubiit.

I. Qui primus in hac ſerie occurrit, *Antiochus* nomine & *Commagenæ* Rex *Dioni* diſerte dicitur, in anni U. C. 685. actis (a), ut qui tum, & quidem poſt *Luculli* de Tigrane victoriam (b), ac Urbis, quæ *Tigranocerta* ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, *in fidem receptus* eſt. *Appianus* vero, qui in *Luculli* rebus hunc *Commagenæ* regem non memorat, poſtea *Pompeji* contra *Mithridatem* geſta narrans, ſcribit, (c) Pompejum, *ſuperato Tauro* (d), *bellum Antiocho Commageno intuliſſe*, *donec & ille in amicitiam receptus eſt.* Deinde conſtitutiones Regnorum & Provinciarum à *Pompejo* factas tradens, addit, cum *Antiocho*

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam *pridie nonas Octobr.* ſi Plutarcho fides in *Lucullo.*
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno ſcil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quo ad *Seleuciam*, quam dicit *Castellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno *U. C.* 703. scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompejus tribuit, missi erant.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U.C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus*, [*Syriæ*] *quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ*, [*Syriæ*] *finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum *U.C. 716. lib.* 49. scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii;* quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit iste *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U.C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2^do. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, eum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, cum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U.C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio; Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U.C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro τῷ Κομμαγηνῷ uti *Casaubonus* legit, habent τῇ Κομμαγηνῇ; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.
(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.
(c) De Bell. Alex.
(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* missus, ac à posticâ parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab anticâ vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.
(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

Ad

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.
(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 3.
(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuisse *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes*, *quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello contra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib. XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos (a), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens*, *& inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum ante felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Præto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus (b), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorifice habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Tracheam Ciliciam*, *& Commagenem*, *ditionis Regiæ uſque ad id tempus*, *in Provinciarum formam redegit.*

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum*, *eo ſignatum*, *in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, affirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Trachea*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit Λακανίτιδι regio, cujus Civitas apponitur Εἰρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens (c): *Hæc autem erat*, *cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ*, *ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens (d), *utramque regionem*, *ut & regnum Commagenæ*, *Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

(a) *Joſeph.* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.
(b) De B. Jud. lib. VII. c. 27.
(c) Num. Impp. Gr. p. 261.
(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΤΟΥCΤΑΝΩΝ.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑΥΤΟΥCΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗϘΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hîc exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Sigma* (e) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27. hîc poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii (f) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui eum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* (g) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ diademate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Covelliano* Nummo: ΒΑCΙΛΙCΑ (h) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baroneti Gaza, in quo manifeſtiſſime ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑCΙΛΕΩC. ΥΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hîc habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pæti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit*, *toto regno*, *in quo erat ſtatu*, *relicto*, *cum conjuge ac liberis egredi.* —— *Pætus autem in Samoſatam*, *qui eam capeſſerent*, *mittit*, *& per eos civitatem tenebat* —— —— *Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere.* —— *Adoleſcentibus autem bellique peritis*, *vique corporis præſtantibus*, FILIIS *ejus*, *non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare.* —— *Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ*, *inſignem demonſtrarunt fortitudinem*, *&c.* deinde narrat fu-

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙ. ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.
(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 129. ſeqq.
(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c.
(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Conjuge ac filiabus*, *in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cnm decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus postea litteras ad *Vespasianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audivissent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone statim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [scil. Romæ] *mansere.*

Nequaquam vero hîc omittendum est, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Josephus, desponsatam fuisse *Drusillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *sexennem* reliquit, cum *anno* Æræ nostræ XLIV. obiret; ex *Josepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Norisius* tantum ob oculos habebat, cum scriberet (a), *Josephum* L. C. *auctorem esse*, *Antiochum* IV. *curasse*, *ut filio suo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis desponderetur*; quamvis ipsemet Eminentiss. vir, aliquot ante paginis, rectius dixisset, Agrippam despondisse *Drusillam filiam nondum* (b) *sexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Drusillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emesenorum* data est à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Josephus (c), *Antiochi regis filius recusavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat* Drusillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non secus ac pater, si *Josepho* fides, de B. J. Lib. V. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum sit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque sit alias prima hujus tituli causa, origo, & significatio, de qua prolixe satis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore distinguebatur; quemadmodum & aliis datum est, eâdem distinctionis causâ, variis Principibus, atque præsertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui simul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; si quidem ejus sint, ut Antiquariis hucusque visum, Nummi (e) his signati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cusâ, non male colligere possumus, *Antiochos* hosce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente suam originem duxisse. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numismatibus scalpta, ad illam alludere, quam scriptores antiqui (f), traduns in *Seleuci* prioris femore signatam, cum nasceretur, atque sculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auspicium & augurium. Imo, si *Justino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii, nepotesque ejus* ANCHORAM *in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte spectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, supra N°. 29. conspicitur. Eadem certe non est facies, ac illa *Jotapæ* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut scalpturæ videtur nummus.

Jam vero novimus ex *Josepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuisse, quibuscum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); sed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* stirpe Principi, nuptam fuisse, *Antiq.* XVIII. *c.* 7. Hunc locum *Alexandri* genealogiam simul dilucide pingentem hîc dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teste Josepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit, è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus esset, sine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit*, & Lesidis, Ἡσιόδῳ, *in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui scripserunt, *Alexandrum Jotapes* maritum, *pronepotem* Herodis magni fuisse. Sic præ cæteris hîc mihi nominandus Purpuratus *Norisius*, (contra *Seguinum & Harduinum* disputans, de Nummis, à *Sebastenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cusis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem sequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro*, TIGRANIS, *regis Armeniæ*, FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, sex post paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *siquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Vespasianus donavit Alexandro ac Jotapi insulam & Urbem Sebastem, quam ejusdem Alexandri laudatus proavus septem fere lustris possederat.*

At vero manifestum ex superioribus Josephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuisse Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2°. *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuisse Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* scripsit. Hunc autem gravissimi alias Historici Romani errorem jam dudum doctiss. *Noldius* (i) sic recte confutaverat: "Nam eum Tigranem, *pronepotem* Ar-"chelai fuisse, præter Josephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipsa rerum series ostendit. Quo pacto enim *Ti-*"*granes*, *nepos*, circa medium *Augusti* natus (Pa-"ter (k) non multo post *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) sub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut senio ita multaverat, ut rebus geren-"dis aptus tum haud esse potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Vespasiano* fuit, partem *Ciliciæ* fuisse ex Josepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obscurum adhuc remanere mihi videtur. Etsi enim vox Ἡσιόδῳ, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιάδῳ, hancque emendationem suo calculo probet Cl. *Norisius*, qui nomen illud cum Jesuita intelligit de *Insula*, & *urbe*,

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.
(b) Hac voce non utitur *Josephus*, cui *Drusilla* dicitur omnino ἐξαετὴς.
(c) Joseph. Ant. L. XX. c. 5.
(d) *Joan. Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129. - 131. &c.
(e) Qualem possidet Nobiliss. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Ampliss. D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ insuper legatur cognomen; scil. integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.
(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Justin.* l. XV. c. 4.
(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.
(h) De Epoch. p. 132, & 137.
(i) Histor. Idum. p. 367.
(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* suo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis familiâ regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejusdem Herodis M. simul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra.*
(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus est.
(m) Sic *Norisius* de *Epoch.* p. 135. testatur, atque in nonnullis Codd. latinis legi, *Isiados*, ac in aliis Ὑσιάδος, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Lesidi.*

be, primum *Eleuſa*, dein *Sebaſte* dicta; Attamen mihi perſuadere nequeo, eam emendationem facile poſſe ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid ſit, haud integrum dare poſſumus aſſenſum interpretationi, quam Cl. *Wildius* ſuo aſſignavit nummo (a), qui noſtro ſimilis, licet haud ita ſit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo inſculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam eſſe, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam *&c.* ſcilicet haud ſatis caute ſuo Nummo eandem adaptat deſcriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebaſtenis* cuſo, quam vero pluribus *Noriſius*, toties *laudatus* (b), confutaverat.

Duo priores ſuperſunt nummi hîc exponendi; verum id paucis abſolvemus; ſiquidem nihil certi de his affirmare valemus, niſi eos æque inter ſe differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Antiocho* IV. aſſignavimus. Addam tantum forte priore repræſentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non niſi *ſenex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, ſenilis itidem, vultus forſan fuerit *Antiochi* III. ſub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit eſſe. Sed de his conjecturas ulterius proſequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide noſtras excipiant ſtricturas, quas auctiores & forſan emendatiores aliquando dabimus, ſi quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cuſos exhibere poterimus, ſi nos ſupremum Numen juverit.

Num. 30. *Numiſma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conſpicuum; ex puriſſimo autem eſt auro, pendetque unciam & monadas* 74. *Exſtat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Muſæo noſtro neſcio quid plus vigoris animi ex viſu ſpirat; præterea id quod* Apollo *ſedens dextra tenet, nullo modo ſagitta in meo eſt, ut in reliquis, ſed bacillus potius, niſi regium ſit ſceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte craſſeſcit. Pertinet vero inſigne hoc numiſma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illum, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & dedititios, epiſtolas itidem in illorum gratiam ſcriptas, luculenter commemorat* Joſephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& ſeqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, ſeu pag.* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuiſſe; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium poſſideo Numiſma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cuſum eſt, verum multo magis propter Auguſtæ cujus vultum refert, ſuſpiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Fauſtinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem ſibi adſcivit, cujuſque mulieris nummos rariſſimos eſſe norunt harum rerum periti. Adſcribitur* ANNIA AΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥCΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more iſtorum temporum luna creſcens conſpicitur; quaſi ut inter nymphas Diana, ſic inter* Romanas *nurus Auguſta pulchritudine maxime emineret. Ab altera parte Dianæ multimammiæ eſt ſymbolum, verubus ſuis innixæ, ante quam habitu muliebri ſtans figura cernitur, dextra haſtam tenens, læva veſtem ad latus convolutam ſuſtinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ CTP. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius ærâ* ΑΟC. *ſub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Eſt vero pulcherrimum & integerrimum Numiſma, quod omnino ab omni* νοθείας *ſuſpicione longiſſime abeſſe a quovis inſpiciente deprehendi poteſt; falliturque idcirco* Virginius Valſechus, *qui in Diſſertatione Hiſtorico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Poteſtate quinta, pag.* 68. *&* 74. *dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟC. *quæ, juxta* Antiochenſem, *annum* CCLXXI. *deſignat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipſe ſimilem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis teſtes, nihil valent.*

Num. 32. ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Druſus & Germanicus Cæſaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter ſimpulum, alter lituum manu geſtat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. Communitatis Aſiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑΣΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ſub Cajo Aſinio Pollione Proconſule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero deſumtus eſt ex Morellii ſpecimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Joſephus *Lib.* XII. *Antiq. Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuiſſet decoratum, conſecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipſis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur,* Syriæ *quoque rex conceſſit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *ſeu* ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum inſignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numiſmaticam pag.* 343. *Paſſim juvenili facie, lauru & nonnunquam ſpicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquilæ fulmini inſiſtens cernitur, cui ad latus Aſtrum adeſt. Ratio picturæ ejus eſt, quod a* Jove *& benigno ejus fidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoſcebant.*

Num. 34. Rhodi *inſulæ* Rhodiorum*que plus ſemel mentionem apud* Joſephum *fieri invenias, fuitque ſemper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliiſve caſibus afflicta maximos Reges certatim beneficos ſibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine ſingulari,* Ægyptiis *regibus aliiſque* Rhodi *cultoribus æquiparari ſeſe voluit, dum urbem* Rhodum, Caſſiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempeſtatem, facta quoque oneris jactura, illuc appuliſſet, fovit tamen atque ultra vires etiam ſuas recreavit; uti docemus Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro ſua opulentia Græcarumque artium fama, ſemper urbs hæc pulcherrimos, frequenteſque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis paſſim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis iſtius coloſſi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque inſulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Theſ.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conſpicitur caput virile diadematum, a poſteriori Floris ſolita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* P. *quæ Rhodi eſt initialis, atque nomine* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ. *Docet ibidem literas* ΑΚΟΣ *recenti manu refectos fuiſſe, priores vero* ΑΡΙΣΤ. *vetuſtas eſſe & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim exſtiterint literarum. Unde ipſe ſuſpicatur legi debere* ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ. *Caput itaque refert ad* Ariſtocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exſpectationem ad principatum a civibus fuiſſe evectum, ſed opinioni de ſe conceptæ minime reſpondiſſe. Plura contra hanc ſententiam proferre poſſem, ſed meam ſimpliciter proponere malo. Literæ* ΑΡΙΣΤ. *ſive* Ariſtacum, *ſive* Ariſtocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. ſeqq.

cratem, *ſive etiam* Ariſtotelem, Ariſtarchum, Ariſtomachum, *aliudve nomen expreſſerint, ad magiſtratum urbis* Rhodi *referendæ ſunt, prouti paſſim in eorundem* Rhodiorum *nummis magiſtratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et ſic apud* Choulium, *ubi de* Apolline *agit in libro de Religione* Romanorum, Ariſtocriti *nomen agnoſcitur, apud* Begerum *Theſ.* Brand. *Tom.* 1. *pag.* 412. Ariſtedæ; *apud* Goltzium *Tab.* XXIII. *Num.* X. Ariſtei. *Imo idem* Choulius *alteram nummi cujuſdam* Rhodii *partem profert (nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuiſſe videtur, non adeſt) in quo* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ *expreſſe legitur; eſt vero nummi typus ſimillimus noſtro, prout &* Ariſtei *ille* Goltzianus. *Eoſdem autem nummos cum hoc* Haymii *non eſſe, patet ex capite Solis, & quod ex argento ſint; hic vero ſit æreus & caput diadematum exprimat. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus obſervatur, credo eodem tempore & pari occaſione cuſos hoſce nummos fuiſſe. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, ſed Regis eſſe agnoſcitur; atque vel* Apollinis *Regis eſt, vel potuit eſſe* Hieronis Primi, *Syracuſanorum Regis; apparebit enim quædam ſimilitudo, ſi velis* Parutianam *meam inſpicere* Siciliam, *ibique Tab.* CXLVIII. *&* CXLIX. *quærere Num.* 18. 19. 20. *&* 24. *At quid* Hieroni Siculo *cum urbe & inſula* Rhodo? *Dicam. Ex* Rhodo *inſula per majores ſuos* Lindios *ortus fuit hic Hiero, uti demonſtravi in Commentariis* Parutianis *pag.* 344. 354. *&* 1026. *unde & ſymbola urbis* Rhodi *plus ſemel in nummis* Syracuſanis, *ſub eo rege cuſis, apparent, uti docui ibidem. Hinc* Rhodiis *impenſius ſtudens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis hiſtoria exſtat apud* Polybium; *narrat enim is Lib.* V. *pag.* 598. *quomodo poſt terræ motum iſtum, quo miſere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Coloſſus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitateſque legatos* Rhodii *miſerint, tanto cum ſucceſſu, ut ditiſſimi inde evaſerint. Munificentiſſimos inter enumerat* Gelonem *&* Hieronem *fratres, qui præter argenti talenta ſeptuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque inſuper ad centum aſſurgerent talenta; & poſt hæc & majora beneficia, quaſi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipſi accepiſſent, ſtatuas in eorum Digmate poſuiſſe, Populum videlicet* Rhodiorum *a Populo* Syracuſano *coronatum. Neque miror ſane, ſe & aliis Regibus publice honorem aliquem* Rhodii, *ſapientes ſane viri, & ob prudentiam a* Polybio *laudati habuerint, &* Gelonem Hieronem*que præcipue, in poſterum etiam demereri ſibi ſtuduerint, ejuſque faciem ut Benefici alicujus Numinis (non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoſcere) in ære ſignato publico nomine exſtare voluerint. Hos enim vel ſimiles honores intelligere videtur* Polybius, *dum pag.* 600. *concludit, immerito famam magnanimitatis & ſplendoris ſui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare ſoleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a* Græcis *ſibi haberi poſtulent, atque antiquis Regibus ab iiſdem haberi eſt ſolitus. Adſpiravit itaque* Herodes *ad antiquam illam* Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæique *in liberalitate* Rhodiis *præſtita gloriam; notatque inſuper Joſephus de Bello Lib.* 1. *Cap.* XXI. *eundem Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuiſſe.*

Num. 35. *Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte* Minerva *gradiens dextra Victoriolam ſuſtentat, læva clypeo nititur, cum hac inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. *Exhibet nummum hunc* Haymius *Tom.* 1. *pag.* 146. *ad Philopatorem autem, ex ſtirpe Regis* Tarcondimoti, *regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem* Maſſonus. Ciliciæ *vero maritimæ ſæpius mentionem facit Joſephus, præſertim Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 671. *ubi quoque regionis ejus urbem Mopſueſtiam (cujus inferius nummum proferemus) nominat. Omnis vero oræ ejus olim* Pompeji *temporibus Rex erat* Tarcondimotus *quidam,* Romanis *fideliſſimus trans* Taurum *ſocius, uti eum laudat* Cicero *ad Famil. Lib.* XV. *Ep.* 1. *cujus filium ejuſdem nominis* Auguſtus *in regno confirmavit, quemque ſucceſſionem ſuæ poſteritati tradidiſſe aſſerit* Strabo *Lib.* IV. *pag.* 676.

Num. 36. *Caput muliebre velatum; ab altera parte eſt dimidia navis, cum inſcriptione* ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. *Urbs* Agrippias *ſæpius* Joſepho *memoratur, dicta ita ab* Herode, *quum antea Anthedon vocaretur, teſte eodem Lib. de Bello Lib.* 1. *Cap.* IV. *pag.* 60. *&* *Cap.* XXI. *pag.* 108. *ubi cum* Raphia *&* Gaza *conjungit; erat enim ſita ad mare viginti circiter ſtadiis a Gaza diſſita. Nomen in* Agrippæ, *qui gener Auguſti fuit, memoriam accepit; ſicuti Sebaſte ab ipſo* Auguſto *vocata fuerat; teſte eodem ibid. Cap.* V. *pag.* 64. *Numeratur inter reſtitutas & frequentatas a* Gabinio, *una cum* Jamnia, Raphia, *aliiſque paullo poſt Cap.* VIII. *pag.* 70. *Eadem fere exſtant Lib. Antiqu.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 670. *Cap.* XV. *pag.* 674. *Lib.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *& denique Lib.* XV. *Cap.* VII. *pag.* 761.

Num. 37. *Caput virile barbatum, cum inſcriptione* ΠΕΡΓΑΜΟC. *Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus eſt Cornucopiæ; in circuitu legitur* ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΛ. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟC. *Herois* Pergami *illud caput eſt, nobiliſſimæ in Myſia civitatis* Pergami *conditoris, cujus urbis incolæ, ob Æſculapii gloriam ſymbolum ejuſdem Dei Serpentem baculo involutum, ſeu clavæ, in monetis ſuis referre ſolent. In hac etiam Græca urbe,* Græcorum *amantiſſimus* Herodes *benevolentiæ & ſplendoris ſui monumenta exſtare voluit.* Nonne, *inquit Flavius, de Bello Lib.* 1. *Cap.* XXI. *pag.* 109. etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? *Exſtat vero* Pergami *hic nummulus apud* Haymium *Tomo* 1. *pag.* 129.

Num. 38. Herculis *caput ſacra ſibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos ſtellatos* Dioſcurorum *pileos ſacra Hydria ſive cantharus ſerpente circumvolutus cernitur, cum inſcriptione* ΜΑΣΑΝΙΣΣΑ... *quod magiſtratus ibidem nomen eſſe videtur. De typo hoc conſuli poteſt* Haymius *Tomo* 1. *pag.* 129. Lacedæmonios *autem & alibi ſæpius laudat* Joſephus, *& de cognatione cum* Abramidis *gloriari ſcribit Antiqu. Lib.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 606. *ubi* Arii Lacedæmoniorum *Regis Epiſtolam ea de re profert, cujus literas dicit fuiſſe quadratas, ſigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Reſponſorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib.* XIII. *Cap.* V. *ubi itidem de iſta cognatione agitur. Sed & alii* Lacedæmoniorum *nummi apud eundem* Haymium *& alibi inveniuntur.*

Num. 39. Tarſi, *nobiliſſimæ* Ciliciæ *urbis, meminit* Joſephus *Antiq. Lib.* IX. *Cap.* X. *pag.* 497. *ubi de* Jonæ *Prophetæ fuga agit; ſed & præterea Lib.* 1. *Cap.* VI. *pag.* 21. *primos gentium conditores enumerans,* Tharſum *quoque, ex* Japheti, *per* Jovanum *poſteritate,* Cilicibus *originem dediſſe aſſerit, qui ſcilicet olim* Tharſenſes *dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen* Tarſo, theta *in ſermone familiari in* tau *mutato. Antiquitatemque hanc ex Hiſtorico noſtro adnotavit* Stephanus Byzantinus *in ſuo de Urbibus libro; quare etiam ad d. l. dubitat Cl.* Relandus *an non* naves Tarſis *in SS. ad* Cilicias *referri poſſint. Non multa hujus urbis ante* Romanorum *Imperatorum tempora cuſa numiſmata exſtant. Elegans tamen hoc eſt, quod damus ex* Begero *Tom.* III. *Theſ.* Brand. *pag.* 66. *in quo videlicet* Jovis *atque* Herculis *ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte ſedentis* Jovis *eſt effigies, dextra victoriolam, læva haſtam tenentis; ab altera parte* Herculis *ſymbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales* HNP. *ſed cum non docuerit* Begerus, *quem ſitum in nummi area obtineant, ſufficere*

*** ***

mi-

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*

Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Seleucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestienſibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque huius nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochenſium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* HΓ. *seu* PΓ. *ut innuatur cujus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Ponti*ci istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq. Lib.* III. *Cap.* III. *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *sit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*

†JACOBI GRONOVII PRÆFATIO AD DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

SI particula hæc debuit eruditiſſimo Joſepho, ſed luxato ſatis, ex hujus Academiæ bibliotheca reſtitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus ſcriptoris codices neſcio quo fato lacunis refertos eſſe apparuit ſatis ex ipſa Arlenii conqueſtione atque etiam ratione qua is in edendo fuit uſus, ut duos codices compoſuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hîc illic aliquid erutum & productum eſt, ut docta ejus opera exſtarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratiſſime, ſed & jucundiſſime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua iſti ſcriptori attribui, quæ erant Joſephi, prout mirabiliter & ſtyli modus & mentis placita in Joſepho & Polybio conveniunt, quæ tamen diſcerni oportet. In eo quiſquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidiſſe, aut aliquid male poſitum eſſe, quum ſcribat pag. 485. παρεθήσομαι δὲ τὰ γενόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, *apponam etiam facta ſenatuſconſulta & decreta Julii Cæſaris.* Attamen omnia vicina quæ ſequuntur, ſunt Julii Cæſaris; & mox eo occiſo M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adeſt; mox adnectitur L. Lentulus quaſi ille poſt Dolabellam fuerit. Et ſic tum jactat multa etiam eſſe alia talia ab ſenatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα & γεγράμματα, quorum nulla oſtendit in illis quæ vel antecedunt vel ſubjiciuntur; nempe quia forſan bene doctus librarius, ſed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit ſeriem narrantis late & exſpatiantis in hoc capite Joſephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheſo eſſet data auctori occaſio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenſes, Mileſios, Pergamenos, univerſa iſta immerito & inique ſunt faſtidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium ſilentio dolerem ita putidam & hiantem offenſam in tanto ſcriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concurſatione petendum, denique etiam potui in ſermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obſcura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Iſaacus Voſſius anno præcedentis ſæculi LXXII in ſcripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoſcas licet. [*Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione exſtent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Obſervationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exſtat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innoteſcat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adſcribam decretum Halicarnaſſeorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adſcripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adſcripſi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Joſephus, abſunt a vulgatis hujus ſcriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conſpicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non ſunt certe ejus generis, ut ſperni mereantur aut inter notitias Joſephi non recenſeri, quas tot cernimus ſane inanes & nihil utiles colligi. Joſephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etſi poſt id tempus de eo ſæpe ſit itum in conſilium. Sed etiam ſummopere ſtupeo, cur ipſe Voſſius, qui etiam adſcripſit in margine *hæc abſunt ab editis*, hoc ſtudiorum Græcorum & eorum hiſtoriæ ſupplementum, hoc nobile ſolennitatis in talibus decretorum formulis ſpecimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium, evulgandi non obiverit ipſe decus, præſertim quum per tot annos bene ſyngrapha velut ſua ſe adſtrinxerit ac ſciverit ſe pollicitationi ſuæ inhærere. Sed obſtitit credo illi eadem cauſa, quam remoratam opinor fuiſſe etiam priores exemplaris illius poſſeſſores, quorum unus adſcribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi ſit, ſane non probatiſſimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui ſubjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obſtitiſſe crediderim aliis editoribus ab producendo, ſicut forſan & librarios ſcribas deterrere potuit, quo minus ea ſuis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forſan in multis etiam vetuſtis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus fruſtra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel ſenatus conſulto ſub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto ſic repetito, ut pateat ſcribam invitum illa exaraviſſe. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa ſunt & in editionibus ita jejune contracta, & hîc tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præſertim magna erat confuſio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana conſuetudo. His quum Romani adſueverint immiſcere tribum, ſed perpetua apoſiopeſi indicatam, os Græcum poſterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitioſe agere. In quo tamen omnem iram adverſus ſcribas deprecatur immenſa abſurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illuſtratis pag. 164 citaviſſet inſcriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens poſteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen ſuum in Plinii *Galeria* libro VII. ſect. L. reſtituta & Romana conſuetudine illuſtrata ex Aſconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil niſi hoc ipſum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem maſculino more ac ſono deformarint, ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. At, o bone, præſtitiſſet attuliſſe notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani.] Neque iſta verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipſa ſolent adnecti Antiquitatibus Romanis Roſini, ut quibuſcunque adoleſcentibus exhibeantur. Cur igitur chartam ſic maculat & ſibi placere conatur? Sed vides hinc, quam poſſit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen ſic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veſte Judaica aboleri. Niſi fallor, unum hoc eſt monumentum, unde diſcimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis ſolerent exſecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato ſuo quod tacitas continebat minas, ni parerent. Itaque rurſus inſuere tentavi; fortunam præſtabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 verſ. 29 excidit poſt vocem *omittente*, *ſed Dione apud Xiphilinum illic productum uſurpante*, appone.

DE-

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO
JACOBO BRUGES
DUCI de CHANDOS
MARCHIONI & COMITI
DE CARNARVON,
ET
BARONI CHANDOS
DE SUDELEY.

CUM post multorum annorum laborem improbum, & magnos sumptus Josepho impensos, pæne languerem, Tu solus, Vir illustrissime, benignitate Tua me labantem excitasti, & munificentia Tua effecisti, ut Operi tam difficili & laborioso par essem perficiundo. quapropter si quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Respublica Literaria (capiet autem, uti spero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Josephum igitur meum Patrocinio Tuo demisse & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & observantiæ in Te meæ Testem perpetuum & monumentum futurum. Quod superest, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobilissime, Literis & Literatis præsidium certissimum, diutissime servet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studiosissimus.

JOANNES HUDSON.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

COGITANTI *mihi ſæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri ſolet, neminem inter Eruditos extitiſſe, qui id Joſepho præſtaret, quod aliquammulti Auctoribus Joſepho multo vilioribus jamdudum præſtiterunt. Et neſcio ſane an rei difficultas quoſdam ab hoc opere aggrediundo abſterruerit;* [1] *nonnullis certe mors ipſa impedimento fuerit, quo minus opus aggreſſum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc ſe res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudſono, viro in Litteris peritiſſimo, ut rem diutiſſime deſideratam fortunate abſolveret. Et dolendum equidem eſt, virum doctiſſimum prius mortem obiiſſe, quam merita ſua in Joſephum Ipſe Lectoribus ſuis commonſtraſſet. Hoc tamen poſſum pro certo affirmare, Me ſæpius ex ipſo audiviſſe, illi non animum fuiſſe, ut Prolegomena longa ad Joſephum conderet, ſed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in ſua Joſephi Editione præſtitum fuerat expoſituram. illud alterum pridem factum fuiſſe optime cognoverat a nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Joſepho Lipſienſi præmiſſis, & Joanne Alberto Fabricio in* [2] *Bibliotheca Græca, Opere in ſuo genere eximio.*

Ad quartum uſque Indicem, qui eſt Scriptorum a Joſepho laudatorum, Operæ proceſſerant Typographicæ, cum Hudſonus noſter, paulo poſt moriturus, me accerſens, Joſephum ſuum mihi in manus tradidit; rogavitque, ut ſi quæ reſtarent peragenda ipſe perficerem. annui libentiſſime, ne aut juſto ejus deſiderio, aut neceſſitudini, quæ per plures annos inter nos interceſſerat, deeſſe aliquatenus viderer.

Hudſono ad manus erant omnes Veterum Joſephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipſe oculis luſtraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas poſſidebat. Criticorum etiam ſcrinia poſt Litteras inſtauratas præſtantiſſimorum diligenter excuſſerat, & ſi quod lucis inde ad Joſephum ſuum illuſtrandum hauriri potuerat id omne in Notas ſuas tranſtulerat. quas qui ſtudioſe perlegerit, facile judicabit quanti Joſephus Hudſono noſtro conſtitit: nihil eſſe litterarum deprehendet ſive veteris ſive recentioris ævi, nihil Librorum ſive ſacri ſive profani argumenti, ad quod ille animum oculoſque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur eſſe reliquis brevior, & non omnino abſimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuiſſe ſe teſtatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Baſileenſi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus ſuis Jacobus [3] *Uſſerius ſe uſum fuiſſe profitetur. Eſt autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæſarea ſervatur; optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repoſitus.*

Inter Schedas J. A. * *Boſii cæteris præſtare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reineſii, viri ſummi, exſcriptæ; & Caſparis Barthii, celeberrimi Polyhiſtoris, ad* [4] *veterem Joſephi Interpretum, poſt Teſtimonia dedimus recuſum.*

1 Inter quos eminent J. A. Boſius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus.

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lectorum, poſt *Teſtimonia* dedimus recuſum.

3 Vide ejus Epiſt. ad Arn. Boot.

* Quem limam Joſephi appellare ſolebat doctiſſ. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

Interpretem [1] Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus faciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magistellis istis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudsonus, ab ipso profectum, infra excusum exhibebimus.

*Textum Josephi diligentissime recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepserant, studiose sustulit; nonnullos tamen aut ipse reliquit, aut fortasse etiam admisit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * ad finem Operis emendatos reperies.*

Josephus Scaliger, recentiorum doctissimus, veterem Flavii Interpretem imperitissimum appellat; neque Sigismundus Gelenius, vir alioquin laude sua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Josephi refingere veterem illam Versionem conatus est, hac in parte, Eruditis satisfecit. Hinc novus Hudsono labor surgebat; nova Versione ab ipso donandus erat Josephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præstantissimis merito conferri posse videatur.

Neque dubium esse potest, quin multi amicorum multa illi subsidia ad Josephum illustrandum subministrarent. Copiam Editionis Basileensis, manu Is. Casauboni passim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctissimo; Observationes quasdam egregias viro eruditissimo Richardo Ibbetsono, discipulo olim suo, cujus conjecturas semper exosculatus est; Annotata illustris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus est Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintonienſis dignissimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia fortasse aliis.

De Josepho sic fere censuit Hudsonus: Scriptorem fuisse eloquentissimum, & veri studiosissimum; sectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptistæ, ac proinde Testimonia de Iesu Christo *& Jacobo Justo genuina esse; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius esse quam ipsius Josephi; non esse Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Universo, qui sub ejus nomine etiamnum alicubi exstat.*

Quid autem censendum sit de ipso Hudsono, Ego quam potero brevissime expediam. Natus erat [2] Widopiæ prope Cockermutham in Agro Cumbrensi paulo post instauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo [3] Hechstettero. Juvenis admodum Oxonium [4] missus, in Collegio Reginensi sub Tutela Thomæ Crosthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempestate celebris, Philosophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ spatium mirifice dilexit, & tantos in iis progressus fecit, quantos nemo fere suorum æqualium, etsi vixerat in Collegio Litteratorum semper feraciſſimo. Non multo post quam gradum in Artibus Magistralem [5] susceperat, ad Collegium Universitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adolescentes ad Philosophiam & bonas litteras instituebat. Dum hæc solita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pæne omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia [6] sufficitur. quem quidem provinciam ad mortem usque summa cum laude administravit. Principalitatem postea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratissimo Academiæ Cancellario [7] obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium sui sæculi facile Principis. Edidit [8] Vellejum Paterculum, [9] Thucydidem, [10] Dionysium Halicarnassæum, Geographiæ veteris [11] Scriptores Græcos minores, [12] Longinum, [13] Mœridem Atticistam, & [14] Æsopum. Lactantium prelo paratum habuit; sed quid de eo factum sit, juxta cum ignarissimis scio. Alia minutiora sciens prætereo. Tandem anno MDCCXIX. *die [15] 27. Novembris, post diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus est. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Christiani Daumii.
* Suo loco ubique in Nova hac Editione sublatos aut correctos invenies.
2 Vulgo Wedehop.
3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.
4 Anno 1676.
5 1684.
6 Anno 1701. mense Julio.
7 Anno 1712.
8 Oxon. 1693. 8°. & postea 1711.
9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.
10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.
11. Quattuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.
12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.
13. Ibid. 1711.
14. Oxon. 1718. 8°. cum nova Versione, & magna Fabularum accessione.
15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

Harriſon Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis ſuæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipſi natæ doctorum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muratorius, Joannes Maria Salvinius, & vir illuſtris Franciſcus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinius, Ludolphus Kuſterus, & cujus amicitiam magni ſemper fecit Michael [1] Lequienius; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Chriſtophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleiſchius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exſpectamus; In Dania vir nobiliſſimus Friderieus Roſtgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores ſunt Angli, quam ut mea egeant nomenclatione.

Erat probitate antiqua, facie decora, ſtatura mediocri, valetudine firmiſſima, quam tamen ſtudiis & vigiliis nunquam intermiſſis penitus tandem labefactavit. Hæc habui in præſentiarum dicenda de Joanne Hudſono, viro doctiſſimo, & mei, dum viveret, amantiſſimo.

1 Damaſceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VE-

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

SÆCULO II. à CHR. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Veſpaſiano, c. 5.*

APUD Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem, ita confirmavere ſortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id eſſe proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Joſephus*, cum conjiceretur in vincula, conſtantiſſime aſſeveravit fore, ut ab eodem brevi ſolveretur, verum jam Imperatore.

II. *Juſtinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos, p. 10. Edit. Pariſ.*

Επὶ δὲ καὶ σοφώτατοι, φίλων τε καὶ Ἰώσηπος, οἱ τὰ καθ' Ἰουδαίους ἱστορήσαντες, εἰς σφόδρα δίκαιόν καὶ παλαιὸν τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντα Μωϋσέα μέμνηνται. ὁ μὲν γὰρ Ἰώσηπος, τὸ δίκαιον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ λόγῳ τῆς ἀναγραφῆς τῶν βιβλίων σημαίνων βουλόμενος, ἀρχαιολογίαν τῆς ἱστορίας ἄνω γέγραφε· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Αρχαιολογίαν ὀνομάζων.

Quin & ſapientiſſimi illi Philo & *Joſephus*, qui res Judaïcas ſcripſerunt, ut admodum vetuſti & antiqui Judæorum principis Moyſis faciunt mentionem. Ipſe certe *Joſephus*, vetuſtatem rerum per ipſorum librorum inſcriptionem ſignificare volens, hiſtoriam exorſus ita ſcripſit; FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI: vetuſtatem hiſtoriæ Antiquitatum nomine deſignans.

III. *Idem iterum, pag. 11.*

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ελληνες, οἱ ἔξωθεν τὴν ἡμετέρας θεοσεβείας καὶ τὴν ἀρχαιότητος Μωϋσέως ἱστοριῶν γεγράφασι· καὶ πάντα παρ' Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς οὐκ ἔτυχε Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσης τὴν Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ υἱὸν θυγατρὸς βασιλέως εἰς παῖδος ἀντὶ θεσθαι χώραν· καὶ διὰ τὴν περισπουδάστου παιδείαν πολλῆς ἠξιῶσθαι αὐτὸν, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ τῆς γλώσσης ἀξίωμα ἀναγεγράφθαι περιελόμενοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος. ὅτοι γὰρ, τὰς Ἰουδαίων ἱστοριῶν πράξεις, ὅτι μὲν ἐξ Χαλδαίων γλώσσης τὸν Μωϋσέα γεγενῆσθαι φασὶ· τὸν δὲ προγόνων αὐτοῦ διὰ λιμοῦ πρᾶσιν ὅτι τὸ φοινίκης ἔθνει τῶν Αἰγυπτίων μεταναστάντων, ἐκεῖ τὸν ἄνδρα τυχεῖν φασιν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι οὐδενὸς, καὶ πάρχοντα καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθετῶν ἠξιῶσθαι ἐξ ἑαυτοῦ γλώσσης ἠξίωσεν, ὁπλίσας ὅτι τὸ Αἰγύπτιε τὸ τῶν Εβραίων πλῆθος ἐπὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc ſunt, viri Græci, quæ de Moſis vetuſtate externi & à religione noſtra alieni homines, hiſtorias ſcribentes, tradiderunt: omnia iſta ſe ab Ægyptiis ſacerdotibus accepiſſe profeſſi, apud quos non natus ſolum, ſed etiam qui omni Ægyptiorum diſciplina imbueretur, dignus habitus eſt, propterea quod a Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem cauſam magno eſt eductus ſtudio, quemadmodum in literas retulerunt ſapientiſſimi hiſtoriographi, qui de vita ejus & rebus geſtis generiſque ſplendore ſcribendi provinciam ſibi ſumpſere, Philon & *Joſephus*. Hi ſiquidem, Judæorum res geſtas memoriæ mandantes, à Chaldæis Moſen originem traxiſſe ſcribunt. Majores quippe ejus per famis cauſam è Phœnicia in Ægyptum tranſiiſſe, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præſtantem ipſius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legislatorem genti ſuæ præpoſuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem ſuam reverti, juſtum & æquum eſſe duxit.

IV. *Idem rurſus, pag. 14.*

Ταῦτα οὐ μῦθον ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελληνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὸ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῷ Φάρῳ ἐπιχωρίως ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐγχωρίων τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκόότες, ταῦτα ἀπομνημονεύομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν τοῦτων ἱστορούντων, τοῦ Φίλωνος καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε καὶ Ἰωσήπου, καὶ ἑτέρων πλείονων.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam, renunciamus: ſed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere poteſtis, & potiſſimum ex eis qui iſta ſcriptis ſuis inſeruerunt, ſapientibus & ſpectatis viris, Philone & *Joſepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem*

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox. p. 462.*

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, sicuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim exstitere Judæi, & Christum per ignorantiam supplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti sunt calamitatibus, sicut in libris *de Excidio* eorum docet *Josephus*?

Εἰ συγγώμιλω ἡ ἀκούσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ἐκ τ γραφῆς διδασκόμεθα; πῶς οἱ μὲν πάλαι Ἰουδαῖοι, τ χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πολιορκίαις κ ἀνυποστάτοις δεινοῖς ἐπεξέβησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τ Αλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ιώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis, p. 472. Edit. Oxon.*

Josephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: siquidem ex amore, quo ipsum prosequuta est, civitatem ei tradiderat.

Ιώσηπος φησιν, ὅτι, ἔτι παῖς ἐν βασιλείοις ἐτρέφετο Μωϋσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς ὑπ' τ Αἰθιόπων, κ νικήσας, ἠγάγετο τ θ βασιλέως ἐκείνε θυγατέρα· ἐπείπερ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸν προδίδωσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum, lib. 3. p. 257. Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quæ ad nos spectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephesius, necnon *Josippus*, qui contexuit *Historiam Belli Judaici* cum Romanis gesti, ita & ista nobis sufficere in præsentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν φοινίκων κὴ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστόρησαν περὶ τ καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγεγράψαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, κὴ ὁ Μένανδρος ὁ Εφέσιος, ἔτι δ κὴ Ιώσιππος, ὁ ἀναγεγράψας τ Ιουδαϊκὸν πόλεμον, τ γενόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ρωμαίων, ἀρκετῶς ἤτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib. 1. p. 341. Edit. Paris.*

Flavius autem *Josephus* Judæus, qui Judaïcas composuit historias, colligens tempora, ait, à Mose usque ad David esse annos DLXXXV. à David usque ad secundum annum Vespasiani MCLXXIX. deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mose usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni MDCCCCXXXIII.

Φλαύιος δ Ιώσηπος, ὁ Ιουδαῖος, ὁ τὰς Ιουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταλογὼν τὰς χρόνους, φησὶν, ἀπὸ Μωσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίγνεσθαι φησί· ἀπὸ δ Δαβὶδ ἕως Οὐεσπασιανοῦ δωδέκατος ἔτος, [ἔτη] ᾠοθ'. εἶτα ἀπὸ τούτου μέχρι Αντωνίνου δέκατος ἔτος, ἔτη οζ'. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωσέως ἕως τ δέκατον ἔτος Αντωνίνου πάντα ἔτη ᾳωλγ'.

IX. *Tertullianus in Apologetico adversus Gentes, p. 19. Edit. Paris.*

Judæus *Josephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

SÆCULO III.

X. *Dion Cassius Histor. Rom. lib. 66. p. 745. Edit. Hanov. Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix, p. 36. Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudeas, ut transeamus veteres, *Flavii Josephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentariis ad Matthæum, p. 223. Edit. Rothom.*

Usque adeo autem Jacobus hic Justitia sua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Josephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* conscripsit, rationem reddere volens, quare talia perpessus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigisse, propter ea quæ adversus Jacobum, fratrem Iesu, qui Christus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud est, cum Iesum verum esse Christum non crediderit, eum tamen tantam Jacobo justitiam testimonio suo tribuisse; dicit autem existimasse etiam populum, se hæc Jacobi causa sustinuisse.

Επὶ τοσοῦτον δ διέλαμψεν ἐν τ λαῷ ὅτι δικαιοσύνη, ὡς Φλάβιον Ιώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν ἑπτὰ βιβλίοις τ Ιουδαϊκὴν Αρχαιολογίαν, τ αἰτίαν ἀποδοῦναι βουλόμενον δ τὰ τοιαῦτα πεπονθέναι τ λαὸν, ὡς κ τ ναὸν κατασκαφῆναι, εἰρηκέναι, κ μεῖζον θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς ἀπηντηκέναι, [c] λέγει τὰ εἰς Ιάκωβον, τ ἀδελφὸν Ιησοῦ, τ λεγομένου Χριστοῦ, ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένα. κ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι, τ Ιησοῦν ἡμῶν [d] κ καταδεξάμενος εἶναι Χριστὸν, [e] ὀφεῖλον ἦλον Ιακώβου δικαιοσύνῃ ἁμαρτύρητα τοσούτῳ· λέγει δ ὅτι κ ὁ λαὸς τοῦτο [f] ἐνόμιζε διὰ τ Ιάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celsum, l. 1. p. 14. Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Josephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum seriem citat in gentis ejus antiquitatis testimonium.

Δυνατὸν γὰρ τ βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα Φλαβίου Ιωσήπου περὶ τ τ Ιουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶν· ὅπου πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρούντων τῇ Ιουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

a In *Suida Codd. Μάνεθως*. al. *Μανεθών*.
b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit δ συνοδικῶν τῶν τ Μακαβαϊκῶν ἱστοριῶν. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 8.
c Vide *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.
d Vide *Martini* Dissert. de Loco *Josephi*, p. 249.
e Vide doctiss. *Huet.* D. E. p. 52.
f Hæc de re plura mox infra.

TESTIMONIA.

XIV. *Idem iterum, p. 35.*

Εν γὰ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τ Ιεδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ιώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτιστῇ γεγωνημένῳ, κ καθάρσιον τοῖς βαπτιζομένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτὸς, [a] καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ιησ ὡς Χριστῷ, ζητῶν τ αἰτίαν τ τ Ιεροσολύμων πτώσεως, κ τ Γ ναῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κ Γ Ιησ ὑπεδεξατο τότων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἀπέκτειναν τ προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δ, κ ὥσπερ ἄκων ἁμαρτὼν τ ἀληθείας ψεύσμενος, φησὶ τοῦτο συμβεβηκέναι τοῖς Ιεδαίοις [h] κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβ Γ δικαίε· ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησ Γ λεγομένε Χριστ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν.

Nam *Joſephus* in XVIII. *Antiquitatum* teſtatur Joannem exſtitiſſe Baptiſtam, expiationemque baptizatis eſſe pollicitum. Idem, quamvis Ieſum parum cognoſcens pro Chriſto, dum quærit cauſam Hieroſolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuiſſet dicere id accidiſſe propter ejus populi contra Ieſum inſidias, quia Chriſtum à prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait hæc contigiſſe Judæis in ultionem Jacobi cognomento Juſti, fratris Ieſu qui dicitur Chriſtus, quia juſtiſſimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib. 2. p. 69.*

Τοῦτο γὰ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δ ἕως τ Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἐ ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τ Ιερουσαλήμ· ὡς μὲν Ιώσηπος γράφει Διὶ Ιάκωβον τ δίκαιον, τ ἀδελφὸν Ιησ Γ λεγομένε Χριστ, ὡς δ' ἀληθὲς παρίστησι Διὶ Ιησοῦν τ Χριστὸν Γ Θεοῦ.

Hoc enim fieri cœptum eſt ſub Neronis imperio, duravitque uſque ad Veſpaſiani tempora, cujus filius Titus ſolo æquavit Hieruſalem; ut *Joſepho* videtur propter Jacobum juſtum, qui vocabatur frater Ieſu Chriſti, ut vero res ipſa clamat, propter Ieſum Chriſtum Dei filium.

XVI. *Idem rurſus, p. 167.*

Καὶ ὁ βυλόμενός γε [k] ἀναγνώτω τὰ Γ φλαβίε Ιωσήπε περὶ τ Ιεδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ τίνα τρόπον ἀρχαιότερος ἦν Μωϋσῆς τ κ χρόνων μακρὰς περιόδους κατακλυσμὸς κ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγνεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoſcere, legat *Flavii Joſephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut ſciat Moſem longe ætate ſuperiorem fuiſſe iſtis, qui juxta temporum viciſſitudines diluvia in mundo fieri & exuſtiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abſtinentia, lib. 4.*

Οἱ μὲν τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτο ἐπιοῦσι τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ιώσηπος τ πεπραγματευμένων ἀνέγραψεν. κ γὰ ὁ μὲν τῷ δευτέρῳ τ Ιεδαϊκῆς ἱστορίας, ἣν δ' ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, κ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τ Αρχαιολογίας, ἣν Διὶ εἴκοσι βιβλίων ἐπεραγματεύσατο, κ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελληνας, εἰσὶ δ δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοίνυν οἱ Εσσαῖοι, Ιεδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iſte ordo hujuſmodi inſtitutis vivebat, ut ſæpius *Joſephus* in ſcriptis ſuis teſtatum reliquit: in ſecundo nempe libro *Judaïcæ Hiſtoriæ*, quam ſeptem libris abſolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris compoſuit; & in ſecundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Eſſæi, "Judæi quidem natione ſunt, *&c.*

SÆCULO IV.

XVIII. *Euſebius Cæſarienſis lib. 8. Præparat. Evangel. c. 10. Edit. Pariſ.*

Τῶν δ' οἰκείων οἱ πρεσφανέστατοι καὶ μνήμης ἀληθοῦς τούτους ἠξίωσαν, Ιώσηπός τε καὶ Φίλων, καὶ ἕτεροι πλείους.

At Gentilium ſuorum clariſſimi, *Joſephus* & Philo, aliique complures, eoſdem memoriæ poſteritatis ſempiternæ, ſuis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euſeb. Demonſtr. Evangel. l. 3. p. 124. Edit. Pariſ.*

——— αὐτάρκης μὲν οὖν κ ἡ τῶνδε τυγχάνη πρὸς Γ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν δ' εἶον ἂν πρεσεῖναι κ τῷ ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μαρτυρεῖν χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

"Γίνεται δ κατ' ἐκεῖνον τ χρόνον Ιησοῦς σοφὸς "ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰ παρα"δόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "πληθὴ σεδομένων. κ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιεδαϊκοῦ "πολλοὺς δ κ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗ"τος ἦν. κ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόν"των χωρὶς Διαπιμηχότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύ"σαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰ αὐ"τοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

Nam *Joſephus* in XVIII. *Antiquitatum* teſtatur Joannem exſtitiſſe Baptiſtam, expiationemque baptizatis eſſe pollicitum. Idem, quamvis Ieſum parum cognoſcens pro Chriſto, dum quærit cauſam Hieroſolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuiſſet dicere id accidiſſe propter ejus populi contra Ieſum inſidias, quia Chriſtum à prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait hæc contigiſſe Judæis in ultionem Jacobi cognomento Juſti, fratris Ieſu qui dicitur Chriſtus, quia juſtiſſimum hominem occiderant.

——— ego licet talium hominum de Salvatore noſtro teſtimonium nobis abunde ſatisfacere debeat, tamen nihil me præter propoſitum facturum arbitror, ſi quaſi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Joſephi* teſtimonio utar: qui in XVIII. Judaïcæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in hiſtoriam ſuam referens, de Salvatore noſtro mentionem facit, his verbis:

"Exiſtit per idem tempus Ieſus ſapiens vir, ſi "modo virum eum dicere oportet, quippe qui "earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi"dem ſuperant. Docebat porro hic homines, "ſi quos veritatis ſtudioſos reperiebat: ergo mul"tos ſibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio"nis adjunxit. Chriſtus plane hic fuit: ſiquidem "cum magiſtratibus noſtris accuſantibus, illum "crucis ſupplicio affeciſſet Pilatus, non deſtite"runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit "enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo"dum

[a] Vide Cl. *Spenceri* Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi ſupra.
[b] Eadem fere habet *Euſebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Pariſ.* Vide Epiſt. Cl. *Picquii* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.

[i] Legendum potius, ἀνδρα.
[k] Al. ἀναγνώτω.
[l] Deeſſe videtur πρέπω, aut ſimile.

"dum

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumera-
"bilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc uſ-
"que diem Chriſtianorum non defecit genus.

"τῶν παῤ αὐτοῖς προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκό-
"των. ὅθεν εἰσέτι νῦν ἀπὸ τῶνδε τῶν Χριστιανῶν ὁ σύμ-
"πας οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

XX. *Idem l.* 6. *c.* 11. *p.* 291.

At *Joſephus vice eorum*, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, *Judaicas traditiones* ſumma diligentia perſequutus eſt, utpote qui Hebræus ab Hebræis exiſteret.

Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ τοὺς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] διατυπώσεις ἀπηκριβωκὼς, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων.

XXI. *Idem l.* 8. *p.* 397.

Atque optimus hujus rei teſtis eſt Hebraicus auctor *Joſephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ καθ' ἑαυτοὺς χρόνους ἐν [n] ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "τοῖς δὲ βασιλείαν, κ. τ.

XXII. *Idem in Hiſt. Eccleſiaſt. l.* 1. *c.* 4. *p.* 17. *Edit. Valeſii.* 1659.

Ανεγνώσθη Φλαβίου Ιωσήππου Ιουδαϊκῆς Αρχαιολογίας ἐν λόγοις κ'. ἄρχεται ἀπὸ τῆς Μωσέως κοσμογονίας, τὰ πολλὰ συνᾴδων. ἔστι δὲ ἔνθα ἀλλοιότερον συγγραφόμενος. κάτισι δὲ μέχρι τῆς ἐσχάτης τοῦ [πολέμου] πρὸς Ρωμαίους Ιουδαίων πολέμου ——. ἔστι δὲ Ιωσήππος, γένος μὲν Ιουδαῖος, ἱερεύς, καὶ ἐξ ἱερέων τὰ πρὸς πατρὸς ἄνωθεν καταγόμενος, καὶ ἐκ βασιλείας φυλῆς ἀπὸ τῆς μητρός, ἔστι γὰρ Ασαμωναίων παίδων, οἳ ὕστερον μακρότερον τῶν ὁμοφύλων ἱεράτευσάν τε καὶ ἐβασίλευσαν, ἡ γεννησαμένη ἀπόγονος. γίνεται δὲ οὖν ἐξ αὐτῆς καὶ Ματθίου τοῦ πρώτου ἔτους τῆς Γαΐου Ρωμαίων ἡγεμονίας Ιώσηππος. ἐκ νέας μὲν φιλολογῶν· πρὸς δὲ τὸ ἑκκαιδέκατον ἔτος γεγονὼς ἐπέβαλε καὶ τοῖς παρὰ Ιουδαίοις αἱρέσεσι· τρεῖς δέ εἰσι· καὶ πάσας εὐτόνως μετῆλθε, ὑπὲρ δὲ πασῶν πεῖραν εἰληφότα ἐλέσθαι τὴν ἀμείνω. εἰσὶ δὴ αἱ αἱρέσεις, Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι, καὶ Εσσηνοί. ἂς διελθὼν ἔρχεται ὅτι τὴν ἔρημον, καὶ παρά τινι σκληραγωγοῦντι ἀνθρώπῳ τινί, τὰ ἐρημικὰ ἀθλοῦντι βίον, ὅτι ἔτη τρία· ᾧ δὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἐσθὴς μὲν δένδρων, καὶ τροφὴ τὰ αὐτοφυῶν αἱ βοτάναι, καὶ ψυχροῦ ὕδατος λουτρὸν πολλάκις, καὶ τὰ ἡμέρας καὶ τὰ νυκτός, πρὸς ἁγνείαν. ἐκεῖθεν δὲ τὸ ἐννεακαιδέκατον ἔτος ἐπανέρχεται πρὸς τὴν πόλιν, τοῦτο φαρισαίων αἱρέσεως στέργων, ᾗ καὶ τῇ παρ' Ελλησι Φασὶν εἰκέναι ὀνομαζομένῃ Στωϊκῇ. εἶτα περὶ τὸ λ'. ἔτος πέμπεται πρὸς τῶν Ιεροσολυμιτῶν, τῶν ἐν Γαλιλαίᾳ πρωτοστατῶν. ἔρχεται γὰρ παραχρῆς ἐδέχετο τὰ Ιουδαίων, πολλαῖς ἀταξίαις ἤδη συνηλλοιωμένων. εἶτα καὶ στρατηγὸς τῶν περὶ τὴν Γαλιλαίαν χειροτονηθεὶς, εὖτε πρόσεση ἔθνους, καὶ μυρίας καὶ ποικιλωτάτας ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων ὀνειδικὰς ὑποσχὰς, πάσας ἐξέφυγε· καὶ μετρίως τοῖς ἐχθροῖς ἔχων, ὑπεξουσίοις πολλάκις ἐχρήσατο. καὶ τὰ πρὸς Ρωμαίους πόλεμον ἄκων ἀναδεξάμενος, καὶ ἀνδρείως διενεγκὼν ἐν Ιωταπάτοις, ὅμως ζωγρίας Οὐεσπασιανῷ, Ρωμαίων τότε στρατηγοῦντι, ἁλίσκεται· εἶτα τυχὰν λίαν εὐμενοῦς, αὐτός τε τότε καὶ ὑπατικὸν Ρωμαίων ἄρξαι. οὐκ αὐτὸς δὲ μόνος,

Legimus *Flavii Josephi* libros XX. *Judaïcæ Antiquitatis*. A mundi creatione juxta Mosem initium ducit, magna ex parte cum eo concinens. Est vero ubi & ab eo diversus abit. Pergit autem ad bellum ultimum Judæorum cum Romanis ——. Est quidem *Josephus* genere Judæus, sacerdos ipse, patrisque stirpem à sacerdotibus ducens: mater enim ejus regii sanguinis fuit ex Asamonæorum illa sobole, quæ diutissime inter contribules sacerdotio potita summo & regno. Natus ergo *Josephus* ex illa matre & Matthia, anno primo Caji Romanorum Imperatoris. Jam inde à teneris unguiculis Philosophiæ studiis sese dedidit: annum deinde attingens sextum decimum, animum quoque ad Judæorum sectas appulit (tres autem numerantur) omnesque magno animi studio persecutus est; ut, omnium capto experimento, optimam tandem amplecteretur. Atque hæ fere sectæ illæ; Pharisæi, Sadducæi, & Esseni. Quas cum percurrisset, in solitudinem secedit, ibique viro tres annos utitur, qui solitariam erat vitam austere pridem complexus; cui vestimentum arborum folia, alimentum vero herbæ sponte natæ præbebant; & frigida insuper sæpius interdiu noctuque lavabat, puritatis continentiæque gratia. Hinc ad undevicesimum ætatis annum urbem repetiit, Pharisæorum potissimum hæresim secutus, quam ei fere similem faciunt, quæ apud gentes Stoïca est appellata. Annum agens postea tricesimum, ab Hierosolymitanis ad Galilæam procurandam mittitur. Jam enim turbari res cœperant Judæorum, multisque ipsi agitari tumultibus. Dein, Galilæorum ductor creatus, Rempublicam bene gessit, & multas variasque æmulorum in Republica administranda insidias evitavit: cum inimicis etiam moderatius agendo, non raro eos in suam redegit potestatem. Bellum item, quod adversus Romanos invitus suscepit, fortiter Iotapatis sustinuit; vivus tamen in Vespasiani, Romanorum copiis præfecti, potestatem venit: quem in se humanum sensit, ac perbenignum jam tum, & vero amplius postquam Ro-

[q] Vide Varia Sacra *Stephani Le Moine*, & Cl. *Cavei* Histor. Literar. Vol. p. 169.

Romanum obtinuit imperium. Neque ſolum illum talem expertus eſt, ſed etiam liberos ejus Titum ac Domitianum, qui parentis imperium ordine exceperunt, ut & Romana ſit civitate donatus, multiſque opibus auctus. Abſoluta ab eo hiſtoria LVI. ætatis anno, imperii vero Domitiani XIII.

ἀλλὰ καὶ τῶν παίδων, Τίτου καὶ Δομιτιανοῦ, καὶ Δομιτιλλῳ βεβασιλευκότων· ὡς καὶ τῆς Ρωμαϊκῆς τυχεῖν πολιτείας, καὶ πάντων ἐν ἀφθονίᾳ καταζῆναι. ἀπηρτίσθη δὲ ἡ ἱστορία ϛ΄. ἄγοντι ἐνιαυτὸν, Ρωμαίων Δομητιανοῦ ἔτους τρισκαιδέκατον.

LXXXVI. *Idem in Epiſt. 247. Edit. Lond.*

Vides hîc Philippenſes titulo ſe Romanos venditantes. Et poſt ea tempora *Joſephus*, à Judaïca propagine genuina genitus, & patriam ſortitus Hieruſalem, è ſacerdotum ſtirpe ſacerdos ipſe, tamen more Romano *Flavius* dicebatur. Quem illi honoris titulum Veſpaſiani prænomen dedit, cum illis communem, qui conſanguinitate cum Romanis efferebantur. Nec tamen *Joſepho*, qui Romanum & Flavium ſemet indigitabat, dicam aliqui ξενίας inſcripſere; quamvis ex invidia illi plures adverſarentur: nec quidem rapiebatur κατ' ἔνδειξιν ad judicii tribunal.

Ὁρᾶς ὅσως οἱ Φιλιππήσιοι τῇ Ρωμαίων ἑαυτοὺς ὀνησεμνιοῦσι κλήσει· ὥσπερ ὁ πάλιν, τούτων ὕστερον, Ἰώσηπος Ἑβραίων τε γνησίας ἀποφαίνεται σκελασήσας, καὶ αὐτὸ πατρῷον τὸ Ἱεροσόλυμα κεκληρωμένος, ἐξ ἱερέων τε καὶ ἱερεὺς, αὐτὸ τοῦτο χρηματίσας, ὅλως πρὸς τῇ Ρωμαίων κλήσει, καὶ τῷ Φλάβιος ἐπεγράφετο προσηγορίαν. ὁ γέρας ἡ ἐξ Οὐεσπασιανοῦ ἐπωνυμία τοῖς Ρωμαικῶς αὐχοῦσιν ὅλῳ συγγένειαν ἐδίδου· καὶ ὃ μόνον Ρωμαῖον αὐτὸν καὶ Φλάβιον ἀναγεγράφων ἑαυτῷ ξενίας ὁ Ἰώσηπος ἐάλω, καίτοι πολλῶν τῷ Φθόνῳ κατ' αὐτοῦ βαλλόντων, ἀλλ' οὐδ' ἔνδειξιν εἰσήχθη.

SÆCULO X.

LXXXVII. *Simeon Metaphraſtes in Commentario rerum Sancti Jacobi, ex Auctario Noviſſ. Bibl. Gr. Patrum per Combefiſium, parte prima, p. 520. & p. 526.*

Quinam non eos ſolum luiſſe pœnas, qui Juſto necem intulerunt, ſed & civitatem, in qua ſcelus iſtud perpetratum eſt, magnam accepiſſe cladem affirmarunt: ejuſque rei teſtis locupletiſſimus *Joſephus*, libro XX. *Antiquitatum* viri geſta, referens ——. Cæterum, poſt Jacobi necem, mala extrema Judæis obvenerunt: eorumque teſtis *Joſephus* Judæus, qui nihil veritatis celavit.

Καὶ ἐνίους μὴ μόνον δίκας σκῆψαι φάναι τοὺς ἀνελόντας τὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ πολλῇ τὴν πόλιν χρῆσαι συμφορᾷ, καθ' ἣν τὸ μῦσος ἐκεῖνο συμβέβηκε· μαρτυρεῖ τε τῷ λόγῳ Ἰώσηπος, ἔν γε τῷ εἰκοστῷ τῆς Ἀρχαιολογίας συγγράμματι τὰ κατ' ἄνδρα διεξιών ---. τὰ μέντοι κακῶν ἔχματα μετὰ τὸν Ἰακώβου τελευτὴν Ἰουδαίους κατέλαβε· καὶ μάρτυς τούτων Ἰώσηπος, μηδὲν τῆς ἀληθείας ἀποκρυψάμενος.

LXXXVIII. *Suidas in Lexico voce* Ἰώσηπος.

Joſephus, Judæus, veritatis amans, de Præcurſore, & de Domino noſtro & Deo & Servatore Ieſu Chriſto loquitur. Fuit autem Matthæi ſacerdotis Hieroſolymitani filius; & *Antiquitates Judaicas* libris XX. deſcripſit &c. Hic à Veſpaſiano & Tito ejus filio captus, uſque ad Hieroſolymorum expugnationem apud ipſos manſit; & cum ipſis Romam profectus, Libros ſeptem de Excidio Hieroſolymitano Imperatoribus obtulit, qui in Bibliotheca Publica ſunt repoſiti; & ob illius ſcripti celebritatem ſtatua donatus eſt. Scripſit etiam *Antiquitatum Judaïcarum* libros XX, ab exordio mundi uſque ad XIV annum Domitiani Cæſaris. Item duos alios Antiquitatum libros contra Apionem, Grammaticum Alexandrinum, qui ſub Caligula à parte Gentilium legatus miſſus eſt, ut oratione quadam Philonem accuſaret, quæ Gentis Judaïcæ criminationem continet. Eſt & alius ejus Liber, omnino præclarus, *de Principatu Rationis*, in quo martyrii Maccabæorum meminit. Hic Libro decimo octavo *Antiquitatum* aperte fatetur, propter multitudinem miraculorum Chriſtum à Judæis interfectum fuiſſe; & Joannem Baptiſtam vere fuiſſe Prophetam; & propter cædem Jacobi Apoſtoli Hieroſolyma vaſtata fuiſſe. Sic autem de Domino noſtro Ieſu Chriſto ſcribit: "Eodem tempore exſtitit Ieſus", &c. Hæc *Joſephus* lib. XVIII. de Chriſto dicit.

Ἰώσηπος, Ἰουδαῖος, φιλαλήθης, λέγων περὶ τοῦ Προδρόμου, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ματθαίου παῖς ἱερέως ἐξ Ἱεροσολύμων· γεγραφὼς τὴν Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις κ΄. ἔτους ἄλλως περὶ Οὐεσπασιανοῦ, καὶ Τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅτε τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἁλώσει καταλείφθη, καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἐπτὰ λόγους τῆς Ἱεροσολύμων ἁλώσεως τοῖς βασιλεῦσι προσήνεγκεν, οἵ τινες τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν, καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς συγγραφῆς ἀνδριάντος ἠξιώθη, ἔγραφε δὲ καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας λόγους κ΄. ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς, ἕως πεντεσκαιδεκάτου ἔτους Δομητιανοῦ Καίσαρος· καὶ β΄. βίβλους ἐπὶ πρὸς ἀρχαιότητος, κατ' Ἀπίωνος Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ Καλιγούλα πρεσβεύτης ἀπεστάλη τοῦδε τοῦ μέρους τῶν Ἑλλήνων κατηγορήσων Φίλωνος διὰ λόγου τινὸς, κατάγνωσιν περιέχοντος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. ἔτι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ἐνάρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ τοῦ πάθους τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. ἔτους ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας βίβλῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸ ὄγκον τῶν σημείων τὸν Χριστὸν ἐσφάχθαι ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ Ἰωάννου τὸν Βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγωνέναι προφήτην, καὶ διὰ τοῦτο σφαγὴν Ἰακώβου τοῦ Ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. γράφει δὲ περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμῶν ὅτως· "Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον" ——. τοσαῦτα Ἰώσηπος περὶ Χριστοῦ ἐν τῷ ιή. λόγῳ φησὶν.

LXXXIX. *Idem iterum voce* Ἰώσηπος.

Joſephus, Judæus, hiſtoriographus. Hunc Veſpaſianus cuſtodiri juſſit, ut eum Neroni mitteret. *Joſephus*, hoc audito, dixit, ſe cum ipſo ſolo velle

Ἰώσηπος, Ἰουδαίος, ἱστοριογράφος. τοῦτον φρουρεῖσθαι κελεύει Οὐεσπασιανὸς, ὡς ἀναπέμψων αὐτίκα Νέρωνι. τοῦτο ἀκούσας Ἰώσηπος, μόνῳ τι διαλεχθῆναι θέλειν

r Hic locus, quo nullus eſt in toto *Joſepho* illuſtrior & celebrior, doctorum virorum ingenia non parum exercuit, aliis eum παρεμπεφυρμένον & ſpurium, aliis vero ab ipſo *Joſepho* ſcriptum eſſe contendentibus. De hoc argumento plures diſſertationes in utramque partem editæ ſunt, & in omnium manibus verſantur; quæ ratio eſt, quare plura hîc non addam. *Ruſinus.*

s Re-

TESTIMONIA.

λεων ἔλεγεν αὐτῷ. μεταιρησαμένου δὲ ἐκείνου πάντας, πλὴν τοῦ παιδὸς Τίτου καὶ δυεῖν φίλων, "Σὺ μέν, "ἔφη, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις" ——. ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς πρόφασιν μὲν ἀπιστεῖν ἐδόκει, καὶ τὸν Ἰώσηπον ἐδόκει πανουργεῖν· ἀτρεκῆ δὲ τὸν Ἰώσηπον εὑρηκὼς, ἐδωρεῖτο ἐσθῆτι καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις.

aliqua de re agere. Cum igitur ille omnes, præter filium Titum & duos amicos, summovisset, "Tu quidem, inquit, Vespasiane, putas &c. —— Vespasianus autem principio quidem nullam fidem his verbis adhibere videbatur, quod *Josephum* astute hæc comminisci putaret: sed cum postea, quæ dixisset, vera esse cognovisset, vestimentis & aliis pretiosis muneribus eum donavit.

XC. *Idem voce* φλέγων.

Τἐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος καὶ δεδοικὼς ἔοικε καὶ εὐλαβούμενος, μὴ πως ὀργισθεὶν Ἕλλησι.

Contra vero *Josephum* videri & timere & cavere, ne Græcos offendat.

SÆCULO XI.

XCI. *Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio, p. 225. Edit. Paris.*

Ἰώσηπος Ἰουδαῖος, φιλαλήθης ὢν, ἱερεῖ τε τὰ τότε, τῶτε πολέμῳ καὶ τῇ ἁλώσει ἐκείσε ἐντυχών.

Josephus Judæus, veritatis observantissimus, qui & bello & excidio urbis interfuit, historiam ejus rei descripsit.

XCII. *Idem paulo infra, p. 231.*

Αὐτὸν παρέξομεν τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, τὰ ἐκείνων φρονοῦντα. —— [t] σὺ δέ μοι σκόπει τὸ φιλάληθες τοῦ ἀνδρὸς, ὃς, εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν, οὐκ ἠθέλησε ζηλῶσαι τὴν Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν τε καὶ ψευδηγορίαν.

Josephum ipsum, hominem ab ipsorum partibus, citare licet. —— Ac mihi veritatis studium in eo viro considera, qui, Judæus quamvis erat, Judaïcam tamen contendendi & mentiendi libidinem imitari noluit.

XCIII. *Joannes Xiphilinus in Epitome Dionis, in Vespasiano, p. 317. Edit. Francof.*

Ἰώσηπος ὁ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθείς τε ὑπ' αὐτοῦ παρόντος καὶ δεθείς, ἐγέλασε καὶ ἔφη· "νῦν μέν με "δήσεις, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενό"μενος.

At *Josephus* natione Judæus, ante ab eo captus constrictusque vinculis, ridens ait; "Nunc quidem me vincies: post annum autem solves, cum "fueris Imperator factus.

XCIV. *Theophylactus Archiepisc. Bulgariæ in Comment. in Matthæum, cap. 22. p. 219. Edit. Paris.*

Ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, τιμῆσαι τοὺς Ῥωμαίους, καὶ τοὺς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους ἀπώλεσε, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε τὴν Ἱερουσαλήμ, ὡς καὶ ὁ φιλαλήθης Ἰώσηπος λέγει.

Misit autem rex exercitus suos, hoc est Romanos, qui inobedientes Judæos perdiderunt, & civitatem illorum Hierusalem succenderunt, ut testatur etiam *Josephus* [y] veritatis studiosus.

XCV. *Idem in Comment. in Joannem, p. 762.*

Ἡ πόλις αὐτῶν ἑάλω, καὶ ἡ θεήλατος ὀργὴ κατ' αὐτῶν ἐφέρετο· ὡς καὶ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, διὰ τὸν θάνατον τοῦ [x] Ἰησοῦ τοῦτο αὐτοῖς γενέσθαι.

Civitas ipsorum capta est, & ira divinitus immissa undique in eos venit, sicut & *Josephus* testatur, propter mortem Iesu hæc eis evenisse.

XCVI. *Nicetas in Comment. in Gregor. Nazianz. Orat. de Macc.*

Τίνες οὖν εἰσι, καὶ διὰ τί ἔτω τετιμήκασι, δηλώσει σαφῶς ἡ βίβλος Ἰωσήπου· ἥτις φιλοσόφως ἐπιδείκνυσιν, ὅτι αὐτοκράτωρ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, καὶ κυβερνᾷ τὸ ῥέπειν εἰς ἀμφότερα, ποτὲ μὲν εἰς ἀρετὴν, ποτὲ δὲ εἰς κακίαν. αὕτη γὰρ ἡ βίβλος, τὸ αὐτεξούσιον κατασκευάζουσα, πολλαῖς μαρτυρίαις εἰς τοῦτο ἐχρήσατο, ἐκ μὲν τῶν ἄλλων ἐκ τῆς τῶν Μακκαβαίων ἀθλήσεως.

Hi igitur quinam sint, & qua de causa tanto sint in honore, *Josephi* liber perspicue docebit: qui philosophice demonstrat rationem perturbationum esse magistram, dominamque propensionis ad alterutram partem, modo scilicet ad virtutem, modo ad vitium. Nam liber iste libertatem voluntatis astruens, multis eam ad rem confirmandam testimoniis adhibitis, Maccabæorum quoque inter alia profert in medium certamina.

SÆCULO XII.

XCVII. *Baldricus Archiepisc. Dolensis in Historia Hierosolym. l. 1. p. 85. Edit. Hanov.*

Quod (sc. excidium) quomodo acciderit, legenti gesta Titi & Vespasiani patebit; quam lectionem vir eloquentissimus *Josephus* stilo celebri consecravit.

XCVIII.

[s] Reliqua videsis in lib. 3. de *Bello Jud.*

[t] Certe hæc habuit ex *Chrysostomo*, cujus verba pagina abhinc sexta attulimus.

[y] Ita versionem supplevi: in qua deerat quod voci φιλαλήθης respondeat. Si è *Societate Jesu* fuerit Interpres, non miror. Nam *Loiolæ* discipuli *Josephi* nostri auctoritatem plerumque elevant.

[x] Forsan legendum Ἰακώβου. Hæc enim mala eis accidisse propter mortem *Jacobi*, alii *Josephi* testimonio nixi asseruntur.

TESTIMONIA.

XCVIII. *Joannes Zonaras in Præfatione ad Annales.*

Quia & hîc perſtringantur quæ de Servatore noſtro Ieſu Chriſto, deque Joanne Baptiſta ſcripſerit *Joſephus*.

Αλλὰ καὶ ἐνταῦθα σωτέτμηκται ὅσα περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ὁ Ιώσηπος συνεγράψατο, καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ιωάννου.

XCIX. *Idem in Annalibus, p. 267. Edit. Pariſ.*

Hoc tempore Dominus quoque noſter & Deus Ieſus Chriſtus in Judæa viſus eſt: de quo hæc verba habemus in *Joſephi Antiquitatum* libro decimo octavo: "Fuit hoc tempore Ieſus vir ſa-"piens &c. ——— In oratione vero ſua *ad Græ-cos*, quæ & contra Platonem inſcribitur, *de cauſa Univerſitatis*, cujus etiam S. Joannes Damaſcenus in Parallelis ſuis meminit, hæc dicit: "Omnes juſti & injuſti ad Dei Verbum ad-"ducentur; illi enim pater omne judicium de-"dit, &c.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ιησοῦς Χριστὸς ἐν Ιουδαίᾳ ἐφάνη· περὶ οὗ ταῦτα καὶ λέξιν φησὶν ὁ Ιώσηπος ἐν τῷ ιη λόγῳ τῶν Αρχαιολογίας· "γίνεται "δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ιησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ ------. ἐν δὲ τῷ πρὸς Ελληνας αὐτοῦ λόγῳ ὃς καὶ Πλάτωνος ἀπιγέγραπται περὶ τοῦ Παντὸς αἰτίας, ἃ καὶ ὁ ἅγιος Ιωάννης Δαμασκηνὸς μνήμην πεποίηται ἐν τῇ πεπονημένῃ αὐτοῦ βίβλῳ τῇ καλουμένῃ Παραλληλα, ταῦτα φησίν· "πάντες γὰρ δίκαιοί τε καὶ ἄδικοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ λόγου "ἀχθήσονται ------.

C. *Michael Glycas in Annalium parte ſecunda, p. 158. Edit. Pariſ.*

Sic rem geſtam *Joſephus* recenſet, qui ſane nonnunquam fabulis conſentanea literis mandaſſe videtur.

Καὶ ὁ μὲν Ιώσηπός ἐστιν, ὅ τι μυθολογῶν ἔτω φαίνεται.

CI. *Idem parte tertia, p. 234.*

Hoc tempore ſapiens ille Philo & *Joſephus* claruerunt. *Joſephus* veritatis amans exſtitit. Nam & Baptiſtam Domini laudat, & Chriſtum conſimiliter virum ſapientem, & magnorum prodigiorum effectorem appellat; ac, poſteaquam crucifixus fuiſſet, die tertio vivum conſpectum eſſe tradit.

Τότε δὲ ὅ, τε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ιώσηπος ἤκμαζον. ἔτος δὲ Φιλαλήθης ἐλέγετο· Διέφερε τὸ τοῦ Βαπτιστοῦ τοῦ Κυρίου ἐπαινεῖν, καὶ διὰ τὸ τοῦ Χριστὸν ὁμοίως ἄνδρα σοφὸν μαρτυρεῖν, καὶ μεγάλων σημείων ἐργάτην, σωρωθέντα δὲ ζῶντα φανῆναι μετὰ τρίτην ἡμέραν.

CII. *Idem ibid. p. 238.*

Nam hæc omnia ſic prorſus evenerunt, id quod hiſtoria *Joſephi* teſtatur. Quippe ne Judæorum quiſpiam Hiſtoriæ fidem derogaret, non aliquem extraneum, ſed eadem natione prognatum & æmulatorem veritas excitavit, qui Judæorum calamitates inexplicabiles deſcriberet.

Πάντα γὰρ πεπλήρωται κατὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ Ιωσήπου· ἵνα γὰρ μηδεὶς Ιουδαίων ἀπιστήσειεν, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ δυσεξήγητα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη αὐτῶν.

CIII. *Fulcherius Carnotenſis in Geſtis peregrinantium Francorum, p. 437. Edit. Hanov.*

Rex Aſſyriorum pugnans contra Syriam & Phœnicem expugnavit eam, cum in ea regnaret Elyſæus rex. Nolebant enim regi Aſſyriorum Tyrii eſſe ſubjecti. Hoc per quinquennium actum eſt. De hoc Menander ſcribit, *Joſephus* quoque latius.

CIV. *Joannes Tzetzes Hiſtoriarum Variarum Chil. V. p. 347.*

In libro *Captivitatis* ſacrorum Solymorum
Admirandus *Joſephus* hiſtoricus Hebræus
Fatum injuſtum dicit magnifice, &c.

Εν βίβλῳ τῆ Αλώσεως τῶν ἱερῶν Σολύμων
Ο θαυμασὸς Ιώσηπος ἱστορικὸς Εβραῖος
Τὸν εἱμαρμένον ἄδικον λέγει μεγαλοφώνως ----.

CV. *Joannes Sariſburienſis in Polycratico, lib. 2. c. 9.*

Unde *Joſephus*: "Fuit autem iiſdem temporibus Ieſus ſapiens vir, ſi tamen virum eum appellare fas eſt, &c.

CVI. *Willermus Tyrenſis Archiepiſc. Hiſtoriæ lib. VIII. p. 746. Edii. Hanov.*

Hanc vero, ut referunt egregii Scriptores & illuſtres Hiſtoriographi, Hegeſippus & *Joſephus* Judæorum id exigentibus meritis, XLII°. poſt paſſionem Domini anno, Titus Veſpaſiani filius, Romanorum princeps, obſedit, obſeſſam expugnavit, & expugnatam dejecit funditus, &c.

CVII. *Idem in Præfat. ad lib. XXIII.*

—— orant inſtantius ut regni Hieroſolymorum ſtatus omnis, tam proſper quam adverſus, poſteritati noſtrâ ſignificetur operâ, ſtimulos addunt, proponentes Hiſtoriographorum diſertiſſimos, Titum Livium videlicet, Romanorum non ſolum proſpera ſed etiam adverſa mandaſſe literis; *Joſephum* quoque non ſolum quæ à Judæis egregie geſta ſunt, verum & quæ eis ignominioſa ſunt illata, longis tractatibus publicaſſe.

CVIII. *Gotfridus Viterbienſis in Chronico, p. 359. & p. 366. Edit. Francof.*

Bellum maximum inter Aretam regem Arabum & Herodem accidiſſe [z] refert *Joſephus*, propter peccatum

[y] Verba hæc reperiuntur in *Fragmento iſto*, quod edidit Cl. *Le Moine*, & *Joſepho* Editioni Lipſienſi ſubjungitur.

[z] *Antiquitatum* lib. 18. c. 7.

tum quod in Joannem Herodes perpetraverat. De Christo etiam idem *Josephus* sic scribit: "Fuit his temporibus Iesus, sapiens vir, si tamen virum nominari fas est &c. *Josephum* etiam, Judæorum prudentissimum & sapientissimum Sacerdotem, in vinculis tenebat Vespasianus. Iste autem *Josephus*, non solum inter Judæos, sed etiam apud Romanos, postmodum tantæ auctoritatis fuit, ut statua ei in Urbe donata, libri quoque ejus Bibliothecæ traderentur. Ejus autem [a] opera sunt in Historia viginti librorum *Antiquitatum*. Liber etiam [b] *Maccabæorum* secundus ab eo dicitur compositus.

SÆCULO XIV.

CIX. *Theodorus Metochita in Hist. Rom. p. 84. Edit. Lugd. Bat.*

[c] Πάντα γὰρ πεπλήρωται τὰ [τοῦτα] κατὰ τὴν ἱστορίαν Ἰωσήπου. [c] ἵνα γὰρ μηδεὶς Ἰουδαίῳ ἀπιστήσειεν. οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀληθὰ τὰ δυστεχήματα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη αὐτῶν.

Omnia enim hæc impleta abunde nobis *Josephi* historia attestatur. Et nequis Judæus fidem non haberet, veritas non extraneum aliquem, sed è gente eadem virum æmulatoremque insignem excitavit, qui, quæ illi nefanda passi, tragica gravitate exponeret.

CX. *Nicephorus* [d] *Callistus Hist. Ecclesiast. l. 1. c. 10. Edit. Paris.*

Τῆς δὲ ἀπογραφῆς ταύτης, βαρείας τῷ Ἰουδαίων ἔθνει γενομένης, καὶ ὁ Φιλαλήθης Ἰώσηπος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν ἐμνημόνευσεν, ἅτω διεξιών· Κυρήνιος ἦ ------.

Census & descriptionis hujus, quæ gravis admodum Judæorum genti fuit, & ipse veritatis consectator *Josephus* in XVIII° Historiarum suarum libro meminit, hisce verbis: "Cyrenius, &c.

CXI. *Idem lib. 1. c. 15.*

Ας μὲν δυστεχίας λαμπρῶς ὁ Φιλαλήθης Ἰώσηπος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκῇ διελήλυθεν ἱστορίᾳ.

Quas quidem calamitates luculenter veritatis amator *Josephus* in Judaïca temporum suorum historia commemoravit.

CXII. *Idem lib. 1. c. 39.*

Ἀκόλουθον δ' οἶμαι καὶ τὸν Φιλαλήθη παρ' Ἑβραίοις ἱστορικὸν Ἰώσηπον εἰς μέσον προθέμενον, οἷα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διέξεισιν ἐν τῷ ιη' τῆς Ἀρχαιολογίας, ὥσπερ τινα κορωνίδα τῇ πρώτῃ μοι τῶν ἱστορικῶν ἐπιθεῖναι· περὶ γὰρ τοῦ προδρόμου Ἰωάννου διεξελθόντων ὅσα μικρὸν ἄνωθεν διελάβομεν, εἶτα καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ λέξεσιν ἅτω φησί· "γίνεται "δ' κατὰ τοῦτον Ἰησοῦς -------.

Reliquum nunc esse puto, *Josephum* quoque veritatis amantem apud Hebræos historicum in medium producere, & quæ is in XVIII° *Antiquitatum* libro de Servatore nostro Iesu Christo scripta reliquerit, primo huic Historiarum libro tanquam coronidem apponere. Quum enim de præcursore Joanne, ea quæ paulo ante recensuimus, exposuisset, deinde de Christo verbis hisce ita scribit; "Exstitit eo tempore Iesus," &c.

CXIII. *Idem lib. 2. c. 13.*

Θαύματος οὖν ἄξιος ὁ Ἰώσηπος, ἅτω τοῖς θείοις συμφώνως γεγραφῆς.

Dignus certe quidem est *Josephus* iste admiratione, qui sic divinis consona literis scribit.

CXIV. *Idem paulo infra.*

Καὶ δὲ συὸ ἄλλοις καὶ τοῦτο θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως ὁ παρ' Ἑβραίοις Ἰώσηπος καθάπαν συμφώνως ἔοικε τῇ θείᾳ γραφῇ περὶ τοῦ πλούτου Ἡρῴδου.

Enimvero præter alia & illud quoque mihi in mentem venit, quod Hebræorum historicus *Josephus* in universum divinæ Scripturæ consona scribere videtur de morte Herodis.

CXV. *Idem lib. 2. c. 18.*

Κατὰ δὴ τοὺς αὐτοὺς χρόνους μικρὸν ὕστερον καὶ Ἰώσηπος ἐγνωρίζετο, ἀνὴρ καὶ ἔστος Ἑβραῖος μὲν γένος, καὶ ἐξ ἱερέων ὤν· ποσοῦτον δ' Ἀμφοτέρωθεν ἐν τοῖς μαθήμασιν, ὡς καὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν καὶ πάτριον εἰς ἄκρον ἀσκῆσαι, καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἔστος συγγράμματα καταλέλοιπεν· ἃ φασὶ καὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ συγγράμματα εἶναι, καὶ μάλιστα τὸν περὶ τῆς Αὐτοκράτορος λογισμόν. ἐν εἴκοσι μὲν οὖν λόγοις τὴν τε Ἀρχαιολογίαν ἅπασαν διεξέρχεται· ἐπεὶ δὴ αὖτις εἰς τὴν Ἱεροσολύμων συντέθεινται ἅλωσιν, ὃς λόγος ἔχει καὶ τὸν Καίσαρα Τίτον, ἰδίαις [e] χειρὶ γράφοντα χερσὶ, δημοσιεύσαι πανταχοῦ προστάξαι, καὶ τῇ ἐν Ῥώμῃ τῶν βιβλίων ἀναθεῖναι καταλογῇ. συντάσσονται δὲ αὖτις καὶ ἕτερα δύο λόγοι περὶ Ἀρχαιότητος· ἐν οἷς Ἑβραίους πρώτους εἶναι πάντων φησὶ, καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς διαλογίας γεγραφάς. ἔτι δὲ καὶ ἀντιῤῥήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν Γραμ-

Eodem porro sæculo paulo post & *Josephus* floruit, & ipse vir Judæus genere, & ex Sacerdotibus ortus: tantum autem disciplinarum doctrina excelluit, ut summam & patriæ & Græcæ linguæ peritiam sit consequutus. Multa is quoque volumina reliquit: Maccabæorum certe libros ejus esse ferunt: potissimumque eum qui inscriptus est *de Imperio Rationis*. Viginti quidem libris *Antiquitates Judaïcas* est complexus: septem autem de *Bello Judaïco* Hierosolymorumque eversione composuit; quos fama fert, Titum Cæsarem manus suæ subscriptione publicari ubique, atque etiam in Romana bibliotheca reponi jussisse. Edidit etiam alios duos *de Vetustate Judæorum* libros, in quibus Hebræos primos hominum omnium exstitisse, scriptaque eorum cæteris vetustiora esse ait: præterea *contra Apio-*

[a] Videtur duntaxat *Antiqq.* Versionem inspexisse ab *Epiphanio Scholastico* adornatam, & parum admodum de aliis *Josephi* operibus resciviss̃e.

[b] Certe *quæritur* legendum.

[c] Iisdem verbis *Glycas* paulo supra.

[d] Vide ejusdem *Nicephori* l. 1. c. 20. & l. 3. c. 11.

[e] *Josephi* verba sunt ista, ὅσα χαράξας τῇ ἰδίᾳ χειρὶ τὰ βιβλία ἐπιστείλας πανταχοῦ προτάξαι, *ut invulgarentur, præcepit.*

Apionem Grammaticum, qui tum orationes adversus Judæos invectivas scripserat, & contra alios itidem, qui patria Judæorum gentis instituta & mores calumniari ausi fuerunt, refutationes composuit ——. Ad finem autem *Antiquitatum* libri vigesimi indicat, quatuor se scripsisse libros *de Deo* quæ Judæorum sint patriæ opiniones, de natura ejus, & de legibus, quare apud eos quædam licet facere, quædam vero sint prohibita. Alia insuper à se edita esse idem ipse in operibus suis asseverat ——. Tantopere autem historico, rebus gestis ad imitationem Thucydidis scribendis, stylo enitet, ut neminem in ea laude primas ferre patiatur: siquidem novis subinde gaudens argumentis, cum facilitate multa, nihil de artis vigore remittens, suavis admodum & lætus incedit: & cum mirifica ejus est eloquutio, tum in concionibus gloriam & laudem meruit singularem. nam Philo certe philosophiæ plurimum operæ navasse; at *Josephus* oratorum sacra magis coluisse videtur: & ille quidem, ad Platonem, hic vero, ad Thucydidem respexit.

ματικὸν, καὶ Ἰουδαίων τινὰ καὶ συνταξάντα λόγους, πεπαίκασι, καὶ ἄλλους, οἱ διαβάλλειν τὰ πάτρια τῶν Ἰουδαίων ἐπεχείρησαν ἔθνους ---------. ἀφ' ὧν τῷ πέμπτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας, ἐμφαίνει ἐν πᾶσαρσι συγγράψαι βιβλίοις περὶ Θεοῦ ὅσαι πάτριαι δόξαι, καὶ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων, δι' ἃ τι κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστι πρᾶξαι, τὰ δὲ κεκώλυται. καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ συγγεγράφθαι, ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῦ καταλέγει συγγράμμασιν ---------. τέσσαρσι δὲ τῷ συγγραφικῷ χαρακτῆρι ἀνῆκε, τὸν Θουκυδίδειον μιμούμενος, ὡς μηδένα τὸ ἐξ ἐκείνου ἐᾶσαι τὸ πρωτεῖον κληρώσασθαι. τοῖς καινοῖς ἀεὶ χαίρων τῶν ὑποθέσεων, καὶ μετ' εὐκολίας πάσης, μὴ δὲ τῆς τέχνης τόνου χαλῶν, ἁπλῶς μάλα καὶ ἱλαρῶς διέρχεται· ὑπερφυῶς ἐκφεύγων, κἂν τῷ δημηγορεῖν ἁλίσκηται. ὁ μὲν οὖν Φίλων, τῇ Φιλοσοφίᾳ φαίνεται τὸ πλέον ἐσχολακώς· Ἰώσηπος δὲ τὰ τῆς ῥητορείας ὀργίων ἔοικε πλεῖον μετεσχηκέναι· καὶ ἐκεῖνος μὲν, πρὸς τὸν Πλάτωνα ἀφορᾷν· οὗτος δὲ, πρὸς τὸν Θουκυδίδην.

CXVI. *Nicephorus Gregoras Historiæ Rom. lib. VII. p. 146. Edit. Paris.*

Accedebant & alii viri clari & spectati, ut reverentiæ & honoris causa in civitatem ascriberentur, & illustri aliquo nomine Romano ornarentur: quemadmodum *Josephus* Hebræus, ex Palæstina oriundus; & Ptolemæus, qui de rebus Astronomicis omnium optime scripsit. Illinc quippe uterque cognomen accepit, Flavii quidem *Josephus*, Claudii vero Ptolemæus.

Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλως ἐνδόξων καὶ ἐλλογίμων πρόσεισιν, ἵνα τῷ τῆς Ῥώμης δήμῳ αἰδοῦς ἕνεκα καὶ τιμῆς καὶ αὐτοὶ πολιτογραφῶνται, καὶ ὀνόματος ἀξιῶνται τῶν ἐπισήμων τῆς Ῥώμης· ὥσπερ ὁ ἐκ τῆς Παλαιστίνης Ἑβραῖος Ἰώσηπος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ κράτιστα πάντων τὰς Ἀστρονομικὰς συγγραψάμενος ὑποθέσεις. ὁ μὲν γὰρ Φλαούιος ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται, ὁ Ἰώσηπος· ὁ δὲ Κλαύδιος, ὁ Πτολεμαῖος.

CXVII. *Matthæus Monachus sive Blastares in Syntagmate Canonum, p. 201. Edit. Bevereg.*

Hebræorum doctissimi, illique præsertim qui Judæam incoluere, ut *Josephus* atque Philo, summi uterque philosophi, legale Pascha ante æquinoctium nequaquam celebrandum esse judicabant.

Οἱ μὲν οὖν λογιώτατοι τῶν Ἑβραίων, καὶ μάλιστα οἱ τὴν Ἰουδαίαν οἰκοῦντες, οἷος ὢν Ἰώσηπος καὶ Φίλων, ἄνδρες Φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπ' ἄκρον ἠλληλακότε, οὐκ ᾤοντο δεῖν πρὸ τῆς ἰσημερίας τὸ νομικὸν ἄγειν πάσχα.

SÆCULO XV.

CXVIII. *Wernerus Rolewink in Fasciculo temporum, p. 39. b. Edit. Francof.*

Josephus, Historiographorum nominatissimus, clarus habetur, natione Judæus. Verum [f] libri ejus in multis locis vitio Scriptorum ac longitudine temporis corrupti sunt.

CXIX. *Hartmannus Schedelius in Chronico, p. 110. Edit. Norimberg.*

Josephus Judæus, dictus Flavius, Sacerdos, & Mattathiæ ejus gentis Sacerdotis filius, Historicus quidem celeberrimus, multarumque rerum peritissimus: vir sane bonus & egregius, qui de Christo optime sensit. Is, cum singularis eruditionis esset, de *Judaïca Captivitate* scripsit libros VII. de *Antiquitatibus Judæorum* XX. & duos *adversus Apionem Grammaticum*. atque alia post se reliquit Scripta: quæ omnia à Rufino Aquilegiensi postea in Latinam linguam translata fuêre.

SÆCULO INCERTO.

CXX. *Theodorus Meleteniota in proœmio in Astronomiam, Edit. Paris.*

A Sethi quidem, Adami liberorum unius, posteris hæc est omni veneratione major inventa disciplina; quod quidem veterum patrum monumenta veritati consona docent: idque *Josephus*, veritatis studiosus profecto & amans, Antiquitatum Judaïcarum libro primo scripsit.

Εὑρηταί γε μὴν τὸ τοιοῦτον ὑπερέρεμνον ὄντως μάθημα ἀφ' ὧν τοῦ Σὴθ, ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀδὰμ λόγος ἔχει· καὶ μέντοι καὶ Ἰώσηπος Φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἰουδαϊκῶν Ἀρχαιολογίᾳ συγγέγραφεται.

CXXI. *Anonymus è Cod. Reg. 721. apud Cotelerium in notis ad PP. Apostol. p. 339.*

Quartus denique liber, illud *Rationem imperare affectibus*, & martyrium obitumque pro lege divina susceptum à Sanctis septem fratribus una cum matre & præceptore tradens diserte, Judæum *Josephum* habere conscriptorem opinionem præbet.

Ἡ δὲ τετάρτη, τὸ περὶ τοῦ Αὐτοκράτορα τῶν παθῶν εἶναι τὸν λογισμὸν, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ θείου νόμου μαρτυρίαν καὶ πλοῦτον τῶν ἁγίων ἑπτὰ ἀδελφῶν σὺν τῇ μητρὶ καὶ τῷ διδασκάλῳ τραγικώτερον διαγορεύσασα, Ἰώσηπον εἶναι συγγραφέα τῆς Ἰουδαίων ὑποθέσεως παρέχει.

CXXII.

[f] De *Græcis* an de *Latinis* nostri *Josephi* loquitur, non constat. Ea ætate *Versiones* omnium fere in manibus erant.

TESTIMONIA.

CXXII. *Anonymi Commentarius Rerum Jacobi Dei fratris, in Auctario noviſſimo Bibl. Gr. Patrum per Combefiſium, p. 526.*

Τὰ μέντοι κακῶν ἔχατα μ᾽ τὸν Ιακώβε πλόντὸν Ιυδαίοις κατείληφε. Ὁ μάρτυς αὐτῶν ὁ Ιώσηπος, μηδὲν τ᾽ ἀληθείας ἀποκρυψάμενος.

Cæterum poſt Jacobi necem malâ extrema Judæis obvenerunt: eorumque teſtis *Joſephus* Judæus, qui nihil veritatis celavit.

CXXIII. *Eucherius Epiſcopus in Epiſtola ad Fauſtinum Presbyterum de Locis Sanctis, in Bibl. Nov. MSS. P. Labbei, Tom.* I. *p.* 666.

Sed etiam *Joſephus*, nobilis Hiſtoricus Judæorum, ſitum totius regionis refert: cujus relationem hüic epiſtolæ inſerendam putavi, ut veritatem ſtudioſe inquirentibus majorem Judæus relator de Judææ ſitu fidem faceret.

CXXIV. *Computiſta quidam inter MSS. Digbæana in Bibl. Bodl.*

Joſephus edidit *Antiquitatum* libros XX. Ab initio Mundi uſque ad Domitiani annum XIV. annos V. DCV. ſupputat.

Freculpho Lexovienſi, Vincentio Bellovacenſi, aliiſque nonnullis locum inter Teſtimonia non dedimus, quod fere ad verbum exſcribant Hieronymum.

Ne

Ne vacua eſſet hæc pagina virorum poſt Litteras renatas doctiſſimorum judicia de *Joſepho* ſubjiciemus.

Joſephus Scaliger in Prolegomenis ad Opus de Emendatione Temporum, p. 17.

DE *Joſepho* nos hoc audacter dicimus, non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Græcis & Latinis.

Quod judicium adeo verum eſt, ut ne ipſi quidem ſucceſſerit Scaligero *reprehendiſſe aliquot in locis* Joſephum. *Iſ. Voſſius in Chronol. Sacra, c. 10. p. 137.*

Idem ibid. p. 24.

Joſephum reprehendit [Baronius] omnium Scriptorum veraciſſimum & religioſiſſimum.

Idem in Notis ad Fragmenta Græc. p. 45.

Adeundus eſt *Joſephus*, fidiſſimus, diligentiſſimus & eruditiſſimus Scriptor.

Idem in Elencho Trihæreſium Nicolai Serarii, c. 25.

Certe Bellarminus ſatis oſtendit nullum guſtum ſe habere Scriptorum *Joſephi*, ut neque conditor Annalium, qui in rebus Herodis & Belli Judaici maluit credere —— Euſebio, quam *Joſepho*, ſcriptori vernaculo, ex fide oculata aut ex Actis Herodis omnia ſcribenti.

Iſaacus Caſaubonus in Exercitationibus ad Baronium, Exercit. I. n. 3.

Joſephi amor veri notiſſimus, fides conſtantiſſima, niſi quid illi fortaſſe humanitus contigerit. —— cui ad penitus cognoſcenda illa, de quibus ſcribebat, omnia præſidia abunde ſuppetebant.

Daniel Heinſius in Ariſtarcho Sacro, p. 768.

Quod à *Joſepho*, maximo ſcriptore, libro Antiquitatum ſecundo, de barbaris dicitur, —— de antiquis quoque Patriarchis verum eſt.

Hugo Grotius ad Daniel. V. 31.

Joſepho magna fides haberi debet in rebus Herodis Magni, & deinceps. Item ubi externos auctores, non ubi Judæos, multa in Hiſtoria contra verum ſomniantes, ſequitur.

Idem ad Mat. V. 21.

Joſephus, quem patrii moris nihil latuit, ——.

Idem ibid. XIV. 3.

Joſephi ſumma fides & diligentia, & quæ paſſim in eo apparet intima cognitio rerum familiæ iſtius [Herodis] meretur, ne quid temere contra eum pronuntiemus.

Idem ad Luc. II. 2.

Qui *Joſephum* tam diligentem rerum Judaicarum inquiſitorem, & cui Romana quoque Archiva patuerunt, deceptum putant, eos ipſos valde decipi arbitror.

Richardus Montacutius in Analect. Diſſertationum Eccleſiaſticarum, Diſſert II. §. 2. p. 45, 46.

Fatentur omnes, Cardinali [Baronio] excepto, poſtquam receſſerimus ab Hiſtoria Sacra; ἀξιοπιστότατον ſemper habitum [*Joſephum*] rerum ſuæ gentis enarratorem.

Claudius Salmaſius de Trapezitico Fœnore, p. 103.

Rabbini omnes in alia ſunt ſententia & *Joſephus* ipſe, cujus auctoritatem pluris facio quam omnium Rabbinorum.

Dionyſius Petavius de Doctrina Temporum, X. 65.

Nobis facem præfert *Joſephi* præſtantiſſimi Scriptoris hiſtoria, qui unus Herodis initia reſque geſtas fideliſſime perſcripſit.

Samuel Bochartus in Geographia Sacra, II. 26. col. 137.

Fatendum eſt nos [*Joſepho*] plurimum eo nomine debere, quod * ſuæ gentis Hiſtoriam ſumma fide & ſedulitate ſcripſit.

Iſaa-

* In exoticis tamen illi non temere eſſe credendum cenſuit.

Iſaacus Voſſius ſub finem Reſponſionis ad Schotanum, p. 428.

Ad *Joſephum* dein calamum transfers, & ſcriptorum omnium accuratiſſimo & veritatis amantiſſimo dicam intendis.

Antonius Pagius in Apparatu Chron. ad Baronii Annales, p. 25.

Sed quis melius ſcire potuit quam *Joſephus?* Erat natione Judæus, Hiſtoriæ Judaicæ peritiſſimus, & ipſius Herodis tempori valde proximus, atque in geſtis ejus ſtudioſius perquirendis ac deſcribendis omnium diligentiſſimus.

Idem ibid. p. 32.

Joſephus rerum Judaicarum teſtis omnium optimus.

Idem ibid. p. 36.

Sed nunc inter eruditos fere convenit, *Joſephum* fuiſſe Hiſtoricum diligentiſſimum, magnamque fidem & eruditionem in iis quæ narrat elucere.

Idem in Critica Hiſtorico-Chronologica in Annales Baronii, Vol. I. p. 13.

Joſephus accurate Herodis Hiſtoriam ex Romanis Auguſteæ ætatis ſcriptoribus, qui injuria temporis intercidere, exſcripſit.

Henricus Noriſius de Anno & Epocha Syro-Macedonum, p. 55.

Joſephus omnium accuratiſſime tempus imperii Galbæ, Othonis, ac denique Vitellii adnotavit.

Notæ Librorum ex quibus profecimus.

1. *Baſ.* Editio princeps Baſileenſis.
2. *Big.* Lectiones, quas vir Illuſtris Emericus Bigotius è codicibus perantiquis deſcripſit.
3. *Bod.* Codex Pembrochianus in Bibliotheca Bodlejana
4. *Busb.* Exemplar Busbequianum in Bibliotheca Cæſarea.
5. *Cæſ.* notat codicem in Bibliotheca Cæſarea, cujus Lectiones aliquot notavit Lambecius in Comm. l. 8. p. 37.
6. *Caji* Codex D. Caji apud Cantabrigienſes, cujus lectiones Hudſono dono miſit *J. Dawſon* de Haſlingfield in agro Cantab.
7. CA. in lib. de Macc. notat Cod. Cantuarienſem.
8. *Car.* Joſephi Μαχαβαϊκὸν è MS. vetuſtiſſimo Caroli I. Regis Angliæ, quod Alexandrinum etiam vocatur.
9. *Caſ.* Lectiones veteris Codicis Regis Galliæ, quas manus carpſerat Iſ. Caſauboni.
10. *El.* Liber *MS.* è Bibliotheca Viri venerabilis J. Mori Elienſis Epiſcopi.
11. *G.* Genevenſis Editio, excuſa A. D. 1611.
12. *Gall.* Cod. al. in Bibliotheca Regis Galliæ.
13. *Haſn.* Varietates Codicis Hafnienſis, quas olim huc tranſmiſit D. Wandalinus.
14. *Hen.* Codex Hennebergenſis, aut Schleuſingenſis.
15. *Lipſ.* Membranæ Lipſienſes.
16. *L. B.* Codices Lugduno-Batavi, præſtantiſſimi, quondam Iſ. Voſſii.
17. *Med.* Lectiones Mediceæ, à Bigotianis diverſæ.
18. *NC.* Bonæ notæ Exemplar in Collegio Novo apud *Oxonienſes.*
19. *Pet.* Variantes Lectiones Schedarum Peireſcianarum, quas Sam. Petitus notaverat in Comentariis MSS. in Bibliotheca Bodlejana adſervatis.
20. *Rhed.* Liber Rhedigerianus apud Vratiſlaviam.
21. *Roſt.* Lectiones Cod. Roſtgardienſis Dani V. C.
22. *Ruald.* Lectiones quædam Vaticanæ operæ Rualdi Harlemenſis.
23. *Samb.* Sambuci Exemplar, quod nunc ſervat Bibliotheca Cæſarea.
24. *Vat.* Lectiones aliæ Vaticanæ ab Hudſono ære ſuo comparatæ.
25. *Voſſ.* Lectiones Codicum Iſ. Voſſii.

Exemplaria Latina, Rufino & Epiphanio Interpretibus: ut & Notæ Boſii, Reineſii, Petiti, & aliorum, ita exprimuntur, ut nulla egeant explicatione.

FLA-

FLAVII JOSEPHI OPERUM
TOMO I. II. & III.

Hæc continentur.

TOMO I.

Flavii Josephi Antiqu. Jud. Libri XX. Pag. 1--958

TOMO II.

Flavii Josephi Liber de Vita sua 1---40
——— ——— *Libri VII. de Bello Judaico.* 41---436
——— ——— *Libri II. Contra Apionem.* 436---496
——— ——— *Liber de Maccabæis* 497---520

SEQUUNTUR DEINDE IN EODEM

TOMO II.

Variæ Lectiones in Fl. Josephi Libr. VII. de Bello Judaico, ex Codicibus Gallicanis. 1---56
Jo. Albert. Fabricii curæ auctiores de Fl. Josepho. 56---71
Præfationes Editt. Antiqu. 72---77
Thomæ Ittigii Prolegomena & alia, ab eodem Josephi sui Editioni addita. 78---156
Collatio Fl. Jos. Lib. de Maccabæis, de Vita sua &c. cum Cod. Parisiensibus &c. 157---181
Excerptum ex Institution. Hist. Frankenbergii. 182---185
Caroli Daubuz Libri II. pro testimonio Flavii Josephi, de Jesu Christo. 186---232
Epistolæ XXX. Philologicæ & Historicæ de Flavii Josephi Testimonio, quod Iesu Christo tribuit. 233---286
Petri Brinck Chronologiæ & Historiæ Fl. Josephi Examen. 287---304
I. B. Ottii Animadversiones in Fl. Josephum & Specimen Lexici Flaviani. 305---323
Chr. Cellarii Dissertatio de Historia Herodum contra Harduinum. 324---330
Chr. Noldii Historia Idumæa, sive de Vita & Gestis Herodum. 331---401
Ezech. Spanhemii Stemma & Prosapia Herodis Magni; Chronologica Josephi; suspecta in eodem & notanda verba; Notæ ad priores Fl. Josephi Libros, &c. &c. 402---423
Collationes MSS. Reg. Paris. &c. ad Fl. Josephi Libros XX. Antiq. & ejusdem Vitam. 424---481
Index I. Auctorum, quorum testimonio utitur Josephus. 482
Index II. vocum Græcarum, quæ apud Josephum occurrunt. Index III. Geographicus, Regionum, Urbium &c. &c. Index IV. Rerum amplissimus; & denique V. Auctorum, qui in Notis illustrantur, notantur, emendantur. 483. usque ad finem.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ [a]ΤΗι ΠΡΩΤΗι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO PRIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

1. *Proœmium, operis universi rationem reddens,*
2. *Mundi constitutio, & Elementorum dispositio.*
3. *De posteritate Adami, & decem ab eo ætatibus usque ad diluvium.*
4. *De diluvio; & quomodo Noë, in arca cum familia servatus, habitavit in campo Sennaar.*
5. *Quomodo turris, quam filii ejus in contumeliam Dei exstruxerunt, corruit; ut linguas suas mutarunt; atque ut locus, ubi hoc evenit, Babylon appellatus est.*
6. *Quomodo Noë posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupaverunt.*
7. *Quod gentes singulæ à suis auctoribus nomina traxerint.*
8. *Quomodo Abrahamus generis nostri auctor, è Chaldæorum terra profectus, habitavit regionem quondam Chananæam, quæ nunc Judæa dicitur.*
9. *Quod, fame Chananæam premente, Abrahamus in Ægyptum est profectus: & ibi aliquantisper commoratus, retro unde venerat est reversus.*
10. *Sodomitarum clades ab Assyriis accepta.*
11. *Quomodo Abrahamus, Assyrios aggressus, tam captivos quam reliquam prædam victor reduxit.*
12. *Quomodo Deus gentem Sodomitarum excidit flagitiis eorum offensus.*
13. *De Ismaële Abrahami filio, ejusque posteris Arabibus.*
14. *De Isaco Abrahami filio legitimo.*
15. *De Sara Abrahami conjuge, ejusque obitu.*
16. *Quomodo è Chetura, Abrahamo nupta, Troglodytarum gens nata est.*
17. *De obitu Abrahami.*
18. *De Isaci filiis, Esavo & Jacobo; & nativitate eorum.*
19. *De Jacobo, metu fratris, in Mesopotamiam profugo: & ut uxorem illic duxit, &, duodecim procreatis filiis, rursum in Chananæam revertitur.*
20. *Mors Isaci atque sepultura ejus in Hebrone.*

α'. Προοίμιον [b] περὶ τ ὅλης πραγματείας.

β'. [c] Η τ κόσμ σύστασις, [d] κὴ διάταξις τ στοιχείων.

γ'. Περὶ [e] τ γένους Ἀδάμ, Ϛ [f] τῶν ἀπ' αὐτ δέκα γενεῶν τῶν μέχρι τ καταклυσμ.

δ'. Ως ὁ καταклυσμὸς ἐγένετο· Ϛ ὃν τρόπον [g] Νώε, σωθεὶς [h] ἐν λάρνακι μ τ συγγενῶν, κατώκησεν ἐν τῷ [i] Σινάρ πεδίῳ.

ε'. [k] Ως πύργος, ὃν Ϛ παῖδες αὐτ ἐφ' ὕβρ τ Θεο ᾠκοδόμουν, κατέπεσεν· Ϛ ὡς τὰς φωνὰς αὐτῶν μετέβαλλον· Ϛ ὡς ὁ τόπος, ἐν ᾧ τοῦτο γέγονε, Βαβυλὼν ἐκλήθη.

ϛ'. Ως οἱ Νωέ ἔκγονοι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην [l] ἐπῴκησαν.

ζ'. [m] Οπ τῶν ἐθνῶν ἕκαστον ἀπὸ τῶν οἰκησάντων ᾠκονομήθη.

η'. [n] Πῶς [o] Ἀβραμος ὁ πρόγονος ἡμῶν, ἐξελθὼν ἐκ τῆς Χαλδαίων γῆς κατῴκησε τὴν τότε μὲν Χαναναίαν, νυνὶ δὲ Ἰουδαίων λεγομένην.

θ'. Οπ, λιμοῦ τὴν Χαναναίων καταλαβόντος, εἰς Αἴγυπτον ἀπῆρεν [Ἀβραμος·] κὴ διατρίψας ἐν αὐτῇ τινα χρόνον, ὑπέστρεψεν ὀπίσω.

ι'. [p] Ηδα Σοδομιτῶν, Ασσυρίων ὑπερατυσάντων αὐτοῖς.

ια'. Ως Ἀβραμος ὑπὲρ τῶν Ασσυρίων ὑπερατύσας ἐνίκησεν. κὴ τοὺς τε αἰχμαλώτους τῶν Σοδομιτῶν ἔσωσε, κὴ τὴν λείαν, ἣν ἔλαβον, ἀφείλετο.

ιβ'. Πῶς τὸ Σοδομιτῶν ἔθνος ὁ Θεὸς κατέστρεψε, χολωθεὶς αὐτοῖς οἷς ἡμάρτανον.

ιγ'. Περὶ Ισμαήλου τ Ἀβράμου, κὴ τῶν ἐκγόνων αὐτ Ἀράβων.

ιδ'. Περὶ Ισάκου, ὃς μόνος γνήσιος Ἀβράμου παῖς.

ιε'. Περὶ Σάρρας τ τ Ἀβράμου γυναικὸς, Ϛ πῶς τὸν βίον κατέστρεψεν.

ιϛ'. Ως ἐκ [q] Χετούρας, Ἀβράμου γαμηθείσης, [r] τὸ τῶν Τρωγλοδυτῶν Ἀβράμου ἔθνος ἐγένετο.

ιζ'. Περὶ τ Ἀβράμου πλούτου.

ιη'. Περὶ τῶν Ισάκου υἱῶν, Ησαύου Ϛ Ιακώβου, Ϛ γνώσεως αὐτῶν Ϛ διαφορᾶς.

ιθ'. Ιακώβου φυγὴ εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, διὰ [s] τὸν ἐκ παιδὸς ἀδελφοῦ φόβον· [t] Ϛ ὡς γήμας ἐκεῖ, Ϛ δώδεκα γνησίους παῖδας, πάλιν εἰς τὴν Χαναναίαν ἐπανῆλθεν.

κ'. Ως Ισάκιος πλουτήσας ἐτάφη ἐν Χεβρῶνι.

---

a Ita *Samb.* τῷ πρώτῳ λόγῳ *Vat. Basil. G.*

b Ita *Samb.* nulla hisce litera numerali affixa, sed sequentibus ad hunc modum, α'. Η τ κόσμ ——. β'. Περὶ γῆς ——. & sic deinceps, ut procœmio non numerato capita sint duodecim. In *Edit. Basil.* & *G.* τὴν αὐτὴν τ συγγραφῆς καὶ τ ὀκτὼ αὐτῆς ἀπέλιπον.

c Ita *Samb.* Τίς ἡ *Vat. Basil. G.*

d Sic in *Samb.* & *Vat.* in *aliis* ἡ διάτ.

e Ita *Samb.* Ϛ non agnoscunt *alii.*

f Ita *Samb.* & *Vat.* Ϛ αὐτῷ *alii.*

g Νῶε *Samb. Vat.* & LXX. Νῶχος *Basil. G.*

h Ita *Samb.* & *Vat.* ἐν deest in *aliis.*

i Ex *Samb.* & *Vat.* Σιναὰρ B. G. & LXX.

k Ita *Samb.* & *Basil.* περὶ Ϛ πύργου Βαβυλῶνος, καὶ διαφωνίας τ ἀνθρώπων *Vat. G.*

l Κατῴκησαν *Vat.*

m Ως τ ἐθνῶν *Vat.*

n Ita *Samb.* Πῶς Ἀβράμ *Vat.* Ως Ἀβράμος *alii.*

o Aspirate in *Cod. Samb.* & in LXX. *Interpretum* Editione *Grabiana.*

p Ita *Samb.* & *Vat.* Η τ Σοδομιτῶν διαφθορὰ, Ασσυρίων αὐτοῖς ἐπιστρατευσάντων *Basil. G.*

q Sic *Samb.* Χαττούρας *alii.* Χετούρας juxta LXX. *Interpr.*

r Ex *Samb.* refinxi. τὸ Τρωγλοδυτῶν γένος ἐγένετο *alii.*

s Ita *Samb.* τὸν ἀδελφοῦ *Vat. Basil. G.*

t Sequentia adjeci ex *Samb.* & *Vat.*

[a]Φ Λ. [b]Ι Ω Σ Η Π Ο Υ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
[c]ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον [d] ἐτῶν ,γωλγ'.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER PRIMUS:

Qui continet tempus annorum MMM. DCCC. XXXIII.

---

[c]ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΤΟΙΣ τὰς ἱστορίας συγγράφειν βουλομένοις ἐμοὶ μίαν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν ὁρῶ τὴν ἀπραξίᾳ γινομένην αἰτίαν· ἀλλὰ πολλὰς, καὶ οὐκ ὀλίγον ἀλλήλων διαφερούσας. τινὲς μὲν γὰρ, ἐπιδεικνύμενοι λόγων δεινότητα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς ἡρώμενοι δόξαν, ὅπῃ τῷ τὴν παιδείας τὸ μέρος ὁρμῶσιν· ἄλλοι δ', χάριν ἐκείνοις φέροντες ὧν τὴν ἀναγραφὴν εἶναι συμβέβηκε, τὸ [e] εἰς αὐτὴν πόνου καὶ δαπάνης δύναμιν ὑπέσχησαν· εἰσὶ δ' οἵτινες ἐβιάσθησαν ὑπ' [f] αὐτῆς τῶν πραγμάτων τὴν ἀνάγκης, οἷς πραττομένοις παρέτυχον, παῦσαι γραφῇ δηλώσῃ βουλαβεῖν· πολλοὺς δὲ χρησίμων μεγέθους πραγμάτων, ἐν ἀγνοίᾳ κειμένων, πρᾶξαι τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐξενεγκεῖν. τούτων δὴ τῶν προειρημένων αἰτιῶν αἱ πλεῖσται δύο καιροὶ συμβεβήκασι. τὸ μὲν γὰρ πρὸς τοὺς Ρωμαίους πόλεμον ἡμῖν τοῖς Ιουδαίοις γενόμενον, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ πράξεις, καὶ τὸ τέλος οἷον ἀπέβη, πεῖρα μαθὼν, ἐβιάσθην ἐκδιηγήσασθαι, διὰ τοὺς ἐν τῇ γραφῇ [h] λυμαινομένους τὴν ἀλήθειαν.

β'. Ταύτην δὲ τὴν ἐνεστῶσαν [i] ἐγχείρησιν πραγματείαν, νομίζων ἅπασι [k] φανεῖσθαι τοῖς [l] Ελλησιν ἀξίαν σπουδῆς. μέλλω γὰρ περιέξειν ἅπασαν τὴν παρ' ἡμῖν ἀρχαιολογίαν, καὶ τὴν διάταξιν ἐκ τῶν [m] μεθηρμηνευμένων γραμμάτων. ἤδη μὲν οὖν καὶ πρότερον [n] διενοήθην, ὅτε τὸν πόλεμον συνέγραφον, δηλώσειν· τινὲς ὄντες [o] ἐξ ἀρχῆς οἱ Ιουδαῖοι, καὶ τίσι χρησάμενοι τύχαις, ὑφ' οἵῳ τε παιδευθέντες νομοθέτῃ τὰ πρὸς [p] θεοσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἄσκησιν ἀρετῆς· πόσους τε πο-

PROOEMIUM.

AD scribendas historias qui se conferunt, eos non unam nec eandem studii sui causam rationemque habere video: sed plures, easque plurimum inter se differentes. Quidam enim, ut eloquentiam ostentent, gloriamque ex ea captent, ad hoc disciplinæ genus feruntur: alii vero, ut illis gratificentur, de quibus scriptionem institutam esse contigit, plus in ea laboris, quam vel ferre valuere, susceperunt: sunt quos ipsa rerum necessitas adduxit, ut quibus gerendis interfuerant, eas scripto complectentes memoriæ proderent: multos etiam magnitudo rerum utilium, in obscuro latentium, perpulit, ut narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex his jam dictis causis postremæ duæ mihi obtigerunt. Bellum enim, quod nos Judæi cum Romanis habuimus, ac res eo gestas, ac quem eventum nactæ sunt, experientia cognoscens, edisserere coactus sum, ut eos revincerem, qui scriptis suis veritatem depravarunt.

Historicorum scopus non unus.

2. Præsens vero opus aggressus sum, ratus Græcis omnibus visum iri industria dignum. Comprehendet enim universam nostram Antiquitatem, & reipublicæ constitutionem, ex Hebraïcis literis translatam. Cogitaveram equidem & ante, jam tum quum *Historiam Belli* scriberem, docere; qui à prima origine Judæi, quam varia fortuna usi, & sub quali Legislatore ad cultum Dei cæteraque virtutes instituti, quibusque bellis per tot sæcula gestis, inviti ad po-

Antea Bellum, nunc Origines patrias scribit Josephus.

---

a Φλ.] *Nonnullis* Φλαβίου, *aliis* Φλαυΐου dicitur. prænomine hoc accepro, quod aliis quoque solenne fuit, à *Flavio Vespasiano*, qui civitatem ei concesserat. Vide *Testimonia*, p. 10. & 14.

b Ιωσήπου] Ιωσήππου scribitur, ut & Ιώσιππος & Ιώσιπος &c.

c Βίβλιον Πρῶτον.] Ita *Big. Samb.* & *Casa.* λόγος πρῶτος *Basa.* & *G.*

d Ετῶν ,γωλγ'.] Sic *Big.* & *Gall.* 1. aliis ,ωλγ'. ωλγ & ,γμ. Reponit *Is. Voss.* ,ψλγ'. *E. Bernardus* ,χλγ'. In Codd. *latinis* versionis *Epiphanii*, MMMCCXLVI. MMMCCLVI. MMDCCCLXII. & MMXXXII. Tanta in *numeris*, ex scribarum incuria, reperitur diversitas. in Editione *E. Bernardi* numerus nihil ab *Hudsi.* abit, sed in Notis insuper adnotatur *Hen.* & *Busb.* locum efferre Chiliadibus erasis.

e Προοίμιον.] Προοίμιον περὶ τῆς ὅλης πραγματείας *Samb.* ad Marg. Προοίμιον τῆς αἰτίας τῆς συγγραφῆς, καὶ σκοπὸν αὐτῆς δείκνυσι. Κεφ. α. *Basa. G.* Absunt illa codd, *Hen.* & *Big.* Bern.

f Εἰς αὐτὴν.] Εἰς ταὐτὸν *Casa.* εἰς τὸ αὐτὸν *Samb.* Bern.

g Αὐτῆς τῶν πραγμάτων τὴν ἀνάγκης,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* τὴν τῶν πρ. ἀνάγκας *Basa.* & *G.* αὐτῶν τῶν πρ. ἀνάγκης *Hen.*

h Λυμαινομένους τὴν ἀλήθειαν.] Λυμ. τῇ ἀληθείᾳ *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* phrasi proba atque Attica. *Bern.* ut constat ex *Suida*, v. λυμαινόμενον.

i. Εγχειρέσιμαι] Ita *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* προεγχειρέσιμαι *Samb. Vat.* & *Casa.* (addit *Bern.* & Cod. quidam *Ital.* haud male) ἐπιχειρῶ *Basa.* & *G.*

k Φανεῖσθαι] Φανεῖσαι *Vat.*

l Ελλησι] Forsan voce Ελλησι Ethnici omnes, non Græci soli sunt intelligendi.

m Μεθηρμηνευμένων] *Al.* μεθερμηνευομένων. scil. *Big. Samb.* & *Casa.* ut notavit *Bern.* prout editum est, aliter vero ut in N. *Hen. Basa. G.*

n Διενοήθην] Διενόουν *Hen. Vat.* διενόουν.

o Εξ ἀρχῆς] Abest à *Vat.*

p Θεοσέβειαν] Ita *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* ἐυσέβειαν *alii.* scil. *Samb. Basa. G.* Bern. Ibid. καὶ ἄλλην τὴν ἀρετῆς ἄσκησιν *Hen.*

poſtremum contra Romanos bellum ſint pertracti. Sed quoniam prolixius erat hoc argumentum, ſeorſim illud in opere ei proprie dicato exorſus uſque ad finem ſuum perduxi. Procedente dein tempore, ſicut uſu venit iis qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quædam ac ſegnities mihi inceſſit, tantam materiam in alienam & peregrinam linguam traducturo. ſed fuerunt qui hiſtoriæ deſiderio ad opus me adhortabantur, & præcunctis Epaphroditus, vir cum omnis generis diſciplinarum, tum vero rerum geſtarum notitiæ in primis avidus; ut qui ipſe, in maximis negotiis & variis fortunæ caſibus verſatus, in omnibus eximiam naturæ indolem, ſtudiumque veritatis inconcuſſum præ ſe tuliſſet. Huic igitur morem gerens, aſſiduo cunctorum utile aliquid & honeſtum molientium fautori, pudefactuſque videri ignaviam ſpecioſiſſimo labori anteponere, vires animumque recepi. Accedit quod & illud mecum etiam atque etiam reputaveram, quod majores olim noſtri exteris ſua benigne communicare voluerint, & Græcorum nonnulli res noſtras cognoſcendi ſtudio flagrarint.

Epaphroditus Neronis libertus, & herus Epicteti.

3. Comperiebam utique quod Ptolemæorum ſecundus, rex maxime diſciplinis libriſque collegendis deditus, magnopere contenderit Legem noſtram reique publicæ ex ea conſtitutionem in Græcum ſermonem tranſferri; quodque Eleazarus, qui virtute non inferior erat quam quiſquam noſtrorum Pontificum, hanc Regi iſti non inviderit utilitatem: reclamaturus omnino, niſi mos patrius nobis exſtitiſſet, res bonas & honeſtas celare nemineм. Proinde & mihimet convenire putavi, ut & Pontificis noſtri imitarer magnanimitatem, & hodie quoque permultos diſcendi cupiditate Regis illius ſimiles eſſe exiſtimarem. Neque enim totam Scripturam accipere illi contigit, ſed Legem ſolam ei tradiderunt, qui ad eam interpretandam miſſi fuerant Alexandriam. Sunt autem innumera Sacris literis prodita, ut quæ quinque millium annorum hiſtoriam in ſe complectantur; & diverſi quidem in his inopinati caſus, varia belli fortuna, multa Imperatorum præclara facinora, multæque Rerumpublicarum mutationes. In univerſum autem ex hac potiſſimum hiſtoria legentibus licet cognoſcere, quod his qui Dei

Legis Moyſaicæ verſio Græca Ptolemæo exponente.

Eleazarus P. M. & juſti illius Simonis fil.

An. 5000. hiſtoriam amplectuntur Biblia Hebraïca.

λέμως ἐν μακροῖς πολεμήσαντες χρόνοις, [q] εἰς τ' πλάτ-
τῶν ἄκρης ἦλθες τοὺς Ρωμαίους κατέστησαν. [r] ἀλλ' ἐπεὶ μεί-
ζων ἐμοὶ ἡ τῶνδε τ' λόγε πρόθεσις, καθ' αὐτὸν ἐκεῖνον
[s] χωρίσας τῆς ἰδίας ἀρχαίας αὐτὸ ἐς τὸ πλῆ τὴν χρεία-
φίλῳ συνεμέτρησα. χρόνε γὰρ προϊόντος, ὅπερ φιλεῖ
6. *Bis quoque die, cum*] *Primo. Judæorum quisque mane & vespere Dei Optimi beneficia, præcipue nobilissimum exitum Patrum suorum ab Ægypto, mente grata recolat; adeoque recitet distinctius (ritum enim illum respexit ὁ σωτὴρ Matt. c. 22. 37. atque eundem equidem ritum seculo proximo Josephus)* κεφάλαιά σοι. *Has, inquam, tres periochas Divini Juris, Deut. c. 6. 4, 5, 6, 7, 8, 9. & c. 11. 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21. simulque Num. c. 15. 37, 38, 39, 40, 41. Ab hoc officio incipit opus Misnicum Illustrissimi Judæ, Maimonidisque* Ahaba, *qui est secundus librorum* Iad: *ne allegare alios opus sit de cerimonia isthac Judæorum, quam neque ignis neque ensis, neque exilium, neque ulla invisæ gentis calamitas adhuc abolere potuit. Secundo. Eadem Dei magnalia, ex Deut. adeo c. 6. v. 4 --- 9. & c. 11. 13 --- 21 transcripta; fas esto ædibus suis adfigere ad postes januarum. Unde ipsæ schedulæ nomen* מזוזות *μεζοζωθ seu φλιὰ meruerunt apud Pharisæos,* Menachot *f. 33, 34, 43, 44. & Ioma f. 11, & 12, ubi ea late describuntur, veluti & in* Iore Dora *c. 285. & in* Iad *Maimon. c. 5, & 6 περὶ τῶν Φυλακτηρίων. Tertio. Idem denique monumentum compactum crede ex schedula una, aut quatuor pro fronte, tot periodorum sacrarum plenis,* קרש לי והיה כי יביאך ה' שמע. והיה אם שמע *Exod c. 13 2 -- 10. & Exod c. 13. 11 -- 16. & Deut. c. 6. 5 --- 9. & Deut. c. 11. 14 --- 21.* συνᾳσθόλως μοι, ὁ κατ' ὀφθαλμῶν, *& media fronte & læva brachio Israelita quisque gerat, pretiosissimum omnium ornamentum: quod in Evangelio Dominus noster Φυλακτήρια appellat, quasi* sedulo observandæ Legis monita, כשמרות, conservatoria, *ab Exodi c. 13. 10* ושמרת את החקה הזאת חקת תפלין, *& Deut. c. 6. 12.* השמר לך פן תשכח את יהוה: *velut prisci Doctores interpretantur* Mecilta *f. 8. d. &* Menachot *f. 36. b. Legis autem Interpres optimus & antiquissimus post collegas Alexandrinos Onceliosus, & Pharisæi in corpore Misnarum, & ad sanctissima Evangelia Syrus eadem decora nuncupant* תפלין τετράδια, *sive τὰ περιτυκτήρια, quibus sine pius Judæus non orat, tam* תפלין יד *quam* תפלין ראש *libris vero suis sanctissimus Moyses,* אות על יד וטטפות בין עינים, *Ex. c. 13 9, 16. & Deut. c. 6. 8. & c. 11. 18. quod interpretor* brachialia *&* stalagmia. *Namque* Totaphot *sunt gemmæ stillantes sive pendulæ, planeque* νετιφωθ נטפות *Esaiæ perspicacissimi Prophetæ, quales quidem inter ocellos præferre amant nurus Asianæ. Talia crede frontem exornasse nobilissimæ Vatis, nomine Hebraico* טפים tuppim, *& nocaton* נקט *in versionibus Arabicis Samaritarum. Isti etenim in Paraphrasi vernacula* τυπτιν *reponunt constanter loco Mosaici* τοφαφωθ. *Ejusmodi fuerant & Arabissarum* نتفات notafaton, *stillæ frontis pretiosæ aut* margaritæ, *aut* נזמי האף *phrasi alia Esaiæ. Dixit itaque haud inconcinne Legislator Hebræus* תנטפות *pro* תנמפות *ex verbalibus Hiphil* frontalia, ἄμπυξες: *quomodo interpretatur R. Abuhas vocem difficilem, & Pharisæi certo ipsam acceperant in Masicla* περὶ στολῆς c. 6. 1. *inter ornamenta sexus pulchrioris. Eadem & ratione Auctor* Tosephot Menachot περιδεσμὶς *suggerit pro* טוטפת. *Critici sacri plerique, ut advertit R. Nathan,* diadema *intelligunt ea dictione, & quicquid sincipiti religatur,* חבוש. *Interpretes* LXXII. *perprave* ἀσάλευτα *reddidere ex Hebræo, cum potius* ἀσάλευτα *& mottantia etiam ex versione Hieronymiana, guttas puta inter cilia fluctuantes, virtute &* טף *verborum oporteret; sicut* נטפות *ναβέναι Theodotioni virisque illis* LXXII. *Pessime vero Munsterus Grotiusque ex nuperis Kalbinis vocabulum* Totaphot *interpretantur* conspicilla מראות, *tanquam origine Ægyptiacum. Aquila* מטפות *vertit τὰ ἐπιτίθεμενα* gestamina, *vel, quod & Syrus in veteribus Bibliis voluit,* insignia, notas. *Hieronymo nostro & Saadiæ Judæorum* منشورة, expansum quid, *& obductum fronti: Auctori* Mecilæ, loculi gemmarii; *Esdraidæ,* monilia; *Judæis Hispaniæ,* membranula; *Byzantinis,* schedula; *illis vero Africæ modo τὰ μηνιαιωθα* العصابة الذلرون. *modo* vitta. *Similiter* טוטפת *in Misna exponunt Moyses Maimonides & O. Bertinorius sic,* vitta ad aurem utramque pertinens; *neque aliter Davides inter Cimchios. Et diu ante illos Josephus Babylonius & Bona ex Doctoribus Urbis* קובטירה *καλυπτρᾳ seu* טוטפת, *quod ex altero Græco depravavit ars Rabbinica, &* הרמיתא דקטיפתא, *h. e. κεφαλόμιον, vel forte περικεφαλαία ἀπὸ ἐρίου Jonathas insuper Legis illud verbum* χλιόωπες, אצינורות *reddidit. Exquisitum enim jam modo existimo,* τοἀφωθ *aut* ridimiculum عصابيب, *aut* frontis decora pendula *significare ἀληθῶς καὶ ἐντύπως. Lege jam diligenter diligentissimum Scriptorem Mosen Maimonis codice* Tephillin, *&* Samag *mandato 22. necnon R. Jacobi* τετρατοιχο. *l. 1. c. 23. &c. unde intelligas forte sacra sua amuleta haud aspernisse unquam nostro Hieronymo Magistros Tiberienses. Sic enim adfirmat vir beatus ad Evangelium Matthæi:* Pharisæi male interpretantes Deut. c. 6. 8. *Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos,* scribunt in membranis Decalogum Mosis, id est, decem verba Legis: complicantes ea & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos moverentur [ὥστει τοἀφωθ:] quod usque hodie Indi & Persæ & Babylonii faciunt, & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis judicatur. *Et post pauca idem doctissimus Asceta.* Pectoriola ille Decalogi *Phylacteria* vocabant, quod quicunque habuisset ea, quasi ob custodiam & monimentum (*vel* munimentum) sui haberet. Non intelligentibus Pharisæis, quod hæc in corde portanda sint, non in corpore Alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos superstitiosæ mulierculæ in parvulis Evangeliis & in Crucis ligno, & in istiusmodi rebus, quæ habent quidem zelum Dei, sed non juxta scientiam, usque hodie factitant. *Hæc ille. Quinetiam sacris illis Alexiteriis semet tuentur Talmudici adversus hominum dæmonumque malitiam, atque contra animi sui affectus pravos, quibus equidem nihil mortalibus inimicius.* Beracot *Talm. Jerof. f 2. d. &* Arba Turim *parte prima c. 37. & Maimon.* Tephillin *c. 5. §. 25.* BERN.

z Ὥρα τρέπεται,] *Tar. B.* ὥρα τρέπει) infeliciter, ut solet. BERN.

a Θυρώμασιν] Hoc est quod præceptum de Mezuza appellari solet. Pharisaico more interpretatur verba Dei Deut. 6. 9. in his enim latere putant legem de מזוזה. REL.

τὰ μέγιστα ὧν [b] εὐηργέτησεν αὐτὲς ὁ Θεὸς, [c] ἔν τε βραχίοσιν ἕκαστον ἀμφαίνειν· ὅσα τε τῇ ἰσχυῖ ἀποσημαίνειν δύναται ⸗ Θεὸς καὶ τὴν πρὸς αὐτὲς εὔνοιαν, φέρειν ἐγγεγραμμένα ἐπὶ τ κεφαλῆς καὶ ⸗ βραχίονος· [d] ὡς περιβλέπον πανταχόθεν τὸ πρὸς αὐτὲς πρόθυμον ⸗ Θεῦ.

ιδ'. [e] Ἀρχέτωσαν δὲ καθ' ἑκάστην πάλιν [f] ἄνδρες ἑπτὰ, οἱ καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν πρὸς τὸ δίκαιον ἀπροσδεᾶ προαιρεσιν κέκτηνται· ἑκάστῃ δὲ ἀρχῇ [g] δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τ [h] τ Λευιτῶν φυλῆς. ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ δικάζειν λαχόντες ⸗ πόλεσιν [i] ἐν ἁπάσῃ τιμῇ, ὡς μήτε βλασφημεῖν ἐκείνων παρόντων, μήτε θρασύνεσθαί τισιν ἐξεῖ-

fecerit Deus, itidemque in brachiis quisque oſtendat: & quæcunque Dei potentiam indicare poſſunt & *ejus* erga ipſos benevolentiam, fronti & brachio inſcripta gerant, ut undique perſpicuum ſit Dei erga eos ſtudium.

14. Qualibet autem in urbe [1] præſint ſeptem viri, & in virtute & in ſtudio æquitatis exercitati: unicuique autem [2] magiſtratui tribuantur duo miniſtri è tribu Levitica. Quin & ii, quibus in civitatibus jus reddere obtigerit, omni in honore habeantur; ut neque liceat ulli illis præſentibus *alicui* maledicere, neque inſolentius agere: [3] verecunda eorum re-

Magiſtratus Judaici baſis. Deut. c. 16. 18.

ve-

b Εὐηργέτησεν] Εὐεργέτητεν ſoli *Big.* & *Samb.*

c Ἔν τε βραχίοσιν] Sunt qui ex *Exodi* c. 13. v. 9. & 16. & *Deut.* c. 6. v. 8. hoc à *Joſepho* (ut & à *Juſtino* in coll. cum *Tryphone*) deductum eſſe putant. *Grotius* tamen, *Hieronymum* ſequutus, iſtis locis nihil aliud *Iſraëlitis* juberi exiſtimat, quam ut beneficia liberationis ex Ægypto & præcepta divinitus data animo infigant; non minus quam quæ memoriæ cauſa in manibus gerere, aut ob oculos ponere ſolemus. HUDS. Tephillin innuit, & ⸗ βραχίονος, id eſt, manus ſiniſtræ & frontis, τ κεφαλῆς, uti mox loquitur. Hæc Phariſæi gerenda eſſe hoc modo putant, inter quos Joſephus erat. Karæi enim illa ignorant. REL.

d Ὡς περιβλέπων] Forte deſideratur ἑαυτ. COCC.

e Ἀρχέτωσαν] Ἀρχέτωταν *Big.* (*Cocc.*) *Samb. Vat. Hen.* & *Busb.*

f Ἄνδρες ἑπτὰ,] Joſephus infra hoc ipſo capite de depoſito agens τὰς ἑπτὰ κρίσεις *ſeptem Judices* memorat, & ipſe narrat ſe 7 Judices conſtituiſſe in ſingulis urbibus, quæ ipſi erant ſubjectæ: ſed olim quoque fuiſſe 7 Judices in urbe unaquaque conſtituendos non legitur in ſacris literis; juſſit Deus שופטים legere, ſed numerus non additur Deuter. 16. 18. REL.

1. *Præſint ſeptem viri,*] *Magiſtratus Judaici baſis Deut. c. 16. 18.* שפטים ושטרים תתן לך בכל שעריך, κρίσεις καὶ γραμματοεισαγωγεῖς καθιστήσεις σεαυτῷ ἐν τῶις πόλεσί σου, ἤτοι ἐν πάσαις ταῖς πύλαις σου. *Is itaque ſeptemviralis* סנהדרין של שבעה (*namque Dii iſti* numero impare gaudent, *hoc eſt*, אין בית דין שקול, *quod toties inculcant Judæorum Scholaſtici*) *federat per urbes, ut ſemel iterumque docet Joſephus. Verum ille in numero Judicum Civilium,* σοφίᾳ שפטים *Hebræorum Legum latori,* Sufetis *Pœnis,* δικασταῖς דיינין *tot Profeſſoribus in* Talmudo *Juris Moſaici, tot Interpretibus ad* Micra, *falli haud potuit; allectis equidem Scribis binis de tribu Levitide. Huc etiam convenit antiqua* διάταξις c. 4. §. 3. περὶ συνεδρίων. In hemicyclio ſedebant Patres, coramque eis ſtabant Scribæ duo, lævus dexterque, collectum ſuffragii, סנהדרין היה כחצי גורן עגולי כדי שיהו רואין זה את זה ושני סופרי הדיינין עומדים לפניהם וגו'. *Hos collegas Amramides forte nuncupat* σατράπας שטרים, *atque hoc in capite Flavius* ὑπηρέτας, *quod eſt* Miniſtri Curiæ, Servientes ad Legem, *aut vocabulo Fori Romani* Officiales. *Onceloſus, Uzielides, Aquila & Theodotio* שטרים *interpretantur* Exactores, Quæſtores, ἐκδικοῦντας, φορολόγους, פורעניים, σαρκὶν, סרכין, *ſive* πεμπτῆρες. *Jarchius, Maimonides, Judæi Hiſpanienſes, & nonnulli Talmudiſtarum adhuc vilius intelligunt* Accenſos, Lictores, Apparitores, בעלי אגרופים נוגשים, ἤτοι κονδυλιστάς. *Attamen ex uſu honeſto & neceſſario* Soterim *Judæi Alexandrini paſſim vocant* γραμματεῖς, *& in Deuteronomio (mirum!)* γραμματεισαγωγεῖς, *quos* Notarios Clericoſque *Fora noſtra amant, pauloque laxius* Procuratores *ac* Cauſſidicos: *Pariter eoſdem appellitant* ספרים *&* ספריא, Scribas *plane, Symmachus ad Proverb. c. 6. Paraphraſtæ Samaritarum, Syrorumque. Valet enim* σωτὴρ *Hebraicum, quantum inter Arabas* سوطر *&* مسيطر Scriba, *à ſcribendo* سطر Satara. *Honeſtius adhuc eundem titulum evehunt interpretando S. Hieronymus* Magiſtri, *Abeneſdras* מושלים Præſides, *&* Præfecti, *planeque* السطرون: *Tavoſus ita* ⵎⴰⵙⵜⵔⴰⵏ, *Judæique ora Africana* ⵔⵔⵓⵙ. *Clariſſimus Saadias & Interpres Samariticus* عرفا ὕπαρχοι *& Adſeſſores. Ex his ſeptem niſi forte tres Collegæ adeſſent, damni, doli, leviſſimiſve in actionibus nihil quicquam decernebatur. Multa præterea cauſa Judices numero quinque: tum intercalatio anni, & alia quædam pluſquam privati commodi, ſeptem Sapientum juſtam Curiam definitu poſtulabant. Hoc fatetur celeberrimus Deuterota idemque Præſes quondam Synedrii ſummi Simeon Gamalielis initio Cod.* סנהדרין: *hoc in morem ceſſit, Maimonide aliiſque conteſtantibus. Idem quoque confirmatur ipſius Simeonis exemplo, qui octavum Sapientum Samuelem Exiguum,* שמואל הקטן, *taxavit temeritatis, quod ultro ſeſe adjunxerat ſeptem Arbitris anni intercalandi, atque ad inſtar Eldadi extra juſtum numerum conciliabulo acceſſerat, T. Jeroſ.* Synhedrin *f. 18. c. Inſuper in cauſis capitis adſciſcebant ſibi ſeptemviri bis ſeptem Adſeſſores, ut vita Iſraelitæ poſtulabat* בריני נפשות Synh. *c. 1. 4. & c. 4. 33. & Talm. Jeroſ. f. 19. d. ex Sacerdotibus & Levitis, horumve adfinibus. Unde cum Scribis duobus, qui ex ſubſelliis* XLVI. Candidatorum *ſive* Advocatorum *ſumebantur* מן שורות של תלמידי חכמים, *emicuit* Curiæ minoris *modus capitibus* XXIII. סנהדרין של כג או סנהדרין קטנה. *Hoc ſane pacto Phariſæos nepoteſque demum illorum conciliavi cum Joſepho ſacerdote de modulo* Curiæ minoris, סנהדרין קטנה. *Id nuper tentavit Grotius, vir alioqui conſultiſſimus juris humani Divinique, nec rem potuit efficere. Seldenus noſter, non affectavit quidem, falſi Flavium criminari contentus; ubi ſtultiſſimum eſſet eum Archæologum numerum verum notumque haud poſuiſſe. Atque tandem enarrat Flavius Deut. c. 17. 8. de Appellationibus ad* Senatum magnum *Urbis ſacræ actu ultimo deferendis, deque cauſarum arduis. Conſtabat autem venerandam illud Concilium,* סנהדרין הגדולה או בית דין הגדול או בירת דין שבלשכת גזית או בירת דין הגדול במקדש, *T. Jeroſ.* Synhedrin *f. 19. c. & Miſnæ cognominis c. 10. 2. & f. 30. a. ex Pontifice ſummo familiæ Aaronicæ, & ex Propheta vice Moſis, qui* Hannaſi, *i. e. Præſes ſæpius certiuſque vocatur in libris Phariſaicis, Miſna, Gemariſque ambabus, &c. rarius* ראש בירת דין או ראש הישיבה *T. Jeroſ.* Synhedrin *f. 18. c. apudque Divinum Moyſen* ὁ κριτὴς, השופט *i. e* Sufes, Ephorus: *atque ex* וקנים *Senatoribus ſeptuaginta, quos prudentia magis quam ætas provexerat, Num. c. 11. 16. & Joſephus bis terque in Originibus patriis. Namque,* ἡ τασιλεόνλις, *ait, Mattathiades,* ὅ, τε ἀρχιερεὺς, καὶ ὁ προφήτης, καὶ ἡ γερουσία. *Vel per* Hannabi *intelligit ille ipſe ex Deut. c. 18. 15. cum ſuæ factionis plurimis, Jeſum altoſque Præſides grandis Senatus; vel quemque ex ordine Prophetarum, cui non obedientis ibidem ſcelus capitale declaratur: quo etiam modo de Pontificis Judiciſque* הכהן והשופט *decretis ſtatutum fuerat Deut. c. 17. 12. Sic enim Phariſæi commation iſtud Moſaicum interpretantur aggravantque* Synhedrin *c. 10. 2.* ὁ ἀνθιστάμενος τοῖς δόγμασι τ ἱερέως βουλῆς ἀπέχονται. *Quinetiam hac occaſione exponit Flavius Ex. c. 22. 28.* אלהים לא תקלל ונשיא בעמך לא תאר, ὥστε μὴ βλασφημεῖν *&c. quomodo apud Ananiam eximium Doctor noſtræ Fidei fecerat ævo eodem in Senatu magno Act. c. 23. 5.* ἄρχοντα δὲ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς, *ſecutus verſionem* τ ο'. *aut verbis Severi noſtri,* Principem populi non eſſe increpandum. *Complures autem Patrum illorum conſcribebantur ex tribu Levis, qua juris Moſaici ſtudio præ cæteris omnibus ea vacaverat. Præterea recte monent Talmudiſtæ titulo* Synhedrin *c. 1. 6. T. B. & Jeroſ. f. 18 b, c. paſſimque vaſti operis, capita* LXXI. *Senatum integrum collegiſſe. Sæpe enim in iſto præſidebat Pontifex maximus: aut ſi forte in alium aliquem deferretur titulus* Hannaſi *&* Hammuphla, *qui eſt* ὁ συζητητὴς ⸗ αἰῶνος τούτου, *in literis beatiſſimi Pauli,* Primas *in annotatis Scholaſticorum Urbis* Synh. *fol. 30. a. ad* יפלא *Moſis Deut. c. 17. 8. & in Lexicis Rabbinicis.* מגיד שבמופלא שבבירת דין תכתוב מרבר. מופלא חרב והגדול שבכלם. *Interfuit tamen magnus Sacerdos tanti officii gratia, Præſidique vix ſecundus, Cæſaribus rerum dominis. Namque olim oraculi pectoralis merito Regi proximum locum ac dignitatem ſibi vendicaverant Pontifices, & ſubinde in familia Chaſmonæa, Davididis neque renuentibus, plane regnaverant. Ad ſacrum hoc Concilium pertinebant cauſæ publicæ & graviſſimæ, ratio belli paciſque, Pſeudo-Prophetarum & Idololatrarum flagitia, creatio inferiorum Judicum & correctio, & res ſimiles.* Synhedrin *c. 1. 5. & c. 10. 2, 4. Quapropter tempore Joſephi hiſtorici, præter Regum placita, parebant Judæi in cauſis privatis Curiis urbicis ſeptem Judicum, pluribus in re capitis adſidentibus in portis Templi, vel ubique civitatum Paleſtinarum; in publicis vero cauſis grandi Senatui Urbis apud Ædem Divinam in* Camara perpoliti lapidis, *quæ vocabatur (quanquam afflicta res Judæorum nobiliſſimum illud Concilium à* Solymis *demum in* Jabnam *ſive* Jamniam *eduxit:) decies ſeptem capitibus, præter Præſidem & Pontificem: ſiquando hic propter ætatem cauſamque aliam minus aptus videretur tanto præſidio, quippe* משנה לראש *Vice-Præſes, ſeu* אב בירת דין Comitiorum Pater *recenſebatur è numero* ᾱ ο'. *ſede dextima. Veruntamen* סנהדרין של שלושה, Triumviralis Conventus *de re pecuniaria, rectius* Arbitrium *quam* Curia. (*quod etiam Traditionum Patres indicant* Synhedrin *c. 31.*) *in nulla Joſephi æſtimatione erat, de quo tam multa Talmudici. Vide Miſnam* Synhedrin *c. 1. §. 6. de Conciliis legitimis, magno & parvo.* BERN.

g Δύο ἄνδρες ὑπηρέται] Levitæ illi, qui bini ſingulis apparebant Judicibus, erant ἱερογραμματεῖς. nec alii (ut opinatur *Dodwellus* in *Paranesi*, p. 23.) à ⸗ λαοῦ γραμματεῦσι, quorum mentio in *Matth.* 2. 4.

2. *Magiſtratui tribuantur duo miniſtri è tribu Levitica.*] *Præfecturis vero ſingulis* vertit *Seldenus* de *Synedriis Jud.* l. 2. c. 6. §. 4. *Unicuique principatui* &c. habet *Epiphan.*

h Τῶν Λευιτῶν] De miniſtris ex Levitis eligendis in V. T. non memini legere. Deut. 16. 18. quia שומרים in plurali invenitur, duos minimum, videtur notare. REL.

i Ἐν ἁπάσῃ τιμῇ] *Samb.* ἐν πάσῃ.

3. *Verecunda eorum reverentia*] *Seldenus* (de *Synedr.* l. 2. c. 6.) hoc modo interpretatur, *ſic enim fiet, ut aſſueti homines revereri*

verentia erga homines in dignitate conſtitutos reddente timidiores, ut Deum contemnere non audeant. Judices autem poteſtatem habeant pronunciandi quicquid iis viſum fuerit, niſi quis eos ad jus corrumpendum pecuniam accepiſſe oſtenderit, aut aliam aliquam cauſam adduxerit, qua eos non recte pronunciaſſe coarguat. haud enim congruum publica facere judicia, aut ad lucrum *privatum* aut ad *alicujus* dignitatem reſpiciendo, ſed æquitatem rebus omnibus præferendo. Nam ſi hoc non egerint, Deus contemni videretur, eiſque infirmior judicari, quibus ob potentiæ metum ſuum adjecerint ſuffragium. nam æquitas eſt potentia Dei. Qui igitur aliquid dignitate præditis indulget, illos facit Deo potentiores. Quod ſi judices de relatis ad eos pronunciare neſciant (talia autem hominibus non raro accidunt) ad urbem Sacram cauſam integram remittant, & convenientes pontifex & propheta & ſenatus etiam id quod ſibi viſum fuerit decernant.

Teſtes adhibendi in foro bonæ famæ, viri duo treſve.

15. [a]Uni autem teſti ne credatur, ſed tribus, aut ut minimum duobus: quorum teſtimonium ratum faciet vita anteacta. At mulierum ne ſit teſtimonium, propter levitatem & ſexus earum audaciam. Ac ne ſervi quidem teſtimonium dicant, propter animi ignobilitatem: quos, aut propter lucrum, aut propter metum, vera non teſtari conſentaneum eſt. Quod ſi quis judicetur falſa teſtatus, convictus eadem patiatur, quæ is paſſurus erat, contra quem dictum eſt teſtimonium.

Lex inquiſitionis in cædem clàm patratam. Deut. 21.

16. Si autem [s]cæde facta in agro aliquo, auctor non inveniatur, neque ullus ſuſpectus ſit ex odio interfeciſſe, magna quidem cum diligentia eum quærant, indicii præmiis propoſitis. Cum autem nemo ejuſmodi *quid* indicaverit, magiſtratus oppidorum agro ubi cædes facta eſt vicinorum, & ſenatus congregati, ſpatium à loco ubi mortuus jacet *circumquaque* metiantur. At quod oppidum occiſo proxi-

νας· τ πρὸς τὰς ἐν ἀξιώμασι τ ἀνθρώπων αἰδῶς [k] αὐτῶν εὐλαβεστέρας, ὥστε τῷ Θεῷ μὴ καταφρονεῖν, ἀπερχομένης. οἱ δὲ δικασταὶ [l] ἀποφήναντες κύριοι τοῖς τὸ δόξαντος αὐτοῖς ἔστωσαν· πλὴν [m] εἰ μήτε χρήματα λαβόντας τις αὐτοὺς ἐπὶ διαφθορᾷ τ δικαίων [n] ἐνδείξηται, ἢ ἄλλην τινὰ αἰτίαν προφέροι, καθ' ἣν ὁ καλῶς ἐλέγχῃ αὐτοὺς ἀποφαινόμενος. ὅτι γὰρ κέρδος χαριζομένους [o] ὅτ' ἀξιώματι προσῆκον φανερὰς ποιεῖται τὰς κρίσεις, ἀλλὰ τὸ δικαιον ἐπάνω πάντων τιθεμένους. ὁ γὰρ Θεὸς ἂν ὕτως δόξειε καταφρονεῖσθαι, καὶ ἀσθενέστερος ἐκείνων οἷς ἄν τις κατὰ φόβον ἰσχύος [p] προσνείμῃ τὴν ψῆφον κεκρῖσθαι. [q] τῷ γὰρ Θεῷ ἰσχύς ἐστι τὸ δίκαιον. τοῖς οὖν ἐν ἀξιώμασι τυγχάνουσι καταχαριζόμενός τις, ἐκείνους τ Θεὸν δυναλωτέρους ποιεῖ. ἂν δ' οἱ δικασταὶ μὴ νοῶσι περὶ τ ἐπ' αὐτοῖς προστεταγμένων ἀποφαίνασθαι, συμβαίνῃ δὲ πολλὰ τοιαῦτα τοῖς ἀνθρώποις, ἀκέραιον ἀναπεμπέτωσαν τὴν δίκην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, καὶ συνελθόντες ὅ, τε ἀρχιερεὺς καὶ ὁ προφήτης καὶ ἡ γερουσία [r] καὶ τὸ δοκοῦν ἀποφαινέσθωσαν.

ιέ. Εἷς δὲ μὴ πιστευέσθω μάρτυς, ἀλλὰ τρεῖς [s] ἢ τὸ τελευταῖον δύο. ὧν τὴν μαρτυρίαν ἀληθῆ πιστὰ τὰ προβεβιωμένα. [t] γυναικῶν δὲ μὴ ἕνα μαρτυρίαν διὰ κουφότητα καὶ θράσος τ ἤθους αὐτῶν. μαρτυρείτωσαν δὲ μήτε δοῦλοι, διὰ τὴν τ ψυχῆς ἀγένειαν· ὃς ἢ διὰ κέρδος εἰκὸς ἢ διὰ φόβον μὴ ταληθῆ μαρτυρῆσαι. ἂν δέ τις ψευδῆ [v] μαρτυρήσας πιστευθῇ, παρέτω ταῦτ' ἐλεγχθείς, ὅσα ὁ καταμαρτυρηθεὶς πάσχειν ἔμελλεν.

ις'. Αν δὲ πραχθεὶς φόνος ἔν τινι χώρᾳ μὴ [x] εὑρίσκηται ὁ δράσας, μήθ' ὑπονοήταί τις ὡς διὰ μῖσος [y] ἀπεκλονηκώς· ζητείτωσαν μὲν αὐτὸν μὴ πολλῆς σπουδῆς, μᾶλλον δὲ πρόθυμοι. [z] μηδενὸς δὲ τῶν τοιούτων μᾶλλον τ· αἱ δὲ καὶ τῶν πόλεων τῶν πλησίον τῇ χώρᾳ ἐν ᾗ ὁ φόνος ἐπράχθη, καὶ ἡ γερουσία [a] συνελθόντες, μετρείτωσαν ἀπὸ τ τόπου [b] ὅπου κεῖται ὁ νεκρὸς τὴν χώραν.

magiſtratus; eorum religioſiores inde etiam à numinis contemptu longius ſemoti fuerint.

[k] Αὐτῶν ἀλαβεστέρους] Αὐτοὺς *Hen.* & *Busb.*

[l] Αποφήναντες] *Coll. Big.* ἀποφαίνεσθαι.

[m] Εἰ μήτε] Lege εἰ μὴ COCC.

[n] Ενδείξη,] Ενδείξει *Samb. Hen.* & *Busb.*

[o] Οὐτ' ἀξιώματι προσῆκον φανερὰς] Ita *Baſ.* & *G.* niſi quod mutaverimus προσῆκε in προσῆκον auctoritate *MSS.* (*Coll.* certe *Big.* & *Voſſ.*) in quibus ὅτι ἀξιώματι προσῆκον ποιεῖται. Juxta *Vet. Interpr.* ὅτε ἀξιώματι προσῆκε ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις.

[p] Προσνείμῃ] *Al.* προσνίμοι.

[q] Τῷ γὰρ Θεῷ ἰσχύς] Τῆς γὰρ Θεᾶ ἰσχύος *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

[r] Καὶ τὸ δοκοῦν] Nonnullis abeſt καί. (mavult κἄν *Coccejus*) & ſatis commode. HUDS. Deut. 17. 9. non niſi Judex & Sacerdotes memorantur. REL.

[s] Η τὸ τελευταῖον δύο.] *Hen.* ἢ τὸ ἔλαττον. Eodem equidem ſenſu cæteri, ſed phrāſi ἢ τὸ τελευταῖον. Rurſus *Hen.* ἐν ἕνα ἀσφαλὴς ἡ μαρτυρία, nimium ſibi placens. Statim ἀγένειαν *Baſ.* & *Gen.* BERN.

4. *Uni autem teſti*] *Teſtes autem adhibentor in foro bonæ famæ viri duo treſve Maſſicla* περὶ πληγῶν *c.* 1. (*unicum tamen valuiſſe volunt Talmudici, cauſa Zelotypiæ Num. c.* 5. & *Homicidii occulti Deut. c.* 21.) *non genus leve procaxque fœminæ, non pravum ſervi. Ferto vero teſtis falſus, quod ferre alterum voluit, Deut. c.* 19. 15, 16. & *c.* 17. 6. & *in codice Chriſtiano Matth. c.* 18. 16. *Joh. c.* 8. 17. & *Hebr. c.* 10. 28. *Idem porro urgent Phariſæi* περὶ συνεδρίων *c.* 3. 3, 6. & *c.* 4. 5. & *integro capite* 5. *necnon Miſna* περὶ ὁρκων *c.* 4. 1. & *T. Bab. eodem titulo f.* 30. & *Nezicim codice primo* Samag *Legibus prohibentibus* 213, 214. *ajenteque* 119. *Maimonides* περὶ μαρτυρίων *f.* 742. *&c. Similia tamen aut Hebraicis graviora ex Paulo & Ulpiano, Romanæ juſtitiæ ocellis, adducit in collatione ſua Lic. Ruſinus* περὶ τ ψευδομαρτυρίας. *Quinvero jampridem è codice Moſaico receperant Ægyptii, ut alia plurima, ita & hanc legem: Οἱ ψευδῶς τινῶν κατηγορήσαντες, ὤφελον τοῦτο παθεῖν, ὃ τοῖς συκοφαντηθεῖσιν ἐπετάχθη προσῆκον, εἴπερ ἔτυχον καταδικασθέντες. Denique de ſervorum mulierumque indole ſuſpecta merito vide operis Juſtinianei D. l.* 22. *tit.* 5. & *Cod. l.* 4. *tit.* 20. *de Teſtibus, tum Harmenopuli* τὸ προχειρον. *l.* 1. *tit.* 6. & *Phormionem ingenioſiſſimi Afri Act.* 2. *ſc.* 1. 62. BERN.

[t] Γυναικῶν] De ſervorum mulierumque indole ſuſpecta videſis *Juſtinianum*, D. l. 22. tit. 5. & *Cod.* l. 4. tit. 20. *de Teſtibus.*

[v] Μαρτυρήσας] μαρτυρίαν, παρέτω (*Coll. Big.*) *Busb.* HUDS. Forte πιστευθῇ. Vetus, *eſt conjunctus.* Lege *convictus.* COCC.

[x] Εὑρίσκηται] *Al.* φέρεται & μήτ' ὑποτοπεῖται.

5 *Cæde facta*] *Pro cæſo forte homine clam teſte & inquiſitoribus,* (*vias etenim hac de cauſa exploratoribus fuiſſe obſeſſas* ותקון הדרכים, & *inquiſitionem* החקירה *factam Maimonides l.* 3. *c.* 10. Doctoris ſui *à majoribus Rabinis confirmat, quod Seldenus noſter neſciit aut noluit dici l.* 3. *c.* 7. *de* Synhedriis. *Sin vero unus aut una ſe ſicarium teſtaretur cognoviſſe, omiſſum omnino* τὸ καθάρσιον, Sota *c.* 9. 8. & *T. Bab. f.* 47. *b.* & *T. Jeroſ. f.* 23. *b.*) *Urbis cadaveri omnium proximæ, ut judicaverit Magiſtratus vicinus,* (*quibus adjungunt Deuterotæ Senatores Solymitanos quinque, vel ex ſententia Simeonis tres,* Synh. *c.* 13. & Sota *c.* 9. 1.) *piaculum eſto junicis in loco ſterili & ſalebroſa decollatæ cruor; quo Levitæ* (*eo titulo Sacerdotes proprieque dictos Expiatores ſæpius in Syſtemate ſuo comprehendit* ὁ νομοθέτης) *præſipuique Civium, cum ſtatis quibuſdam obteſtationibus & ſupplicationibus, puras manus rite proluant. Habes ſacras illas formulas Deut. c.* 21. & *Phariſæorum ſupplementa Maſſicla* Sota *c.* 9. & *ibidem T. Jeroſ. f.* 23. & *T. Bab. f.* 45. & *c. necnon in* Iad *Maimonidis f.* 581. de Homicidis *c.* 9, & 10. *Ita plane crepant Tabulæ duodecim Hermodori,* Quod expiari poterit, Sacerdotes publici expianto. *Homicidia vero occulta Periſtiarchi purgant jure Draconis, jure antiquiſſimo Græcorum. Juvencam autem luſtralem,* [y]*quam Moyſes appellat* הינקת הצרופה ἐγλὰς ἀρυφὰ, LXII. *Alexandrini ex illo,* ἡ δάμαλις ἡ νεόζυγος κεκομμένη: *Joſephus* τὰς τένοντας κεκομμένη, *tendones enim apud antiquos nervi cervicales: Deuterotæ denique* à poſtico collo ſeceſpita obtruncata vitula עגלה ערופה בנקעון מאחריה) *cadere ſas fuit in ſalebris, ut jam dixi pro phraſi Moyſis* נחל איתן. *Iſtiuſmodi locus Joſepho interpreti* φάραγξ αἰπεινὸς ἀφύτευτος καὶ φυτῶν; *Phariſæis etiam ad* Sota *c.* 9. 5. נחל קשרה, aſpretum, locus durus & inferax, φάραγξ τραχεῖα LXX. *Interpr. & Hieronymo noſtro:* φάραγξ ἔρημος *Onceloſo & Syrorum Paraphraſtæ. Nam ineptum ſatis* rapidus torrens נחל ששותי בחוקה *Maimonidis & Abarbinelis ad Deut. c.* 21. *ritus hujus locum ſacrum.* BERN.

[y] Απεκλονηκώς.] Απεκλωνώς *Vat.* (& *Cocc.*) & dein ζητείτω *Busb.*

[z] Μηδενὸς] Μηδενὸς δὲ μηνύοντος in quinque *MSS.* μηδενὸς δὲ τοῦτον μηνύοντος legiſſe videtur *Epiphanius.* HUDS. Lege τ τοιοῦτον. COCC.

[a] Συνελθόντες,] Συνελθεῖσαι *Busb.* & *Hen.*

[b] Οπου κεῖται] Εν ᾧ κεῖται *Samb.* & *Vat.*

c Πλη-

ρων. ἡ δ' ἂν ἡ [c] πλησιαιτάτη πόλις, οἱ ἐν αὐτῇ δημόσιοι, πελάμενοι δάμαλιν, καὶ κομίσαντες εἰς φάραγγα καὶ ἀνεπιτήδειον δρότερῳ καὶ φυτοῖς χωρίον, τὰς τένοντας κωφάτωσαν τῆς βοός· καὶ χέρνιβας ἑλόμενοι ὑπὲρ κεφαλῆς τῆς βοὸς [d] οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται καὶ ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, καθαρὰς ἀναδησάτωσαν τὰς χεῖρας ἔχειν ἀπὸ τοῦ φόνου, καὶ μήτε ὁρᾶσαι, μήτε [e] ὁρωμένῳ συμπαρατυχεῖν, ἀπικαλεῖσθαι δ' ἵλεω τὸν Θεὸν, καὶ μηκέτι [f] τοιοῦτον δεινὸν συμβῆναι τῇ γῇ πάσῃ.

ιζ'. [g] Ἀριστοκρατία μὲν οὖν κράτιστον καὶ ὁ κατ' αὐτὴν βίος· καὶ [h] μὴ λάθοι πᾶσι ὑμᾶς ἄλλης πολιτείας, ἀλλὰ ταύτην φυλάττοιτε, τοὺς νόμους ἔχοντες δεσπότας

mum fuerit, ejus [1] magiſtratus juvencam, quam emerint, in vallem & locum non commodum aratro & ſtirpibus adducant, boviſque nervos abſcindant: fumenteſque aquam & *manus lavantes* ſuper caput bovis ſacerdotes & Levitæ & ſenatus illius oppidi, proclament ſe manus puras à cæde habere, neque feciſſe, neque cum fieret adfuiſſe, Deum autem precari *ſibi uſque* propitium *fore*, & ut nullum poſthac tam atrox facinus terræ accidat.

17. [2] Optimatium quidem dominatio & vita ſub ea optima eſt: neve vos capiat alterius inſtitutionis reipublicæ deſiderium, ſed hac contenti eſtote, leges pro dominis habentes, & ex illorum præſcripto omnia *Lex Regis. Deut. 17.*

[c] Πλησιαίτη πόλις,] Ita in quinque *MSS.* (& *Coll. Voſſ.*) in *Editis* πλησιαστάτη π. tam πλησιαστάτη quam πλησιαίτατος uſurpant Attici, & quidem in genere ſequiori.

1. *Magiſtratus juvencam,*] *Al.* cives, & oppidani.

[d] Οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται] In ſacro codice non niſi ſacerdotes adfuiſſe leguntur: ſed fraudi forſitan fuit Joſepho, quod legatur Deut. 21. ונגשו הכהנים בני לוי & *accedent ſacerdotes, filii Levi*, ac ſi adjecta copula legeretur ſacerdotes & filii Levi. Sed etiam ex iis, quæ adduntur, eos elegiſſe Deum ad benedicendum populo & judicandum de rebus, clarum eſt ſacerdotes intelligi, etiamſi non liqueret ſacerdotes, hic ut alibi ſæpe, appellari filios Levi. REL.

[e] Ὁρωμένῳ] Sic *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Vet. Interpr.* ὁρωμένων *Baſ. G.* & *Vat.*

[f] Τοιοῦτον δεινὸν] Ita *Baſ.* & *G.* ut vult Atticiſmus. in aliis τοιοῦτο.

[g] Ἀριστοκρατία] Vide *Cauſaub.* ad *Baronium*, p. 359. *Montacutii* Orig Tom. 2. p. 178. & *Coringium* de *Rep. Hebr.* cap. 42.

2. *Optimatium quidem dominatio*] *Vetat rerum Dominus Deut.* 17. *ne Regi Hebræo divitiarum, ejuorum, præſertim Ægypti terræ ingratæ, uxorumve nimium accedat, Legum & Religionis tuendæ ergo: aut ſi hæc proterve patraverit, Numen Æternum vindex erit, v.* 20. *Phariſæi autem, boni viri, reges ſuos duodeviceſima uxore petulanti equidem licentia vexant, Maſicla* Synhedrin *c.* 2. §. 2. *Addit inſuper Flavius, ſicut in Scholis didicerat Phariſæorum, quibus fama & auctoritas ſub ambiguo & linolaneo (Sic volo. Eundem etenim hominem duas ſimul coronas ferre, neutra pars fert Religionis veræ, non Chriſtiana* 1 *Pet. c.* 5. 3. *non Moſaica Num. c.* 25. 13. *v.* 89. 6. *nec mens Joſephi* δεχαεολ. *l.* 13. *c.* 19. *Multo minus admiſit Canon ſacer alienum ex parente meliori in Regnum Hebræum, quanquam Herodis filiis contra modum & jus in iſto apice adulabantur Phariſæorum ſecta* Cidduſim *f.* 176. *b.* & Jebamot *f.* 45. *b.*) *Chaſmonæorum principatu ſupra modum creverat, Ariſtocraticorum haſce cupedias:* Præter ſententiam Pontificis & Senatorum Regem nihil agere, (*tales enim in rebus arduis conſulere Regum prudentia ſemper fuit & voluntas*) luxuriam ejus vitiaque mature eſſe coercenda; in Theſi denique, Unius Dominio, (*quo tamen nihil agnoſcitur in terris, nihil in cœlis antiquius*) longe præſtare Ariſtocratiam. *Nimirum ubi Phariſæi pars eſſe regiminis poſſent, ubi ipſi dominari. Quanquam eodem illo ſeculo inter Judæos celeberrimi axiomatis fide jactaretur,* Sublimiorem haberi Regum ſuorum majeſtatem, quam Senatui magno eos ſubeſſe, aut etiam præeſſe coram deceret, *Maſicla* συνεδρίων *c.* 2. 28. κείνει ὁ βασιλεὺς, δεῖ κείνεται, המלך לא רגים ולא אותו. *Hoc quidem jus erat, hæc majeſtas ſtirpis Davidicæ, non ſolummodo Regum Iſraelitarum, i. e. Machabæorum, ut nugatur Joſephus Gemariſta f.* 19. *Cauſam etiam hujus legis dicet Maimonides,* שאסור לחלוק עליו Regi enim omnino retragari nefas. *Convenienter & Gemara Solymitana* Synh. *f* 19. *d. c.* 2. 2. *& nomine Jeremiæ Anteceſſoris* δεδαελμ ραββα *f.* 295. *d. ex* Ψ. 17. 2. ולא רנין המלך על שם מלפניך משפטי יצא, Quippe à te, ô Domine, judicium meum prodit, à numine tuo venit. *Addit inſuper Commentator grandis vetuſque Pentateuchi*, Ex hoc allegato R. Jeremiæ Ψ. 17. 2. ſatis conſtat, à Deo ſolo judicari Regem, à nemine mortalium, חי אין בריה רן ארת המלך אלא הבה"ו. *Quid vero? iſta talia contra Reges haud effutierat Joſephus, ſi recte revocaſſet in mentem, & neglectis novis dogmatibus Hillelis & Sammeæ, reſpexiſſet Davidis ſui Salomoniſque tempora Aurea, Deoque αὐτοκράτορες gratiſſima; vel etiam reliquam Judææ liberæ & florentis imaginem. Plena enim cum poteſtate & παμβασιλείᾳ, qualem unquam Aſia ſenſerat, in rebus non ſacris ſacriſque utramque ſæpe, ſemper alteram Hebræorum nationem ad Aſſyrios uſque victores rexerunt Davidis nepotes, ut Annales veri Divinique demonſtrant:* 2 *Chron. c.* 34. 3. *c.* 35. 3, 4. 1 *Reg. c.* 2. 27, 31. *Eccleſiaſticis c.* 8. 4. 1 *Chron. c.* 24. 3. 2 *Chron. c.* 31. 2, 4, 13. & *c.* 30. 2, 4. & *c.* 29. 4, 30. 1 *Reg. c.* 12. 8. *Jer. c.* 38. 4, 5, 16. *c.* 26. 19. 2 *Chron. c.* 19. 5, 6, 8, 9. & *c.* 26. 32. 2 *Sam. c.* 8. 15. & *c.* 15. 2. & 1 *Reg. c.* 3. 28. *Succenſuit autem aliquando ὁ κρατίστος Regem ſibi inſtar Gentium, verius Idola Ludoſque ſacros inſtar Gentium (ut recte perſpexit vetus Auctor* Siphri) *poſtulantibus Hebræis: quoniam per complura ſecula, turbida quidem & infelicia magis quam fauſta, pro diſcrimine Reip. ubi tamen nullum apparet veſtigium Synedrii Magni, quod perpetuum à Synæo monte perſeveraſſe mentiuntur Rabini & Theologi aliqui his meliores; quin nullum etiam poſtea oſtendunt* Chronica Regia: *Duces, Judices, aut Dictatores miris animis & vix humano ſpiritu pollentes ipſe excitaſſet, non habita ratione familiæ cujuſdam tribuſve. Talis enim diſciplina, & Theocratia merito vocatur in S. Literis, & ni ab ingrato vaniſſimoque populo contemni unquam nequit, gratia Dei pluſquam ordinaria diducta. Verumenim in frequentibus illorum temporum ἀκεφαλίαις degebant populus Hebræus abſque omni magiſtratu, præter Monitores Sacerdotes, & placidum moderamen Patriarcharum* ראשי אבות, Jud. *c.* 17. 6. & *c.* 21. 25. *Videlis jam Deut. c.* 17. *à v.* 14. 1 *Sam. c.* 8. 5. & *c.* 10. 18. *Et, ſi pudor ſit ad Muſam Herodoti* περὶ μοναρχίας *recte diſſertantem remitti hominem Chriſtianum, conſules potius Caroli prioris defenſorem Salmaſium, Coringium* πολιτικὸν κλάρε, *doctiſſimum Petitum, necnon Montacutium & Caſaubonum dignos eminentiſſimo Baronio Antagoniſtas; nec præteribit vir vanus Schickardum, Grotium, Seldenumque ab incertis Talmudicorum commentis male omnes ſuſpenſos incertoſque. Verum nos hanc rem præclarius tractabimus, niſi optandum hujus ævi homines ſanctius ſuſpiciant coronata capita & poſt Deum venerentur, in cauſa Herodis audacis & magnanimi juvenis Antiq. l.* 14. *c.* 17. *quam in Jannæum imperite transferunt Talmudi an Turris Babyloniæ Conditores,* Synhedrin. *f.* 19. *a. Attamen de Rege ob luxuriam vapulante, non verbum equidem in Talmudo, Siphri, (ut fallit Batavos Germanoſque ſuos Schickardus,) aliove vetere ſcripto uſquam invenies dictum. Debetur itaque turpe illud commentum laſcivo pecori Rabinis recentibus, præcipue Maimonidi c.* 3. de Regibus, & *c.* 10. de Conciliis, *qui* Legum prohibentium *verberi vel corpora Regia ſubjicere eſt auſus, in ſtatu miſero,* ἀναξίῳ, *diſperſoque malæ gentis tam pædagogice ſæviens pro jure non bono* Synhedrii *jamdiu expuncti, Moyſi vero & Prophetis ſemper ignorati. Nihil vero mirum, quod Davidi Regibuſque aliis minime parcat ille Doctor, quem de Meſſia ſuo vile omnino & abjectiſſimum ſenſiſſe comperimus, c.* XI. περὶ μεσσίᾳ. *Stupendum magis fatuo ita interpretamento interdicti Moſaici* לא ירבה, & *abuſui Gloſſæ Babyloniæ f.* 21. *b.* Synhedrin, לעבור בלא תעשה, *quaſi Phariſæorum flagellum trilix & horribile quævis ἀνόμων πάντων omni ævo fuiſſet perſecutum, Chriſtianos non indoctos unquam credidiſſe, aut deliberationem admoviſſe. Cavebitis ergo, vos Principes,* ἀπὸ διδαχῆς γραμματέων καὶ φαρισαίων ὑποκριτῶν, *quod eſt notis notioribus, à diſciplina* Rabinorum, Jeſuitarum, & Presbyterianorum. *Habemus ſane νόμον βασιλικὸν Deut. c.* 17. *habemus exempla plurima Regum Hebræorum ſacris literis deſcripta, unde redargui facilis error ille ſordidus fanaticuſque Maimonidis, Levis Barcelonitæ, & aliorum Neotericorum. Decreta tam vilia, ſummatim aio, maleque cohærentia recentis Rabbiniſmi haudquaquam percellere* ἱερὸν ἰσχυρὸν, כלך יבית דויד: *an vero apud miſeri populi Regulos & Cozibiadas ea unquam valuerint, nulla docet hiſtoria. Præterea haud ſimpliciter interdictum erat Regibus Hebræis, uxores ſibi, divitias, equoſque conquirere, juſſum potius, Talmudo fatente. Abſque verbere igitur innotuit ea Principum protervitas, juxta lenimen vulgatiſſimum Deuteronomii* περὶ πλήθους *c.* 3. 4. כל מצות לא תעשה שיש בהן קום עשה אין חוכין עליהן, Nemo vapulat ob legem prohibentem, qua aliquid affirmativum includitur. *Dein quis modum in his rebus menſuramque præter Regem ipſi ſcribere potuit & definire? Quandoquidem vero jub Templo ſecundo, jugo Græco vix excuſſo, per annos* CXXX. *ab Antiocho illuſtri ad magnum Herodem, Ariſtocratice regerentur Judæi, ſummamque ſuarum rerum, belli pacique cauſas haberent (niſi vis intervenisſet ac tyrannis, ut ſæpius) penes Synhedrium grande Clericorum & Laicorum,* τῶν ἱερέων καὶ τῶν ἀρχιεντίμων, *ſic ex monumentis publicis nuncupat Machabaicus, modo idem* τὸ δεχιερέα καὶ τὸν γερουσίαν καὶ τοὺς ἱερεῖς, *modo* τοὺς ἰουδαίους καὶ τοὺς ἱερεῖς, *modo* τὸ δεχιερέα καὶ τὸ δῆμον τῶν ἰουδαίων· *viri Chaſmonæi, qui Pontifices forte veri fuerant, veri Reges emergere de ſua tribu haud poterant; ſed Duces duntaxat militiæ & Ethnarchi, idque* τῇ δόξαντα τῶν ἰουδαίων καὶ τῶν ἱερέων, 1 *Mach.* 14. 35, 41: *proclive itaque fuit per inſulam Pontificiam diminutum iri decus Principis, nomenque Regium pati, quod ad Sacerdotem proprio & commerito jure pertineret. Clerici profecto cæterique* LXXI. *Synhedrorum (pars autem fuit longe major Clericorum, ſicut Rabini vetuſti, Scriptoreſque Gentium referunt) Sacerdotem Summum, ut meruerat, aut in jus poterant vocare, aut ſibi in Præſidium, & in Moyſis Cathedra, Cathedra Hannaſi,* Maſicta Synhedrin *c.* 1. §. 6. *collocare: quod eſt verbis* ὀδυρερώσεως *Phariſaicæ* Synh. 2. 1. כהן גרול שחטא מלקין אותו וגו' כהן גרול ורנין אותו; *ubi Lazarus, Ris Lacis, aliique Urbis Doctores vere ſevereque adnotant, Eximitur idcirco Rex à ſententia ſcuticaque Senatoria, Anteceſſoribus itidem confitentibus.* BERN.

[h] Μὴ λάθοι] *Big.* & *Samb.* eodem ſonitu μὴ λάθῃ. BERN.

omnia agentes. satis enim idoneus est Deus, qui *vobis* præsit. Verum si regis cupiditas vos incesserit, is sit consanguineus, semperque ei cura sit justitiæ reliquarumque virtutum. Is autem legibus concedat, Deoque summam prudentiæ; nihilque sine pontifice & senatorum sententia faciat: neque multis utens conjugiis, neque pecuniæ vim ingentem aut equorum multitudinem sectans; quæ consequutus leges insuper habere & fastidire possit. Prohibeatur autem, si quid tale affectet, fieri potentior, quam rebus vestris expediat.

Termini patrum aut sociorum loco non movendi. Deut. c. 19. & 27.

18. [3] Terminos terræ ne liceat movere, neque propriæ, neque alienæ eorum quibuscum vobis est pax: sed caveatur ne auferantur, tanquam firmus Dei calculus in sempiternum positus; quippe cum bella inde nascantur & seditiones, quod ultra terminos progredi velint avari. Neque enim à legibus transiliendis longe absunt, qui *agrorum* limites de loco suo dimovent.

Arborum vescarum fructus ante quartum annum nec Deo offerendi, nec comedendi. Lev. c. 19.

19. [4] Qui terram conseverit, si stirpes ante quatuor annos fructum ediderint, neque primitias inde libet, neque ipse *ad victum* utatur: non enim ex eis suo tempore provenerunt. naturâ autem immature conatâ neque Deo convenit neque ipsi domino uti. At quarto *anno* vindemiam omnium, quæ provenerint, metat, (tunc enim est tempestivum) collectamque in urbem Sacram ferat, & cum aliarum frugum decimis insumat, epulans cum amicis & cum pupillis & mulieribus viduis. Quinto autem anno stirpium fruges percipiendi potestatem habeat.

Simplicitas in omnibus, vita casta, & connubia paria imperantur. heterogenea etiam tam sementis faciendæ, quam brutorum copulandorum ad jugum vel ad naturam prohibita.

20. [5] Terra vitibus consita ne seminetur. ei enim satis est hanc stirpem alere, & ab aratri laboribus esse liberam. Bubus aretur terra, & aliorum animalium nullum ad idem cum eis jugum subeundum adigatur; sed & illis fiat aratrum suis convenienter generibus. Semina autem sint pura & incommista; neve bina & trina serantur. natura enim dissimilium non gaudet societate. Neque ad pecudes admittantur

τας [i] καὶ κατ' αὐτὰς ἕκαστα πράττοντες. δέκει γὰρ ὁ Θεὸς ἡγεμὼν εἶναι. βασιλέως δ' εἰ γένοιτο ἔρως ὑμῖν, ἔστω μὲν ἔτι [k] ὁμόφυλος· προνοία δ' αὐτῷ δικαιοσύνης καὶ τ' ἄλλης ἀρετῆς διάπαντὸς ἔστω. [l] Διαχωρείτω δ' ἔτι τοῖς μὲν νόμοις καὶ τῷ Θεῷ τὰ πλείονα δ' φρονεῖν, πρασσέτω δ' μηδὲν [m] δίχα δ' ἱερέως καὶ τῆς τ' γερουσιαστῶν γνώμης· γάμοις τε μὴ πολλοῖς χρώμενος, μηδὲ [n] πλήθει οἰκων χρημάτων [o] μηδ' ἵππων, ὧν αὐτῷ διαφθειρομένων ὑπερήφανος ἂν τ' νόμων ἔσοιτο. κωλυέσθω δ', εἴ τέτων τι διὰ πενίης ἔχοι, γίνεται δ' συμφέρον ὑμῖν δυναλώτερος.

ιή. Ὅρους γῆς μὴ ἐξέστω κινεῖν, μήτε οἰκείας μήτ' ἀλλοτρίας πρὸς ὅς ἐστιν [p] ἡμῖν εἰρήνη· φυλαττέσθω δ' ὥσπερ θεσὶ ψῆφον βέβαιον εἰς αἰῶνα κειμένην ἀναιρεῖν, ὡς πολέμων ἐντεῦθεν καὶ [q] στάσεων γινομένων, ὅταν δ' πλεονεκτοῦντας πρόσωτέρω χωρεῖν βέλεται τῶν ὅρων. μὴ γὰρ μακρὰν εἶναι δ' καὶ τὰς νόμους ὑπερβαίνειν τὰς τ' ὅρον μετακινοῦντας.

ιθ'. Γλῶ ὁ φυτεύσας, πρὶν ἐτῶν πεντάρων ἂν καρπὸν [r] προβάλῃ τὰ φυτὰ, μήτε τῷ Θεῷ ἀπαρχὰς ἐντεῦθεν ἀποφερέτω, μήτ' αὐτὸς [s] χρήσθω· ἀ γὰρ κ' καιρὸν [t] τέτον ὑπ' αὐτῶν ἐνεχθῆναι. βιασαμένης δ' τῆς φύσεως ἀώρως, μήτε τῷ Θεῷ ἀρμόζειν, μήτ' αὐτῷ τῷ δεσπότῃ χρῆσθαι. τῷ δ' τετάρλῳ [v] τρυγάτω πᾶν τὸ [x] γιόμενον· τότε γὰρ ὥριον εἶναι· κ' σωαγαγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν νομιζέτω, κ' σὺν τῇ δεκάτῃ δ' ἄλλα καρπὸν μ' τ' φίλων διαχέμενος ἀναλισκέτω, κ' μετ' ὀρφανῶν κ' χηρδυσῶν γυναικῶν. πέμπτῳ δ' ἔτες κυρίως ἔστω τὰ φυτὰ καρπὸν δοτά.

κ'. Τῶν ἀμπέλοις καταφύλον γλῶ μὴ σπείρειν. δέκει δὲ αὐτῇ τρέφειν τὸν τὸ φυτὸν, κ' τ' ἐξ ἀρότρου πόνων ἀπηλλάχθαι. βασὶν ἀροῦν τῷ γλῶ, κ' μηδὲν τ' ἑτέρων ζώων σὺν αὐτοῖς ὑπὸ ζεύγλῃ ἄγονται· ἀλλὰ κατ' οἰκεῖα γῆν κἀκείνοις πιεῖσθαι [y] τὸ ἄροτρον. εἶναι δ' [z] καθαρὰ τὰ σπέρματα κ' ἀνεπίμικτα· κ' μὴ σπύδυο κ' τρία σπείρειν. ἀ γὰρ τῇ τ' ἀνομοίων κοινωνίᾳ χαίρειν τῷ φύσιν.

[i] Καὶ κατ' αὐτὰς] Ita *Epiphan.* κ deest in *Editis.* in *Big.* & *Samb.* κ' κ' τέτας.

[k] Ὁμόφυλος.] Ita explicat Josephus id quod Deus Deut. 17. jusserat Hebræos regem eligere ex fratribus suis, non נכרי extraneum אשר לא אחיך הוא *qui frater vester non est.* REL.

[l] Παραχωρείτω] Παραχωρείη *Samb.* & *Big.* Διαχωροίη *Vat.*

[m] Δίχα δ' ἱερέως] Talmudici penes Synedrium magnum fuisse summam rerum scribunt, ita ut rex sine illius consensu de bello gerendo aliisque rebus majoris momenti non potuerit decernere. Vide Sanhedrin. 1. 5. REL.

[n] Πλήθει] *Big.* & *Samb.* πλήθη.

[o] Μηδ' ἵππων,] *Samb.* μηδὲ ἵππων. Subinde ἂν αὐτῷ γεγονότων *Hen.* cum *Busb.* BERN.

3. *Terminos terræ ne liceat movere,*] *Terminos patrum tuorum aut sociorum loco ne moveto. Deut. c. 19. 14. & c. 27. 17. Job c. 27. 2. Prov. c. 22. 28. & statim c. 23. 10. Sanxit insuper Romanorum secundus,* Qui terminum exarasit, ipsus & boves ejus sacri sunto. *Vide etiam leges Agrarias Licinii, Julii, Tiberii, Nervæ, Hadriani, aliorumque Imperatorum inter sententias Pauli Romani, in collationibus Rufini, & in Pandectis Justinianeis l. 47. tit 21. & adhuc diligentius apud Scriptores Gromaticos.* Terminorum avulsor, si per vim palam patraverit, rapti גולה: sin secreto, tenetur furti גנבה. *Siphri, sive* Extravagantium Rabanicarum *fol. 45. d.* BERN.

[p] Ἡμῖν εἰρήνη·] *Al.* ὑμῖν.

[q] Στάσεων γινομένων,] Ita in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* στάσεως.

4. *Qui terram conseverit,*] Περὶ φυτῶν ἀκροδρύων & ἀκαθάρτων *strictim agit Moyses Legislator, Lev. c. 19. 23, 24, 25. amplius Judas Princeps ejusque secta Masicta integra* Orla ערלה, & Maaser seni *c. 5. Moyses Maimonis* Iad *c. 9. 10.* περὶ δικαίων δωτέων, & *Consensis ille Moyses* καθαρώτατος ἐκ. *Cæterum Doctor dubitantium rursus abutitur* Agricultura Nabatæa *Vaxiadæ p. 450. de fundo ac ratione hujus legis, quæ sane facilior communiorque apparet, quam ipse aut Abenesdras existimabant, aut Grotius ab illis. Primos enim fructus arborum consecratu sibi postulavit bonorum omnium Auctor & Dator, sed jam bonæ conditionis ut fas dignumque, & autumno quarto plusquam exiguos, plusquam raros: ante vero ab his tanquam præputiatis & impuris rerum abstinendum. Quippe* עיקר ערלה מאום, *Levitici Commentario parvo f. 25. b. Observabis deinde quam perite expedivit Flavius phrasin antiquam* כל פרין קדש הלולים ליהוה, πᾶς ὁ καρπὸς αὐτῶ ἅγιος αἰνετὸς τῷ κυρίῳ, *ubi ait,* κ σωαγαγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, *&c. Similiter Patres Deuteroseon,* נטע רביעי דינו להאכל בירושלם לביעליו בכיעשר שני. *Codice* περὶ δευτερωδεκάτων, & *alibi Operis Misnici,* & Pesicta Zutarta, *ubi superius.* BERN.

[r] Προβάλῃ] Sic *Busb. Hen. Samb.* & *Vat.* προσβάλῃ *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Epiphan.* βάλῃ *Bas.* & *G.*

[s] Χρήσθω·] Ita *Busb.* & *Hen.* Atticorum more. χρήσθω *Big.* & *Samb.* χρήσω *Vat. Bas.* & *G.* ut *Græcorum* nemo.

[t] Τέτον ὑπ' αὐτῶν] *Al.* τέτων.

[v] Τρυγάτω] Ita in quinque *MSS.* (*Coll. Voss.*) & *Vet. Interpr.* τρυγήτω *Bas. G.* & *Castal.*

[x] Γιόμενον·] *Hen.* & *Busb.* γιόμενον. Mox *Samb. Busb.* & *Hen.* μετά. Dein *Hen.* & *Busb.* χρεῶν. BERN.

5. *Terra vitibus consita*] *Morum quidem simplicitatem, vitam castam, & connubia paria homines omnino docet Maximus, ubi heterogenea negat tam sementis faciendæ, quam brutorum copulandorum ad jugum vel ad naturam. Vetat autem vehementer confusa ista Lev. c. 19. 19. Deut. c. 22. 9, 10. & 2 Cor. 6. 14. & Israeli & Noachidis, quod est, toti generi nostro,* Pesictæ minoris *f. 25. a. Hæc porro decreta late explicant, terroreque undequaginta inculcant Scholæ Pharisaicæ ad Masictam* Cilaim, *& ab illis Maimonides suo in* Iad *titulo eodem, &* Samag *Interdicto* 181. *& R. Lævis in* Catechesi *capitibus* 249, 250, 568, *&* 571. *ubi ἀκριβολογεῖ,* בל חכם לב מזהיק יקח מזר שלא למנזרת שני אנשים לעולם ברבר מן הרברים שיהיו רחוקים בטבעם ומשונים בהנהגתם כמו צדיק ורשע *quo plane modo super idem interdictum fecerat sanctissimus Paulus,* μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις· τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ κ ἀνομίᾳ· τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαλ. *Adde his* Maccot *c. 3.* Baba mesia *f. 91. &* Cholin *f. 115, 116. & Commentaria magna Pentateuchi Hebraici f. 236, 269, 297. Procopium ad Deuteron. & Philonem p. 712. ubi impuritatem & naturam imbecillem asino objicit, ne cum bove jugum unum subeat: quod & Rabini veteres & Abenesdras dudum animadverterunt. Repetit etiam hac causa Maimonides* Rustica *Vaxiadæ, & odio Chaldaismi contendit temere in Terra sancta vitium ordines frumento omni liberari.* Mores enim veteris fuit, *ait Auctor Agriculturæ Nabatææ,* conserere cum vitibus juxta hordeum, vindemiæ felicioris causa, *p. 451, & 504. Verum hæc procul à Moyse.* BERN.

[y] Τὸ ἄροτρον.] Sic *Big.* & *Vat.* in *reliquis* τὸ ἄροτρον. HUDS. Lege τ' ἄροτρον COCC.

[z] Καθαρὰ] Ita habemus in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* καθαρώτατα σπέρματα.

σιν. μὴ ἢ κτλώσεσιν ἐπάγῃ ὅσα μὴ συγγνῷ. δέον γὰρ ἐκ τούτου μὴ ἀφαιρῆ τὴ μέχρι τ [a] ἀνθρώπων ἡ πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἀπιμία, τλὼ λοιπὼ ἀπὸ τ πρὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φαῦλα πρότερον λαβεῖν. δεῖ ἢ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον συγκεχωρημένον, ἐξ οὗ κῆ μίμησιν ἡ μεταστροπή τις τ κῆ τλὼ πολιτείαν ἔσιτο. [b] ἀλλ' ὡς ὁ πρὶ τῶν τυχόντων ἀμελεῖται τοῖς νόμοις εἰδόσι προνοεῖσθαι δ' κατ' αὐτὰς ἀμέμπτως.

καὶ. Ἀμῶντας ἢ κὴ σπαιροῦντας τὰ θέρη, μὴ καλαμᾶσθαι. [c] καταλιπεῖν δέ τινα κὴ τῶν δραγμάτων τοῖς βίᾳ πανίζουσιν, [d] ἔρημον εἶναι κὴ εὕρημα πρὸς ἀφθροφλύ. ὁμοίως ἢ κὴ τ τρύγης ἀπολιπεῖν τὰς ὀπιφυλλίδας τοῖς πένησι· [e] κὴ τῶν ἐλαίων παρεῖναί τι δ καρπᾶ πρὸς συλλογλὼ τοῖς ἐξ ἰδίων σὺκ ἔχουσι μεταλαβεῖν. ὰ τοσαύτη [f] γὰ ἂν ἐκ τ ἐπ' ἀκριβὲς αὐτῶν συλλογῆς ὄφελος τοῖς δεσπόταις γίνοιτο, ὅση χάρις ἐκ τῶν δεομένων ἔλθοι· τὸ τε θεῖον τλὼ γλῶ [g] προθυμοτέραν εἰς τλὼ ἀφθροφλὼ τῶν καρπῶν [h] ἀπεργάσεται, μὴ δ καθ' αὑτὰς προνοουμένοις λωσιτελᾶς, [i] ἀλλὰ κὴ τ τῶν ἄλλων ἀφθροφῆς λόγον ἐχόντων. μηδὲ βοῶν, ὁπότε τρίβοιεν τὰς σταχυας, ἀποδεῖν τὰ στόματα ὀπὶ τ [k] ἄλωνος. ὰ γὰ εἶναι δίκαιον εἴργειν τὰς συνεργασμένας τᾶ καρπᾶ, κὴ πρὸ τλὼ γεύεσιν αὐτᾶ ποιήσαντας. [l] μηδὲ ὁπώρας ἀκμαζούσης κωλύειν ἅπτεσθαι τὰς ὁδῷ βαδίζουσας· ἀλλ' ὡς ἐξ οἰκείων αὐτοῖς ὀπιτρέπειν [m] ἐμπίπλασθαι, κὰν ἐγχώριοι τυγχάνωσι κὰν ξένοι, χαίρουσιν ὀπὶ τῷ [n] παρέχειν αὐτοῖς τῶν ὡραίων μεταλαμβάνειν. [o] ὀπιφέρεσθαι δ' αὐτοῖς μηδὲν ἐξέστω. μηδὲ τρυγῶντες [p] ὧν εἰς τὰς λοιπὰς κομίζουσιν εἰρήκασιν τὰς ὑπαυλιάζουσας [q] ἐπιθύειν. ἄδικον γὰ ἀγαθῶν, ἃ κῆ βούλησιν Θεᾶ [r] παρῆλθον εἰς τ βίον, φθονεῖν τοῖς ὀπιδεομένοις τούτων. [s] Πα-

quæ non ſint generis ejuſdem. nam ex eo metus, ne cognatorum dehoneſtamentum etiam ad homines uſque tranſeat, ſumpto ante principio ab iis quæ levia habentur & parva. Oportet autem nihil ejuſmodi eſſe conceſſum, ex quo aliqua rerum in republica mutatio conſequatur imitatione expreſſa. quapropter & leges vulgaria non negligunt, ſcientes providendum eſſe ut nihil in eis poſſit reprehendi.

21. *Metentes autem & demeſſa colligentes ne ſpicilegium faciant: ſed & nonnullos victu egentibus relinquant manipulos, ut qui inſperato proſint & ad alimoniam inveniantur. Similiter etiam de vindemia pauperibus relinquantur racemuli; & olearum frugum nonnihil prætermittatur, ut ab iis colligatur qui de ſuis quæ percipiant non habent. non enim ex accurata in iis colligendis diligentia tantum commodi paritur dominis; quantum gratiæ, *modo hoc non fiat*, ex egentibus veniet: & Deus terram ad fructus alendos alacriorem efficiet, ſi non ſuæ *tantum* utilitati proſpexerint, ſed etiam alimenti aliorum rationem habuerint. Neque boum in area triturantium ora obligentur. non enim æquum eſt eos à fructu arcere qui una laborarunt, ejuſque in procreationem ſeſe delaſſarunt. Neque viatores fructus maturos guſtare prohibeantur, ſed permittatur eis tanquam ſuis expleri, ſive indigenæ ſint ſive peregrini; gaudentes quod illis concedere poſſint de fructibus maturis participare. nihil autem eis liceat aſportare. Neque vindemiantes obvios iis veſci prohibeant, quæ in torcularia deferunt. iniquum eſt enim bona, quæ ex voluntate Dei ad victum provenerunt, iis invidere, qui frui deſiderant eorum tem-

Spicas & manipulos facta meſſe forte relictos, ut & vineæ olivetique reliquias, quas decidua, pauperibus cedere. Deut. 24.

Boum ſplecas terentium ora non ligandа. Deut. 25. 1 Cor. 9.

Viatores à fructibus guſtandis non arcendi. Deut. 23.

a Ἀνθρώπων] *Al.* ἀνθρωπείων & ἀνθρωπίνων.

b Ἀλλ' ὡς] Excuſum bis fuit ἀλλ' ὡς ὁ πρὶ τ τυχόντων μέλει. *Big.* & *Epiph.* ἀλλ' ὡς ὅτε πρὶ τ τυχ. ἀμελεῖται. *Samb.* ἀλλ' ὡς ὅτε πρὶ τ τυχ. ἀμελεῖται. Vel leges ἀλλ' ὡς οὗ πρὶ τ τ. μέλῃ. BERN. Ita *Big.* & *Epiphan.* nec aliter *Samb.* & *Vat.* niſi quod in uno ὅτε reperiatur pro ὁ, & in altero ὁδὶ. excuſum bis fuit, ἀλλ' ὡς ὁ πρὶ τ τυχόντων μέλῃ τοῖς ν. Eſt qui conjicit, ἀλλ' ὡς ὧν πρὶ τ τυχόντων μ.λῃ τοῖς ν.

3. *Bovem cornibus petentem*] *Bos qui hominem ingenuum in area cornu confixerit, confestim lapidetur, & ab esu hominum rejiciatur.* ὅτι πρόφασιν τροφῆς ἀνθρώπου γενέσθαι τὸ θρέμμα ἄνθρωπον, οὐκ ὅσιον, *argumento Philonis. Vel in damnum majus possessoris negligentis, explicante* More l. 3. c. 40. *Pereat & dominus, qui bestiam petulcam sciens monitusque non continuerit. Aut ex æquissimo Legislatorum, pro capite libero solvat arbitrio Judicum,* סנהדרין של ישראל *Jonathani, Exodi c.* 21. 30. *Tali tamen caput nunquam valebat minus siclis sexaginta. Idem jus repetit & Philosophus Alexandrinus*, ὁ μὲ ἀναπείρων αὐλικα θηρίων· ὁ δ' κύριος προσαναγείθω, ἢ λύτρα καὶ σῶσαι καθηκέτω. τὸ δ' δικαιότερον, ὅτι χρὴ παθεῖν ἃ ἀπέκτεινε, διαγνώσεται. *Servum vero servamque, quippe de pauperie Chananei Ethnicive minus curant Synedria Judaica, si notæ feritatis taurus confoderit, obruatur ipse; atque insuper exstincti servi pretium, siclos triginta, hero pendat dominus cornupetæ non bonus. Quotties denique bos bovem alterius trucidaverit, amborum pretia æque inter se domini partiunto, Exodi c.* 21. 28, *&c. & jure Noachico Gen. c.* 9. 10. *Pariter Proceres fori Romani* ad legem Corneliam de Sicariis l. 15. & *ad Aquiliam l.* 51. & *maxime initio l.* 9. Π. & *Comp. Harmenopuli l.* 6. *tit.* 1. Si quadrupes pauperiem, *quæ est damnum grave*, fecisse dicetur, &c. *phrasi* XII. *Tabularum, & sententia Solonis sapientissimi viri. Verum* de damnis sine injuria facientis datis, *accuratione severa & Pharisæa agitur Masicta* Baba cama, *capitibus* 1, 2, 3, 4, 5. & *in Gemaris adjectis: indeque Maimonidis in* Iad l. ἐπὶ ζημιῶν, *magna copia sententiarum.* BERN.

t Ἐφ' ἅλῳ] Margo cod. *Sambucani* ἐπὶ ἅλων. Hoc omisit cura *Epiphanii.* BERN.

v Ελεί[χεται]] Ελέ[γχη] *Big. Samb. & Vat.*

x Θνησκέτω·] Αποθνησκέτω *Big. & Samb.*

y Ανῃρημένῳ] *Samb.* antique ἀνιρημένῳ BERN.

4. *Quod si bos ita*] Bos autem si à bove percussus &c. in *Vet. Interpr.* ac si pro ὕπο legisset ὑπὸ βοός.

z Οἱ φρέαρ] Οἱ ὃ φρέαρ *Big. & Samb.*

5. *Qui puteum aut lacum demiserint*,] Pretium pecoris lacu aut puteo inoperto extincti dissolvat is qui foderit: dummodo foveam extra atrium suum in itineribus fecerit, בשוקא או בשורות הרבים, *quod aiunt Jonathan interpres & Judas Antecessor Judaicus; necnon ævo eodem inter prudentes Romulidas clarissimus Paulus D. ad Aquiliam l.* 28. *Consule tamen ipse Divinum Moysen Exodi c.* 21. 33. & *Deuteronomii Pharisaici* Baba cama c 1, 5, 6, & *Moysen Maimonis c.* 12. de Damnis; *Philonem denique Judæorum facundissimum p.* 800. *ubi ex Lege Sacra dat putei fossorem quadrupede illo mortuo, conditionemque injicit supradictam*, qua pluribus iturs: ἐὰν τις τ ὁδῷ παρείπων μὴ προκαθόρμῳ. *Josephus utraque conditione caret ex compendio.* BERN.

a Εἰ δ' ἄν] Οὗ δ' ἂν τις *Idem.*

b Στέγεζιν,] Τέγιζιν *Vat.*

c Αποκυλισθήναι] Αποκλεισθήναι *Vat.*

d Αποβάλλειν.] Αποβαλεῖν *Big.* (*Voss. Coll.*) & *Samb.*

6. *Depositum qui accepit*,] *Depositum bona fide servanto coram Deo conscio: vel absque aliquo usu suo notitiave perditum dejeranto apud Septemviros: alioquin integrum creditori redhibento. Exodi c.* 22. 7. *Lev. c.* 6. 1. & *c.* 19. 11. & *Pharisæi curate ac feliciter Masicta* Sebuot c. 5, 6, 7. & Baba Cama c. 9. & *Babylonii* Cama f. 63, 70, 76, 93, 106, 107. Sebuot f. 39. Cidduſim f. 11, & 42. Synhedrin f. 2, 3. & Mesia f. 41, 44, 47. & *Maimonides titulo* שאלה ופקדון גזלה c. 7. & 8. & *tit.* גזלה ואבדה *f.* 666. & *Hilcot* Sebuot f. 394. *&c. Dixi definito* apud Septemviros. *Ita enim federat* Synhedrium minus *ævo Josephi. Moyses quidem simpliciter jussit ire illos* אל האלהים, *quod est*, לקרם ריניא ad Forum Hebraicum, *Onceloso & mille aliis Judæis; idemque* الي حاكم الله ad Judicem Sacrum *Samaritis innumeris. Alexandrini vero haud bene, haud distincte verterunt in Græcum* ἐνώπιον θεοῦ. *Adhoc, Mercedem operario die sua dabis, ni iratum Numen temseris. Deut. c.* 24. 14. *Lev. c.* 19. 13. & *Tobiæ c.* 4. 14. *Item Deuterotarum* Lev. 6.

mo doloſe *aliquid* componat ad eum, qui depoſuit, fraudandum, neque vir, neque mulier, etiamſi auri vim immenſam lucraturus ſit, fretus ſecuritate quod nullus ſit qui redarguat. nam omnino quidem convenit, unumquemque bene facere, animum ſuum ſibi conſcium eſſe credentem (& quiſque ſibi locuples teſtis ea agere ſtudeat quæ ei ab aliis laudem pariant) & maxime Deum, quem nemo malus latet. Quod ſi depoſitarius, nihil dolo malo agens, *depoſitum* perdiderit, ſeptem judices adeat, Deumque juret nihil ſua voluntata & vitio perditum eſſe, neque ſe ulla parte ejus uſum eſſe: atque ita innocens abeat. Quod ſi vel minima parte creditorum uſus forte perdiderit, ad reliqua omnia quæ accepit redhibenda damnetur. Similiter etiam ac in depoſitis, ſi quis mercedem eorum retinuerit qui corporibus ſuis operantur, meminerit *oportet* hominis pauperis mercedem non eſſe retinendam, hoc ipſum cogitando, quod eam Deus illi præbuerit pro terris ac aliis poſſeſſionibus. Quin & nihil ſolutionem differat, ſed eodem die ſolvat: tanquam Deo nolente ut operarius *quam minimum* careat laboris ſui fructu.

Operarios non fraudandos, ſed mercedem ſtatim ſolvendam. Lev. 19. Deut. 24.

Cauſa patrum liberos non puniendos, aut è contra. Deut. c. 23. 24. &c. Philo, p. 857.

39. [1] Nati propter patrum culpam ne puniantur; ſed propter ſuam ipſorum virtutem miſericordia potius digni habeantur, quod ex improbis geniti fuerint parentibus, quam odio, quod vitioſis ſati. Neque vero filiorum peccatum patribus eſt imputandum: cum adoleſcentes diſcendi faſtidio multa præter noſtram doctrinam ſibi permittant.

Spadonum congreſſus & caſtratio omnigena prohibita. Lev. c. 22. & Deut. 27.

40. [2] Spadones abhorreantur, & eorum fugia-

tarum Baba meſia c. 9. §. 11, 12. & Iad c. 11. περὶ μισθώτου. BERN.

e Συνθείη] Θεσπιθείη *Samb. Busb.* (*Coll. Voſſ.*) *Hen.* & *Vat.*

f Ἐξελέγχουσα.] Ἐξελέγξουσα *Vat.*

g Καὶ μαζὶς] *Big. Samb.* & *Epiph.* ᾧ μάρτυρα δρκώμενον αὐτῷ πάντα ποιεῖν, ἀ παρ' ἄλλου ἔπαινον. Alterum forte concinnius. BERN. Verba iſta ᾧ μάρτυρι δρκώμενος &c. parentheſi (quod fecimus) includenda, niſi cum *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* legamus, ᾧ μάρτυρα δρκώμενον αὐτῷ πάντα ποιεῖν &c. aut dicamus poſt τὸν Θεὸν vocem aliquam (quæ forſan exciderit) ſupplendam eſſe: *ſc.* vel ἀποδλέπων ex *Vet. Interpr.* qui habet *& maxime reſpicientem ad Deum*, vel φοδούμενος cum *Caſtalione.*

h Ἐπὶ κρίσεις] De quibus pluribus agit *Seldenus* de *Synedriis Vett. Hebr.* l. 2. c. 6. §. 4. HUDS. An ἐκεῖ; ſed & ſupra meminit τῶν ἐπὶ. REL.

i Ὀμνύτω τὸν Θεὸν,] Ὀμνύτω *Hen.* & *Busb.*

k Μηδὲν δόλῳ] *Al.* μηδὲ. & mox αὐτῷ & ἑαυτῷ.

l Ἀναπαύεσθαι ἀπέιτω.] Ἀναπαύεσθαι ἀπέιτω *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ἀναίτιον ἀπέιτω *Busb.* & *Hen.*

m Χρησάμενος] Χρησάμενος ᾖ, κἂν ἐλάχιστον μέρος τῶν &c. *Vat.*

n Ἀπολείας] Lege ἰὼν α. τ. COCC.

o Πάντ' ὂν] Πάντα δὲ ἓλ. *Big. Samb.* & *Vat.*

p Κἂν μισθόν] Κἀμισθόν τις *Samb.*

q Μεμνῆσθω] Μισήσθω ὅθεν οὐκ ἀπίσεις. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* atque ita *Epiphan.* qui vertit *habeatur odibilis* (merito inquit *Bern.*) BERN. & HUDS.

r Μηδὲν ἀναδάλλεσθαι] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Busb.* μηδὲ ἀναδάλλεσθαι *Hen.* & *Vat.* in *Editis* μηδὲν ἀναδαλέσθω.

s Ὡς ὁ βουλόμενος] Ὡς μὴ β. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.*

1. *Nati propter patrum culpam ne puniantur;*] *Cauſa parentum liberi ne puniantur, neve iſti natorum culpa. In ſuppliciis quidem capitalibus id prohibet optimus Legiſlator, Deut. c. 24. 16. Suſtinent tamen jura moſque Gentium, maxime Aſianarum. Quinetiam Doctores Babylonii titulis* Synhedrin f. 27, 28. Cama f. 88, & 79. & Beracot f. 7. & *Interpres Legis Jonathan, multique recentioris ſeculi Rabini, decus præſertim Maimonis c.* 13. Edut περὶ μαρτυρίων, *Moſaicum* לא בנים *duobus exponunt modis:* Crimine filiorum, aut horum quidem teſtimonio, capite ne plectunto parentes. "לא יתקטלון אבהן לא בסהדורת ולא בחובי בנין וגו: *aut verbis piis & præclaris Talmudi,* "לא יומתו אבות על בנים נגו" חל, בעון בנים ובנים בעון אבות אלא כשאוחזין משרת אבותיהן בידיהן ולא יומתו אבות בעורת בנים ובנים בעורת אבות. *Tantidem forte innuit Onceloſus, aut aliquid ſimplex locutione iſthac* בפום בנים. *Denique in veteri Commentario* Siphre f. 52. a. *paulo laxius patet* לא בנים, per liberos ſuos neci ne danto parentes על ידי בנים; *aut potius* בערותם של בנים, filiorum, nepotum, adfiniumque ſuorum teſtimonio genitor non perit. *Haud aliter equitatis Romanæ lima Julius Paulus*, Receptarum Sententiarum libro 5. *necnon p.* 154. Collationis Rufinianæ: Adverſus ſe invicem parentes & liberi, itemque liberti, nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt; quia rei veræ teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit. *Ne jam porro neceſſe ſit ad* Legem

σερῆσαι [e] σωφρονεῖν τὸν πεπιςευκότα, μήτε ἀνὴρ μήτε γυνὴ, μηδ' εἰ χρυσοῦν ἄπρον μέλλοι κερδαίνειν, καταφρονῶν τῶν μηδένα εἶναι τὸν [f] ἐξελέγχουσα. καθ' ὅλα μὲν γὰρ τὸ σωφρονεῖν ὀφειλόμενον τὸ αὐτὸ ἀσφαλὲς ἕκαστον εὖ πράττειν· [g] καὶ μάρτυς δρκώμενος αὐτῷ πάντα ποιείτω ἃ παρ' ἄλλων ἔπαινον αὐτῷ παρέξει· μάλιστα δὲ τὸν Θεὸν, ὃν οὐδεὶς πονηρὸς ὢν λανθάνει. εἰ δὲ μηδὲν ὄφελος ὁρῶν ὁ πιςευθεὶς ἀπολέσειεν, ἀφικόμενος ἐπὶ τὰς [h] ἑπτὰ κρίσεις [i] ὀμνύτω τὸν Θεὸν, ὅτι [k] μηδὲν δόλῳ τὸν αὐτοῦ βούλησιν ἀπόλοιτο καὶ κακίαν, οὐδὲ χρησαμένου τινὶ μέρει αὐτῆς· καὶ ὅτως [l] ἀναπαυέσθω ἀπείτω. [m] χρησάμενος δὲ καὶ ἐλαχίστῳ μέρει τῶν πεπιςευμένων [n] ἀπολέσας τύχῃ, τὰ λοιπὰ [o] πάντ' οὖν ἃ ἔλαβεν ἀποδοῦναι κατεγνώσθω. ὁμοίως δὲ τοῖς ἐπὶ μεμαθηκόσιν, [p] κἂν μισθόν τις ἀποστερήσῃ τῶν ἐπὶ σώμασι τοῖς αὐτῶν ἐργαζομένων· [q] μεμνήσθω ὅτι σὸν ἀποστερητέον ἀνδρὸς πένητος μισθὸν, εἰδότας ὡς ἀντὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων ὁ Θεὸς αὐτοῖς τοῦτον εἴη παρεσχηκώς. ἀλλὰ [r] μηδὲν ἀναδάλλεσθαι τὴν ἀπόδοσιν, ἀλλ' αὐθημερὸν ἐκτίνειν· [s] ὡς ὁ βουλόμενος θεοῦ τὸν ἐξ ὧν πεπόνηκε χρήσεως ὑστερεῖν τὸν εἰργασμένον.

λθ'. Παῖδας τῶν ἀνοσίων πατέρων μὴ κολάζειν· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνων αὐτῶν ἀρετὴν, οἰκτρὸν μᾶλλον ἀξιοῦν ὅτι μοχθηρῶν ἐγένοντο πατέρων, ἢ μίσους [t] φύντας ἐκ φαύλων. δόξει μὲν πατράσιν ὑμῶν ἁμαρτίαν λογίσεσθαι· τῶν νέων πολλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν [u] αὐτοῖς ἐπιτρεπόντων, ὑπερηφανίᾳ καὶ διδάσκεσθαι.

μ'. [x] Γάλλους ἐκτρέπεσθαι, καὶ σώφρονα φόβητρον [y] τὴν μετ'

Juliam *provocare in re communi mortalium.*

t Φύντας] Φύτις *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Epiphan.*

u Αὐτοῖς ἐπιτρεπόντων,] Ἑαυτοῖς *Big.* & *Samb.*

x Γάλλους] *Miſer interpres, dum omnino neſciret quid rerum eſſent γάλλοι, arripere maluit,* & διδάσκεσθαι ἄλλοις (*vel* καλὰ) ἐκτρεπόντων, καὶ σώφρονα φεύγειν &c. *atque ad filiorum adeo arrogantiam transferre, quæ de ſpadonibus jure merito dicebantur. Vertit enim*, nolentes quæ ſunt utilia doceri, & cultum (*ita MSS. cuncta, præter* Lipſ. *editaque, exceptis* Col. & Frob.) fugere, per quem una ſecum & maſculi virtutem, & fructum filiorum procreationis amittunt. BERN.

2. *Spadones abhorreantur,*] *Deut. c.* 23. 1. *Eunuchorum,* τῶν γάλλων, *aut Moyſi & Eſaiæ poſt Aſſyrios ſæculum, ſit* Ολαδίας ἤτοι עצוץ רכא, *ſit* כרות שפכה ומעוך אכא, *vel ſit* خصي אכמיאס, *aut monſtri cuicui conſortium & connubium omnino deteſtantor, tanquam genus mollius quam viri; atque adeo* Eccleſia Domini קהל יהוה, *i. e. cum munere publico, tum præſertim thalamis Hebræis indignum prorſus & exciſum. Ita Joſephus Moyſen ſuum interpretatur: ita Scholæ Phariſæorum Maſicta* סנהדרין *c.* 1. & *ibidem Commentatores Solymitani f.* 9. *b. Babyloniique f.* 75, 76, 79. & *prater ipſos Obadias Moyſeſque Scholaſtæ. Hic etiam fuſius magno Opere c.* 16. יסורי תורה, *aut ſtrictius p.* 507. More. *Hac etiam de cauſa monet Commentarius antiquus* Siphra *venire apud Hebræos quatuor* קהילות ἐκκλησίας τῶν κυρίων *ex opinione Judæ Principis, aut tres exclusis proſelytis, ut Sapientes cæteri profitentur, Sacerdotum, Levitarum, & Laicorum. Perite itaque Uzielides* Παραφρ. *Deut. c.* 23. 1. לא ירכי רמסרס ורפסין גירה לכסב איתא מקהל עמא דיי, Proſanior equidem eſt ſpado, nervo quiſquis vaſiſve mancus, quam ex populo Dei nurum ullam ducere liceat. *Addit inſuper Flavius ex Lev. c.* 22. 24. Hominum quempiam pecudumque caſtrare ne audento. Θλαδίας מיעך, *ait Legiſlator,* ᾧ ἐκτεθλιμμένοι κατωρ, ᾧ ἐκθεμίαι נתוק, ᾧ ἀπεσπασμένον ὁ σφάξετε τῷ κυρίῳ, ᾧ ἐπὶ τῆς γῆς ὑμῶν ὁ ποιήσεις, כארצכם; לא תעשו quod *eſt*, בארעכו לא תפרזין, neque execabitis ullum animal, ſive commune ſive devotum, *ut docent Jonathan Paraphraſtes, & celebris Anteceſſor Benzomas in* Chagiga f. 14. b. & Sabbat f. 3. *Maimonideſque* de Congreſſu illicito c. 16. §. 9. *Gallis adeo parcit jus Judaicum, & mutilari unquam vigore ipſos vetat. Philo equidem & Theologi noſtri aliter capiunt verba Legis veteris,* τὸ Θλαδίαν ᾧ ἀπεκομμένον ἐκκλησιάζειν εἰρξεν ὁ νόμος *Lev. c.* 22. 24. *ſive* εἰρχὰς ἐκκλησίας ἀπελήλακε: *quod tamen in Republ. Hebraica minime conſtat. Iterum vero idem inculcat Sophiſta Judaicus p.* 857. ὥσπερεἰς τὰς ἀναξίους ἱερᾶ συνόδου, τὰς τὸ φύσεως νόμισμα παραπλήσιος ἀνδρογυνίας· Θλαδίας τι ᾧ ἀπεκομμένους τὰ γυναικεῖα ἐλαύνῃ, &c. *ſtatimque ille amore nimio Platonis,* τὰς ᾧ ἀσωμάτους ἰδέας ἀναιρεῖσθαι, τόπος γὰρ ὅστος εἴ τις ἄλλος ἐπιδέχεται ἀλήθειαν, αἱ ἱεραὶ τῶν νόμων κῆλαι μιμοῦνται Θλαδίας· ᾧ τὰς κατὰ τὸ παιδικὸς ἀθέσεις ὑφαιρεῖ, ὄνομα αὐτοῖς οἰκεῖον τὸ ἀπόκοπον ἐθείσθη. *De legibus Romanis nunc abſtineo dicere. Patent enim harum Pandectæ, ſatiſque quod puto adfligunt Caſtratores & Caſtratos.* BERN.

y Τὴν μετ' αὐτῶν,] Τὴν μετ' αὐτῶν ἀφελομένην αὐτὰς *Vat.* τὴν μὴ τῶν ἀφελομένην αὐτὰς *Hen.* & *Busb.* ſtatim ἄρσεν Iidem.

μετ' αὐτῶν, ἀφελομένους αὐτοὺς τὸ ἄρρεν & τὸ τῆς παιδοποιίας καρπόν· ὃν ἀνθρώποις ἐπ' αὐξήσει τοῦ γένους [z] ἡμῶν ὁ Θεὸς παρέσχεν. ἐλαύνειν γὰρ ἔοικε τοὺς ἐκγόνους σφαγῆς καὶ πρὸ τούτων ἀπολλύντας τὸ ἐκείνων [a] αἴτιον· δῆλον γὰρ ὡς, τῆς ψυχῆς αὐτοῖς πεπηλυσμένης, [b] μεταβεβλήσθαι πρὸς τοῦτο καὶ τὸ σῶμα· ὁμοίως γὰρ καὶ πᾶν τὸ νομιζόμενον τέρας τοῖς ὁρῶσι. μὴ ἐξεῖναι γὰρ ποιεῖν ἐκτομίας, μήτε ἀνθρώπους, μήτε τῶν ἄλλων ζώων.

μά'. Αὕτη μὲν οὖν ὑμῖν εἰρηνικὴ τῶν νόμων καὶ τοῦ πολιτείαν διάταξις ἔστω, καὶ ὁ Θεὸς ὑμενὴς ἀσεισίαστον αὐτῆς τὸν κόσμον παρέξεται· χρόνῳ δὲ μηδεὶς, ὃς [c] καινίσει τι τούτων καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον [d] μεταβάλλοι. ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη τὸ [e] ἀνθρώπινον καὶ εἰς ἀβουλήτους ἢ κατ' αἵρεσιν παραχὰς καὶ κινδύνους ἐμπεσεῖν, φέρε καὶ πρὸ τούτων [f] βραχέα προδιατάξωμεν· ὡς ἂν προειδότες ἃ χρὴ ποιεῖν, ἐν τῇ χρείᾳ τῶν [g] σωτηρίων ὑπάρῃτε, καὶ μὴ τότε ἃ δεῖ ποιεῖν ὑπερβαλλόντως, [h] ἀπαρασκεύαστοι [i] τοῖς καιροῖς [k] παραπίπτητε. γλῶ, λῶ ὑμῖν ὁ Θεὸς ἔδωκε πόνων καταφρονοῦσι καὶ ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν [l] ἠσκημένοις, [m] πόλεμον νέμοιτε, κεκλημένοι αὐτὸν, μήτε ἀλλοτρίων εἰς αὐτὸν ὑπὸ κακοῦ φρατδοσύνης, μήτε φύσεως ἐμφυλίᾳ καταχύσης ὑμᾶς· ὑφ' οἷς πάντα πατρώοις τοῖς ἑαυτῶν πρόπτοντες ἀπολεῖτε τὰ ἐκείνοις νομισθέντα· χρώμενοί τε νόμοις, οὓς ἀγαθοὺς δοκιμάσας ὁ Θεὸς παραδίδωσι, διατελοίητε. ἔργον δὲ [n] ὅ, τι ἂν πολεμικὸν, ἢ νεῶν. ὑφ' ὑμῶν ἢ ὕστερον ὑπὸ παίδων ὑμετέρων, γένηται, [o] τοῦθ' ὑπερόριον πραχθείη. μέλλοντας δὲ πολεμεῖν, [p] πρεσβείας καὶ κήρυκας πέμπειν παρὰ τοὺς [q] ἑκουσίους πολεμίους. πρὸ γὰρ τοῦ ὅπλων καλὸν εἶναι χρῆσθαι λόγοις πρὸς αὐτοὺς, δηλοῦντας ὅτι καὶ χεῖρα πολλὴν ἔχοντες, καὶ ἵππους, καὶ ὅπλα, καὶ πρὸ τούτων ὑμνητὸν τὸν Θεὸν καὶ σύμμαχον, ὅμως [r] ἀξιοῦτε μὴ ἀναγκάζεσθαι πολεμεῖν [s] αὐτοῖς, μηδὲ τὰ ἐκείνων ἀφαιρεμένους ἀβούλητον αὐτοῖς κέρδος προσλαμβάνειν. καὶ πεισθέντων μὲν, καλῶς ὑμᾶς ἔχειν τῇ εἰρήνῃ [t] φυλάττεσθαι. [v] εἰ δὲ φρονοῦντες ἐφ' ἑαυτοῖς ὡς ἰσχύι διαφέρουσιν, ἀδικεῖν

tur congreſſio; quibus erepta ſit virilitas, & generationis fructus, quem Deus hominibus ad generis noſtri incrementum tribuit. Abigantur autem tanquam qui liberos peremerint, & antequam ſint id ſuſtulerint quod cauſa eorum fuiſſet (perſpicuum enim eſt, eos, cum effeminata ſit ipſorum anima, in idem etiam corpore mutatos eſſe) itidem etiam quicquid aſpicientibus putatur monſtrum. neque homines caſtrare liceat, neque alia animalia.

41. [1] Et hæc quidem vobis ſit pacifica legum reipublicæ conſtitutio, & Deus propitius honeſtatem ejus à ſeditionibus imperturbatam conſervabit: abſit autem ut ullum veniat tempus, quod horum aliquid innovet & in contrarium mutet. Sed quoniam neceſſe eſt hominum genus, vel invito vel ſua ſponte, in turbas etiam & pericula incidere, age pauca etiam de his præterea ordinemus: ut quæ facienda ſint prævidentes, ſalutaria, cum opus erit, habeatis; neque tunc requirentes quæ facere oporteat, imparati [2] in tempora *funeſta* incurratis. Faxit Deus, ut terram, quam vobis dedit labores contemnentibus, animoſque ad virtutem exercitatos habentibus, in pace ac tranquillitate colatis, poſſidentes eam ſine perniciosis externorum incurſionibus, & abſque civili vos exagitante ſeditione, (per quam ſi patribus veſtris contraria faciatis, inſtituta illorum perdetis) utque legibus uti pergatis, quas Deus *ut* bonas *numine ſuo* comprobatas tradit. [3] Si vero res bellica quæcunque acciderit, aut nunc veſtro ævo aut poſtea apud ſeros nepotes, *utinam* hæc extra *terræ veſtræ* limites geratur. Cæterum bellum geſturi, legationes mittite & præcones ad hoſtes voluntarios. decet enim, *antequam* arma *inferantur*, verbis ad eos uti, declarando, vos, quamvis & exercitum magnum habeatis, & equos & arma, & ante hæc Deum popitium & auxiliarem, nolle tamen cogi bellum cum eis gerere, neque facultates illorum auferentes lucrum ipſis inviſum comparare. Ac ſi quidem obtemperaverint, decet vos pacem ſervare: ſin vero ſibimet *nimium* fidentes, ac ſi viribus præpollerent,

Legem Moyſis ἀτελεύτητον perpetuamque animo vano credit Joſephus, ſicuti & cætera Judæorum calamitas.

Leges Belli. Deut. c. 24.

Præcones mittendi.

z Ἡμῶν ὁ Θεὸς] Ἡμῖν *Vat.*

a Αἴτιον·] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *Editis* ἀναίτιον, forte pro ἀν αἴτιον. quam lectionem ſequendo ita *Gelenius* interpretatur, *ſed multo ante propriam innocentiam ac puritatem perdidit.* HUDS. *Quod inſons eſt.* Fuit quum legerem ἄναιτιον, ut ſenſus ſit, debere illos haberi pro homicidis, qui quidem filios ipſos non occidunt, ſed ἀντὶ τούτων, filiorum loco τὸ ἀναίτιον αἴτιον quod filiorum cauſa eſt. In alia longe diverſa vagatur interpres Latinus. Poteſt tamen ſervari lectio ἀναίτιον, & ſenſus eſſe, *quod ipſorum cauſa non eſt*, id eſt, partem quæ filios non producit i. e. genitalia tollunt, quæ filios producere potuiſſent: nunc cauſa filiorum eſſe nequeunt, quia avulſa. In cod. MSto eſt ἄναιτιον, quod ſuſpicionem priorem confirmat. REL.

b Μετενεμίσαντο] Μετενεσμήσαντο *Big.* & *Samb.* μετενεσμίσαντο *Vat.*

1. *Et hæc quidem vobis ſit pacifica*] *Lex Moyſis* ἀτελεύτητον *perpetuaque. Sic ait bis terque Flavius; ſic animo vano credit hæreſis tota Judæorum, Templo licet diruto, omnique Moyſis ſupellectile jam penitus exciſa. Verum hic Archæologus, Deut. c. 27. v. ult. quo jam reſpexit, invenisse videtur abſolute* ארר כל דברי התורה הזאת, *cum* LXXII. *Alexandrinis, & Divino Paulo, & cum Doctoribus Sicimeis; quorum exemplaria oſtentant* καὶ δίδερη, *teſtibus B. Hieronymo, Procopio Gazæ, noſtriſque tandem oculis. Imo, quod mireris, Leviticon magnum f.* 193. 3. *Tanchumas Juriſconſultus in Talm. Jeroſ. Sotæ f.* 21. *d. pleniſſime citant hunc verſum* מכיון דכתיב בסוף אמן כמי שכללו רבר אחר כתיב אשר אשר לא יקים את כל דברי התורה הזאת. *Idem denique confirmatur Lege ipſa Deut. c.* 11. 32. BERN.

c Καινίσει τι] Κενίσῃ *Baſ.* in *cæteris* καινίσῃ, vel καινίσει.

d Μεταβάλλοι] Μεταβαλεῖ *Big.* & *Samb.* & mox ἐπειδὴ.

e Ἀνθρώπινον] Ἀνθρώπειον *Vat.*

f Τούτων βραχέα] Τοῦτο *Big. Vat.* & *Samb.* à manu ſecunda.

g Σωτηρίων ἀπορῆτε,] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* in *Editis*, *Aliiſque* σωτηρίων ἀπορεῖτε.

2. *In tempora* funeſta *incurratis.*] *Temporibus ſuccumbatis* vertit *Epiphan.*

h Ἀπαρασκεύαστοι] Sic *Vat.* in *reliquis* ἀπαρασκεύαστοι.

i Τοῖς καιροῖς] Forſan τοῖς κακοῖς.

k Παραπίπτητε.] Παραπίπτητε, ἀλλὰ γλῶ &c. legit *Caſtalio.*

l Ἠσκημένοις,] Οὐκ ἠσκημένοις vel ἀνασκήτοις legerat *Epiphan.*

m Πόλεμον νέμοιτε,] Πόλεμον μὲ νέμοιεν ἐφέροντο κεκτημένοις αὐτὸν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

3. *Si vero res bellica quæcunque acciderit,*] *Hactenus opera pacis, & populi felicis tranquillique officia. Sequitur de jure belli. Quoties hoſtium aliquis ſpretis legationibus contra Hebræos bellum admoverit, ducem creanto, præſtat enim unus, Deo imperatori ſoli ſecundum. Dein conſcribitor in militiam virtute animi & corporis præſtantior pars populi, exceptis ædium, vinearum, nuptarumque novarum dominis. Annum autem quietum & imbellem expoſcebant ex vetuſtiſſima traditione* (*quam commemorant Phariſæi Maſicla* Sota c. 8. §. 8. *& Talm. Jeroſ. ibidem, atque demum Maimonides* Melacim c. 7. *confirmat vero hoc loco Mattathiades*) dedicatio חנוכה, *quæ eſt inhabitatio domus recentis, & vineæ vel arboreti quinquennalis* ἀνακαίνωσις חלול *ſive uſus: item gaudia neogamorum id ſpatium vel juſſu Moyſis Deut. c.* 24. 5. *Unde etiam pro lare & hortis arguebant vetuſtiſſimi Explanatores Divinæ Legis f.* 51. *d.* נקי לביתו זה ביתו יהיה זה כרמו בנה בירת וחנכו ולא שהא בתוכו יב" חרש. נטע כרם וחיללו ולא שהא בת כו יב" חרש, *quod eſt verbis ipſis Flavii,* τὰς τε νεωστὶ δεμαμένους οἰκίας ἔᾳ, οἷς ὅπως χρῆσθαι δύναιντο αὐτῶν ἐπιαύσιος &c. *Conſules, credo, in hac licentia Divinum Moyſen, Deut. c.* 20. & *Moyſen minorem c.* 5, 6, 7. χρὴ βασιλέων, *præſertim ex* Sotæ c. 8. & *T. Jeroſ. f.* 22. & *T. Babyl. f.* 42, 43, 44. *atque ex* Siphre f. 47, 49. b. *Philonem etiam Alexandriæ p.* 739. *ubi cauſas iſtius indulgentiæ exponit. Alteram quidem,* ἵν' ἐπειδὰν τῆς πολιτικῆς ἄδηλα, μὴ τὰ τῆς ποιητικῆς ἀταλαιπώρως ἄγοι λαμβάνωσι: *alteram vero,* ἵνα μὴ σώματι στρατεύόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ὑστερίζωσιν. BERN.

n Ὅ, τι ἂν] Ita, vel ὅτε ſcribendum cenſeo, pro vulgato ὅτι.

o Τοῦθ' ὑπερόριον] Ita *Samb.* cum *Vet. Interpr.* ליה ליה עבר *Baſ.* & *Vat.* ליה ליה עבר. *Gen.* unde legendum cenſet *Petitus*, γίνη) ליה ליה עבר, τοῦτο πραχθείη.

p Πρεσβείας] Eo modo *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vet. Interp.* πρεσβείαν *Vat.* πρὸς βίαν perperam in *Editis.*

q Ἑκουσίους πολεμίους.] Ἑκουσίως in quinque *MSS.*

r Ἀξιοῦτε] Ἀξιοῦντας *Busb.* & *Hen.*

s Αὐτοῖς,] *Al.* αἰτοῖς.

t Φυλάττεσθαι] Ita pro φυλάττεσθε in *Editis* emendatum dederunt *Bernardus*, (*Coccejus*) *Burinſque.* in *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* φυλάττῃ.

v Εἰ δὲ φρονοῦντες] Sic in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* (*Coll.*

rent, vos lædere voluerint, exercitum in eos ducite, Deo quidem ſummo imperatore utentes, uno vero præſtanti virtute ſecundarum partium duce creato. nam multorum imperium, præterquam quod iis qui aliquid celeriter agere neceſſe habent impedimento ſit, etiam *eo* utentibus *non raro* obeſſe ſolet. Exercitus autem purus ducatur, delectis corporum robore animique audentia præcellentibus; timidis vero rejectis, ne dum acie decernitur in fugam verſi hoſtibus proſint. Iique qui nuper domos ædificarint, quibus nondum per annum fruiti ſunt; & qui conſeverint, necdum fructus perceperint, domi *manere* ſinantur; necnon ſponſi, & qui nuper uxores duxerint: ne harum rerum deſiderio vitæ parcentes, & ſeipſos ad earum fruitionem ſervantes, ultro ſe male gerant [propter uxores.]

Militum delectus habendus.

Cavendum ne ſævum quicquam aut improbum caſtra polluat. Deut. c. 23. v. 5.

Arbores frugiferæ non exſcindendæ. Deut. c. 20.

42. [i] Caſtris autem poſitis, providete ne quid ſævum & improbum faciatis. Cum vero urbem obſideatis, & ligna ad machinas conficiendas deſideretis, ne terram attondete, arbores mites ac frugiferas ſuccidendo: ſed parcite, eas in hominum utilitatem natas eſſe cogitantes; & ſi vocem haberent, vobiſcum expoſtulaturas eſſe, ſeſe immeritò malo affici, ut quæ belli cauſa non exſtiterint, atque inde migraturæ fuerint & in aliam terram tranſituræ, ſi eis eſſet poteſtas. Cum autem prælio *hoſtes* ſuperaveritis, eos qui in adverſa acie ſteterint interficite, cæteros vero ad tributa vobis pendenda conſervate, gente Chananæorum excepta: hos enim ad internecionem delere oportet.

Lex de ornatu virili muliebrique. Deut. c. 22. v. 5.

43. [2] Cavete autem, maxime in præliis, ne vel

εἰθέλοιεν, στρατὸν ἐπ' αὐτὰς ἀγάγητε, [x] στρατηγῷ μὲν αὐτοκράτορι χρώμενοι τῷ Θεῷ, ὑποστράτηγον δὲ χειροτονήσαντες ἕνα τὸν [y] ἀρετῇ πρεσβεύοντα. πολυαρχία γὰρ, πρὸς τῷ τοῖς ὀξέως τι πράττειν ἀνάγκην ἔχουσιν ἐμπόδιον εἶναι, καὶ βλάπτειν πέφυκε τοὺς χρωμένους. στρατὸν δὲ ἀγαθὸν καθαρὸν, [z] ἐκ παντὸς τοῦ ῥώμῃ [a] σωμάτων καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ [b] διαφερόντων· τοὺς δὲ δειλοὺς [c] ἀποκεκναυσμένους, μὴ τοὺς πολεμίους πρόσω τὸ ἔργον τραπὲν εἰς φυγὴν [d] ὠφελήσῃ. τοὺς τε νεωστὶ δεδαμένους οἰκίας οἷς ἔπω χρόνῳ ἀπολαύσεως αὐτῶν ἐνιαυσίῳ, καὶ φυτεύσαντας ἔτι ὑπὸ καρπῶν μετεσχηκότας ἐᾶν κατ' οἶκον χώραν, καὶ τοὺς [e] μνηστευσαμένους καὶ νεωστὶ γεγαμηκότας· μὴ πάθῳ τούτων φειδόμενοι δὲ ζῆν, καὶ τηροῦντες [f] ἑαυτοὺς εἰς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν, ἐθελοκακήσωσι [g] [περὶ τὰς γυναῖκας.]

μϚ'. [h] Στρατοπεδευόμενοι δὲ προνοεῖτε μή τι τῶν δυσχερεστέρων ἐργάσησθε. πολιορκοῦντας δὲ καὶ ξύλων ἀπρεπῶν εἰς ποίησιν μηχανημάτων, μὴ κείρειν τὴν γῆν ἡμέρα δένδρα κόπτοντας· ἀλλὰ φείδεσθε, λογιζομένους ἐπ' ὠφελείᾳ ταῦτα [i] τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι, καὶ φωνῆς ἂν ἀπορήσαντα δικαιολογήσασθαι πρὸς ὑμᾶς, [k] ὡς οὐδὲν αἰτίαν γεγονότα δεῖν πολέμου πάσχοι κακῶς παθεῖν δίκην, [l] εἰ δυνάμεις αὐτοῖς μὴ καὶ μετοικήσαντα ἂν καὶ πρὸς ἄλλην μεταβάντα γῆν. κρατήσαντες δὲ [m] τῇ μάχῃ, τοὺς ἀντιπαραξαμένους κτείνατε· τοὺς δ' ἄλλους εἰς τὸ τελεῖν ὑμῖν φόρους [n] σώζετε, πλὴν [o] δὲ Χαναναίων ἐθνῶν. τούτους γὰρ πανοικὶ ζῆναι ἀφανίσαι.

μγ'. Φυλάττεσθε δὲ, μάλιστα ἐν τοῖς μάχαις, ὥστε μήτε γυναῖ-

Voſſ. οἱ δὲ) in *Editis* φρονοῦντας ἐφ' ἑ. ὡς ἑ. ἀφίξεσιν· εἰ δ' ἀδικ.

x Στρατηγῷ μὲν αὐτῷ συνῆψεν] Apertè conjunxit & contemplatus ſimul eſt Flavius noſter duo inſignia & nota *Homeri* loca, ex libro ſcilicet Iliad. δ. 84. Ζεὺς, ὃς ἀνυσσήτων ταυίης πολέμοιο τέτυκται). & ibid. l. β. 204. Οὐκ ἀγαθὸν & quæ ſequuntur. HAV.

y Ἀρετῇ πρεσβεύοντα.] Ἐτ' ἀρὲς ἢ *Vat.*

z Ἐκ παντὸς] Καὶ ἐκ. π. legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

a Σωμάτων] Σώματος *Busb. Hen Vat* & *Epiphan.*

b Διαφερόντων] Διαφέροντα legerat *Vet. Interpr.*

c Ἀποκεκναυσμένους,] Ἀποκεκναυσμένους *Samb.* & *Busb. Hen.* & *Vat.* ἀπεκναυσμένους *Big.*

d Ὠφελήσῃ.] Ὠφελήσῃ *Samb.* & *Epiphan.*

e Μνηστευσαμένους] Μνησαμένους *Samb.* & *Hen.* verbo bono ac vetere, ut inquit *Bern.*

f Ἑαυτοὺς] Αὐτοὺς *Samb.* & *Big.*

g Περὶ τὰς γυναῖκας.] Non dubito quin tres illæ voces, quas uncis incluſas dedi, à ſciolo aliquo additæ fuerint, cum eas non agnoſcat *Vetus Interpres.*

h Στρατοπεδευόμενοι] Στρατοπεδευόμενοί τι προνοεῖσθαι *Samb.* & *Big.* ſcrat. ἢ προνοεῖσθε μή τι τῶν δυσχερῶν *Vat.*

1. *Caſtris autem poſitis,*] *Cavento ut caſtra Hebraica ſævum quicquam aut improbum, ne* רבר רין *Deut. c. 23. 9. (ubi leges Uzielidam) unquam polluat. Adeoque arbores mites ac frugiferas, Moyſi* עץ מאכל, *Latinis* poma, *& Scholaſticis Judaicis* עץ לאסרק, *ubi creſcant cunque, ad machinamenta belli ne ſuccidunto. Quid enim mali iſtæ fecerint? Deut. c. 20. 19. Diſce hinc ingenium Moyſis, benignum, ſimplex, omniſque humanitatis theſaurum. Sic profectò fuit Theologorum veterum interpretamentum, Philonis, Joſephi, Onceloſi, Conſtructoris* Siphre f. 47 d. *& Hieronymi noſtri, atque Samaritarum præcipue* اقري انسان سجر الصحرا يدخل بين يديك في الحصن. *Aliter vero Moſaica explicant novi homines. Vide adhuc Maimomidem* de Regibus c. 6. *& Doctores Babylonios allegorias affatim jactantes* Taanit f. 7. Synhedrin f. 100. b. *&* Maccot f. 22. *Pergit autem æquitatis magiſter,* Hoſtium equidem quicquid in acie reperitur, neci dato: cæteros tributarios habento, tam operarum quam opum ſuarum. Chananæi tamen omnino ſunt delendi, *Deut. c. 20. 10, &c. His inſuper addunt patres Phariſæi gentem improbam* Amaleci, *loco octavo. Deſiderantur vero commate 17. ſicut & Exodi c. 34. 11. in Hebraico Judæorum, & in verſione Hieronymiana* Gergeſæi: *attamen Samaritæ & Interpretes Ptolemaici illos cum reliquis miſeri ἐπαφύλαξ utrobique recenſent, ordine ſaltem diverſo. Quinimo hoc omiſſum Maſoretis opportune excuſat Auctor* Siphre f. 47. c. כאשר כשהוא אומר צוך יהוה אלהיך לרבות ארץ חגרגשי v. 17. *Vide modo Deut. c. 7. 1, 2 c. 25. 19. Exodi c. 23. 32. Joſ. c. 11. 15. 1 Reg. c. 5. 13. & c. 9. 15. & Maimonidis* melachim *c. 6. ex* Sota *Babyloniorum f. 3, & 35 &* Synhedrin f. 67. *& Scholaſticos Urbis* Ciddusin f. 65. c. BERN.

i Τῶν ἀνθρώπων] Videtur ita intellexiſſe verba Dei, האדם *homini* ſunt deſtinata. Sed memini me à viro docto audiviſſe, ſi per modum interrogationis intelligantur, ſenſum aptiorem fundere *num homo ſunt?* num arbores oppugnatum ibitis, & non homines? Quamobrem ergo illas cæderetis? REL.

k Ὡς οὐδὲν] Ὡς οὐδὲν αἰτίαν ἢ π. γ. πάσχῃ *Big.* & *Samb.*

l Εἰ δυνάμεις] Εἰ ἢ δυν. legerat *Epiphan.*

m Τῇ μάχῃ,] Articulum negligunt *Big.* & *Samb.*

n Σώζετε,] Σώζητε *Vat*

o Τῶν Χαναναίων ἐθνῶν] Τῶν Χαναναίων in quinque *MSS.*

2. *Cavete autem, maxime in præliis,*] *Vir ne prodeat veſte muliebri præſertim in pericula belli ex Deut. c. 23. 9. neve uſquam virili cincta fœmina, Deut. c. 22 5 Turpe enim utrumque, Deoque obſervatori valde odioſum,* תועבת יהוה. *Præſertim vero dictum puta,* cum palla fœminea melior natura in prœlia ne pergat. *Namque* כלי גבר, σκεῦος ἀνδρὸς, (*ſic Helleniſtæ, Samaritæ, Syri, & multi Judæorum dictionem veterem interpretantur*) *de armis ac veſtitu militari maxime accipiunt Joſephus, Onceloſus hac quidem paraphraſi* תקון זין דגבר armatura virilis; *& inter Deuterotas Eleazarus Jacobides f* 69. *de* Naziræis. *Is ibi ſuggerit, Moyſen hac ſanctione vetare,* שלא תציא אשה בכלי זין לכלחמה, fœminæ ne capeſcant arma, ſed potius inermes & pudicæ caſtra ſequantur: neque peplo muliebri viri conditionis ſuæ immemores ſemet induant, ושלא יתקון איש בתקוני אשה. *Statimque de eodem flagitio,* ראו משרש המקרא כמשמעו שלא ילבש איש מלבושים תמיוחדים לנשים כגון ציץ וקיינשא. *Unde etiam conſtat ſincerum illum Doctorem Deuteroſeon,* κατὰ ἀκρίβειαν, *R. Eleazarum conſcriptam ſuo evo legiſſe verſionem doctiſſimi & ſapientiſſimi Onceloſi. Idem porro repetit Siphre Auctor vetus f. 49. a. & poſt illum Moyſes Coſenſis* LX *vetitorum, cum celebri meritoque elogio ſupradicti Eleazari,* והלכה כרא"ב יעקב בכל מקום. *Ex eadem lege docet Maimonides c. 12. de* Idololatria, interdici fœminas Hebræas galeis & loricis, ſed & conſimili virorum decore ac tutamine, viroſque ornatu fœmineo. *Hujus autem decreti rationes duas adfert* More p. 447. *Alia petitur à modeſtia ſemper colenda. Huc procul dubio reſpexit Amramides, aut communius, aut quidem ſtrictè contra Ægypti jam derelictæ mollitiem, & permutata ſexus utriuſque officia, εἰ γὰρ ἄνδρες κατ' οἶκον ἔοντες ὑφαίνοιτο; ſimiliaque narrat de Nili accolis Herodotus, ſcriptor excellens. Cauſam vero aliam, nimis amat, ab odio Zebaiſmi arceſcit Maimonides. Jubet ſcilicet codex* Tomtom, *i. e.* ἰητρὸν μὲν ἢ τελετῶν χαλδαικῶν, viros ad Venerem accedere ſtolis fœminarum, atque has apud Martem ſtare habitu ac armis non ſuis. *Vel ſic quidem occurrit Legiſlator ſuperſtitioni Syriacæ; quippe in Æde Hierapolitana, Luciano teſte, ſtetit Combabus Spado,* μορφὴ μὲν ἐκείνη γυνὴ, ἱ ἐσθῆτα δ' ἀνδρήιον ἔχων, *Sacerdote evirato & ſtolato cultus.* ἔμπαλά τε γυναικῆα φορέοντι καὶ ἔργα γυναικῶν ἐπιτελέουσι, *inquit Rhetor de miniſtris Combabi. Pariter deſcriptor antiquitatum Amathuſiarum,* πάλαιον ἀνδρεῖα τὴν θεὸν (ἀνδρείαν, *deam è Syria acceptam*) ἐκπαμάξαι ἐν κύπρῳ λέγει. *Ita locum Heſychii peſſime corruptum reſtituo. Deinceps de hoc interdicto eleganter diſſertat Philo p. 738.* φιλοψυχίᾳ μὲν γὰρ γυναῖκας καὶ τυγχάνειν τῆς ψυχῆς πρὸς ἀνδρείας, πρὸς ἐπιθημάτων διαλλάξασα ὁ νόμος ἀπειπὼν ἁπαλὰ κρᾶτι ἀνδρὶ γυναικὸς ἁμπίσχεσθαι ἀναλγησίαν ἀνεῖται, ἵνα τὸ μαθὸν ἴσχῃ ἡ σπεῦδ αὐτὸ μόνον δὲ θηλείᾳ ἐπὶ λύμῃ τῇ ἀρσένων ἡβητὰς προσάψασθαι. καὶ τὴν γυναῖκα ἐκώλυσε λαμβάνειν ἀνδρὸς ἐπ ἴσης, πόρρωθεν ὡς ἀνεργυίας ὄτα καὶ γυναίνδας φυλαξόμενος. *Adde his quæ ad Moyſen citat magnus* Gro-

γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ [p] γυναικείᾳ.

femina ornatu virili utatur, vel vir ſtola muliebri.

μδ'. Πολιτείαν μὲν οὖν τοιάνδε Μωϋσῆς [q] κατέλιπε·

44. [1] Moyſes igitur hujuſmodi reip. inſtitutionem

Leges ſunt frequentibus concionibus inculcabat Moyſes, & tandem ſcripto volumine Sacerdotibus tradidit. Deut. c. 31.

Grotius ex Philochoro. BERN.

p Γυναικείῳ.] Γυναικείᾳ *Busb. Hen. Vat. & Samb.* à manu ſecunda.

q Κατέλιπε·] *Al.* καταλέλοιπε. ut pag. ſeq. v. 7.

1. *Moyſes igitur hujuſmodi reip. inſtitutionem reliquit:*] *Talis erat Politia Moyſis. Has quidem leges cæteraſque inſtante jam anno Exodi quadrageſimo, & frequentibus concionibus inculcabat vir Divinus, & tandem ſcripto volumine, Sacerdotibus tradidit, Deut. c. 31. 9, 24, 25. ſimulque Tabularum διαλόγου apothecam, & Tabernaculum Sacrum, necnon Poema illis dedit de futuro Hebræorum ſtatu, verſibus (nemo prudens dubitet) hexametris conſcriptum, cui & eventus rerum optime reſpondit. Venimus igitur nunc ad ultima juſſa Legiſlatoris. Vindictam de Amalecitis opportune capiunto. Item ad partem orientalem Chananææ, deleta modo ſtirpe mala incolentium, prope Sicimas convalli media inter montes, Garizin, גריזים à dextris, & à lævis Gibalum* עיבל, Hibal *Samaritis & Joſepho & Arabibus, ſed* Hebal *Maſoretis Judæorum & Interpr. LXX. & B. Hieronymo, extruatur altare: atque Hebræis hinc inde in duas acies diſcedentibus, ſicut dicetur l. 5. c. 1. horum Origi num, bona fauſtaque omnia obſervantibus Leges datas adprecetur pars Garizæa, acclamantibus itidem Gibalinis. Tum hi diras vibrent in violatores Divini Juris, idem protinus reſonante clivo Garizin. Deut. c. 11. 27. & c. 27. Denique in memoriam rei, Benedictiones illas Execrationeſque, quarum exemplar extat Deut. c. 27. 15. tectorio dextro ſiniſtroque inſcriptas ferat altare cum ſigno contrarii, ſubſtituto equidem bono verbo* ברון *in locum* ארור, *& ſententia aiente in negantem verſa: quod placuiſſe video Joſepho aliiſque diſcipulis Phariſæorum in corpore δόγματος: abſque ea die ſacrificiis omnis immune ſtet & imruentum. Hæc adeo exequebatur pius Imperator Jeſus. c. 4. 1. & c. 8 30.* Actorum ſuorum. *Qua tamen pompa quove ritu ſolicite referunt poſt tot ſecula Hebraica Proceres Phariſaiſmi* Sotæ c. 7. § 5. Ubi enim, Jordane trajecto, pervenerant Iſraelitæ ad Garizin & Hebal, montes Samariæ, juxta Sicima in campo Morio, הר הגריזים והר עבל שבשכרון שבצר שכם שכאצל אלוני מורה. *Ita Traditionum Judaicarum Patres explicant verba Legis Deut. c. 11. 30. Ita horum filii in Commentariis Babyloniis f. 33. b. ejuſdem* Sotæ, אלוני מורה שכם ולהלן הוא אומרו; *ſcilicet Gen. c. 12. 6. & Joſ. c. 24. Illi autem deſcriptioni, Deut. c. 11. 30. τὸ σαμαρειτικόν, poſt ſingulare* אצל אלון מורה (*ſicut & Ptolemaici legerant; ubi tamen Hieronymus noſter viderat* אלון ומורה,) *ſuperaddit modo* שעצ משעצ *μικὰ σίκιμα, quod eſt alteri Interpretum Samaritan.* איסטר מישר חובה קבל שכם juxta campum viſionis, *ſive* patentem late ante Sicima: *alteri vero* وجانب مرج البها مقابل نابلس, ad planitiem pulcram cui præjacet Neapolis. *Hæc enim urbs, ut itineraria nova veteraque teſtantur, inter Gerizin & Hebal expoſrecta planis Acrabatenis obſidet. Quinetiam gloſſema illud voluminis Samaritici Deut. c. 11. 30. jam olim notaverant Deuterotæ Judaici, præſertim Eleazarus Joſis Galilæi,* Sotæ *f. 21. c. T. Jeroſ. & f. 33. T. Babyl.* אמרתי לסיפרי כותים זייפתם תורתכם ולא התעלית בירכם בלום שאתם אומרים אלוני מורה שכם, Fruſtra quidem textui Moſaico vos Cuthæi adjicitis *Secem:* ultro enim fatemur ipſi *Elone More* de Sicimis veſtris recte exponi. *Dicitur præterea verſu eodem Deut. ſive Jeſus ſive alius militum ſuorum operi Moſaico eam deſcriptionem inſeruerat*, eminere montes illos in terra Chananæorum, proprie Hevæorum, qui ab occiduo, בערבה, ἐπὶ δυσμῶν, veriſſime à Cauro reſpectant Galgala, מארץ הכנעני חיושב בערבה מול הגלגל. *Vel*, qui בערבה per planitiem illuſtrem excurrunt ad fines Galgalorum, ad campos uſque Jericuntios, *tanquam caſtris Hebræis nobilem locum & notiſſimum. Obſervant adeo Doctores Solymitani* Sotæ *f. 21. c.* בערב הירדן, *valere ibidem* כן חירדן להלן. *Vel denique ait vetuſtiſſimus iſte Interpolator*, gemina iſta cacumina opponi Galgalis Gophni cis terminum occiduum Ephræmi. *De eiſdem montibus Illuſtriſſimus Phocas*, μὴ σεβασθῆναι ταδίων ὡσεὶ δέκα καὶ πέντε, ἐστιν ἡ τὸ σαμαρειτῶν μητρόπολις σίχαὲ, ἡ μὴ ταύτῃ πλησίαζα νεάπολις· κειμένη μέσον δύο βουνῶν, ἀμφοτέρων ἀπεσκιασμένη τῷ θερμαλίῳ ἐπιπαχεῖ τὰς ἀφόδους. ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπαίθρῳ τὸ ὄρος ἐν ᾧ οἱ σαμαρεῖς λέγουσι τὸ ἀβραὰμ θυσίαν τελέσαι & ἰσαὰκ. *Conveniunt idcirco inter ſe idemque faciunt ad Deut. c. 11. 30.* מול שכם *Samaritarum, & πόρῳ τῶν σικίμων Flavii hujus, atque demum Deuterotarum* שבצר שכם. *Pergamus igitur ad pompam Hebræam. Inter dictos montes circa Aram mediam in plano conſiſtebant Sacerdotes, qui quidem Deut. c. 27. 9, 14. ſicuti verſubus aliis viginti tribus ſacri Codicis appellantur Levitæ à Tribu ſua, ut opportune monet Clariſſimus Amoræus Joſue ben Levi T. Jeroſ. f. 21. c.* Sota. *Sacerdotibus vero junguntur titulo ſimplici Levitæ. Inde à dextris ſex tribus heriles, ordine gemmarum Logii, ſubeunt jugum Garizæum,* ἀρχαίζοι *Damaſcio Philoſopho,* الجبل الشريف *ipſis Samaritis, ut decuit,* جبل نابلس mons Neapolitanus *Eutychio Alexandrino, quod paulo propius imminet Neapoli Jud. c. 9. 7. & Joſephi l. 11. c. ult. Sex aliæ tribus à lævis ad clivum Gibalinum panduntur. Nam* "לכול הר גריזים וגו *in rebus Joſue, idem denotat quantum in Lege* "על הר גריזים וגנו. *Tum verſis ad Garizin vultibus, benedictiones ordiuntur Sacerdotes ex Formula,* ικαιος ὁ ἄνθρωπος ὅστις οὐ ποιήσῃ γλυπτὸν ἢ χωνευτὸν, ברור האיש אשר לא יעשה פסל ומסכה, *cæteraque Deut. c. 27. à v. 15. Quibus protinus acclamant utrumque* ἐξάρυλοι, Amen. *Mox contra Gibalum* אבר *converſi, execrationes pariter denuntiant.* ἐπικαταρᾶται ὁ ἄνθρωπος ὅστις ποιήσῃ γλυπτὸν ἢ χωνευτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, ארור האיש אשר יעשה פסל ומסכה. *Reboantque continuo ambæ acies Evoto ſuper quolibet maledicto. Poſthæc verba cuncta Legis iſtius, i. e. Formulæ, altari hac de cauſa conſtructo dealbatoque inſcribuntur linguis LXX. phraſi Phariſæorum glorioſa, quæ valet pariter cum Moſaica* σαφῶς σφόδρα, באר היטב, *Deut. c. 27. 7. ſicut profitentur Judas Princeps hoc loco, & alibi R. Johannes* Sabbat *f. 88. necnon ab iſtis Uzielides* מחקרי בא ומחרגם בע' לישנין. *Poſtremo demolito monumento iſto, quod* ὡσεὶ κλίων ἀναχοῦτα τετραμμένον *perite refert Flavius; qua Sicima propius à Jordane abſunt quam mari Mediterraneo: niſi ſi ille cum priſcis Scholaſticis locutionem verſus 30.* דרך מבוא השמש, *de ſole oriente acceperat. Ita* Sota *f. 21. c. T. Jeroſ.* אחרי דרך מבוא השמש מקום שהחמה זורחת. וקיפלו את האבנים ולנו בגלגל ושם ונטלו את האבנים ובאו ולנו את האבנים. *Ubi Gloſſator, Ipſo inquiunt deſtructo, lapides ejus ſecum comportabant in caſtra. Invident enim valde, pernegantque Samaritis pleraque Judæorum factio tam ſacrum, tam antiquum mnemoſynon in alterutro vertice Hargarizin, vel obliterata jam inruſtatura, ſervari. Concedit tamen Joſephus lapides duodecim, ritu hoc peracto, in cacumine Gibaleno fuiſſe relictos, in caſtra Siluntina populo abeunte. Loquitur enim is libro* v. *de Chananæis Acrabotenam incolentibus, quæ ſane pertingit à Garizim ad Galgala, ut notum Euſebio altiſque Geographis ſacris. Cadit adeo argumentum Doctorum Solymitanorum* Sota *f. 21. c. Quinimo eoſque crevit pertinacia Eleazari & nonnullorum Rabinorum, magis ex odio Samaritarum, quam propter phraſin Legis* מול הגלגל: *cui neque Euſebius Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, neque Epiphanius ortus Eleutheropoli, aliique Eccleſiaſticorum erant obſiſtendo: quinimo aſſererent prope Jerichunta, longeque à Sicimis, ſtetiſſe ævo Joſue* Garizin & Ebal, *contra fidem omnem bonorum viatorum ſcriptorumque, etiam Sacrorum: adeoque Samaritas à manu finxiſſe hoſce montes, aut nominibus non ſuis eos dediſſe. Veruntamen Sicimitæ, Benjamino Judæo, & mox Breidenbachio Chriſtiano ex alloquio referentibus, rite ſeſe affirmabant* ὁλοκαυτῶν *ſuper Joſue Aram Garizitanam,* על המזבח שבנו בהר גריזין מהאבנים שהקימו בני ישראל כשעברו הירדן. *De loco tamen, quo aram illam ex ſacris Jordanicis inſtauraverat Joſue, graviſſime altercati ſunt per omne ævum Samaritæ & Judæi. Horum enim exemplaria Hebraica verſioneſque prorſus omnes, tam Deut. c. 27. 4. quam Joſuæ c. 8. 30. declarant,* ᾠκοδόμησεν ὁ ἰησοῦς θυσιαστήριον τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ ἰσραὴλ ἐν ὄρει γαιζὴλ, בהר עיבל. *Nec aliter legerat Flavius iſte Judæus, ἐπὶ τῇ τοῦ γιζήλου ἴσῃσι τῶν ἡμιτειῶν ἐν ᾧ καὶ ὁ βωμός ἐστι. lib. 5. Orig. c. 1. §. E contra, Pentateuchum Hebraicum* τῶν σαμαρειτῶν, *Syriacum, Arabicum, Græcumque: item Chronicon Samaritarum, eorum Commentaria Biblica, atque etiam Exomologeſis nuper ad nos tranſmiſſa à Neapoli Paleſtina, Altare verbis diris boniſque inſcriptum, & refugientis Jordanis ſpolia in meliore cacumine montis* διαφήνου *miro conſenſu collocant ex Deut. c. 27. 4.* στήσατε τοὺς λίθους τούτους, ὃν ἐγὼ συντέλλομαί σοι σήμερον βαίεγαιζίμ, وعلي جبل בגריזים, καὶ κονιάσεις αὐτοὺς κονίᾳ, καὶ οἰκοδομήσεις ἐκεῖ θυσιαστήριον. *Aut verbis Abulphetachi Chronographi Samaritani,* في ذلك الوقت بنا מזבח حجارة في جريزيم كما قال الله تعالي واصعد عليه صعايد. Poſt Hagin dirutam, altare ſaxeum erexit Joſue in Har Garizim, ſicut Deus juſſerat, atque holocauſtis illud adolevit. *Ita quidem ad verticem Garizim à nobili Trajectu contra Jerichunta milliaribus ſexaginta deportabantur ſaxa illa bis ſex, ut perite ſupputant Babylonii f. 44* Synhedrin, *f. 36.* Sota. *Veruntamen lectioni Samaritanæ favet inter Sophiſtas Chriſtianos Procopius ad Deut. c. 27. Idem enim in Joſue actis, Altare in loco maledictionis Gebalo poſitum adnotat* ὃν ἔστι κειμένου. Lapides autem non in monte Gebal, ſed in Garizim collocaſſe, *ait Gazæus*, exemplar habet Samariticum, nec forte abſque ratione. Siquidem ibi benedictiones fieri præcepit, in Gebal vero maledictiones. Ecqui igitur conſentaneum fuerit in hoc altare eſſe conſtitutum? Porro in libro Judicum c. 9. 6, 7. Garizim montem nominat, qui circa Neapolin eſt, quem Samaritæ colunt. Super quo cum conſtitiſſet Joatham filius Gedeonis ſuperſtes, execratus eſt eos, qui regem præ ipſo creaverant Abimelech Gedeonis filium ex ancilla, qui fratres ſuos interemit. Niſi quis adſerat Eſdram, aut Scripturarum S. Collectorem, ſive alium quempiam fuiſſe, qui nova nomina ex ſuæ gubernationis locis traducta iis locis impoſuerit. Quemadmodum Jeruſalem vocat, quæ antiquitus Jebus vocabatur; Bethleem item, quæ Euphrata. *Pariter Origenes in Tomis ad Joan. c. 4. 19.* οἱ μὲν γὰρ σαμαρεῖς τὸ καλούμενον γαιζὶν ὄρος ἅγιον νομίζοντες, ὡς αὐτῷ θεοσεβοῦσι τῷ θεῷ, ὃ μίμημα μωσῆς τὸ δευτερονόμιόν φησιν ἅγιοι δίκαιοι ἀλογεῖν τὸν λαὸν τὸ ὄρος γαιζεῖν. *Dein idem Adamantius,* σαμαρεῖς εἰκαίως τῷ ἑτεροδόξῳ, ἀκολούθως τῷ μὴ γαιζεῖν διαστῆσαι, ὅτιε ἐμπλοκὴν ἄμετρον ἡ διαίρεσις· εἰκὸς δέ τινα λαβεῖσθαι ἀφ' οὗ τὸ αἱ δεκὰς μωσεῖ ἀλογίαν ἐπὶ τῷ γαιζεῖν γινομένην. *Accedit huc & ὁ χρυσορρήμων ad v. 20.* οἱ παλαῖοι ἡμῶν τὸν τῷ ὄρει τούτῳ εὐσεβοῦντες. τοῖς δὲ τὸ ἀναγραφὴν λέγουσιν. καὶ γὰρ ἐκεῖ φασι τὸ μὲν αὐτὸ ἀναπεπλακέναι. *Inde nomine* montis benedicti טור ברוך *coluiſſe Garizim, ac frequen-*

nem reliquit: leges vero quadrageſimo anno ante reliquit, de quibus in alio libro dicemus. Sequentibus autem diebus (aſſidue enim concionabatur) fauſtas eis precationes tradit, & imprecationes in eos qui ex legibus non viverent, ſed contra præſcripta earum agerent. Deinde carmen hexametrum eis recitavit, quod in ſacro volumine *ſcriptum* reliquit, continens futurorum prædictionem, juxta quam omnia facta ſunt atque fiunt, neque ille quicquam à veritate aberravit. Hos igitur libros ſacerdotibus tradit, ſimul & arcam, in qua decem *illa* præcepta in duabus tabulis ſcripta reconDindicta de Amalecitis capiunda. didit, atque tabernaculum. Quin & populum admonuit, ut cum *Chananæorum* terram deviciſſent, & *in ea* conſediſſent, injuriæ ab Amalecitis acceptæ non obliviſcerentur: ſed, facta in eos expeditione, pœnas repoſcerent maleficiorum, quibus illi eos affecerant, cum eſſent in deſerto. Occupata Chananæorum ſtirps delenda. vero Chananæorum terra, omnique ejus multitudine ut par eſt deleta, aram exſtruere *juſſit* ad ſolem orientem verſam, non procul ab urbe Sicimorum inter montes duos, Garizæo quidem ad dextram Exſecrationes & benedictiones è montibus Gebal & Garizim. Deut. 27. poſito, ad lævam autem eo qui Gibalus nuncupatur: diviſumque exercitum in ſenas tribus ſuper duobus montibus ſtatuere, & una cum illis Levitas & ſacerdotes. ac primum quidem illos in Garizæo fauſtiſſima eis apprecari, qui religionis Dei ſtudioſi eſſent & cuſtodiæ legis, neque ea quæ dixiſſet Moyſes rejeciſſent; *ſex* alias vero *tribus* bene illis ominari, & rurſum his precantibus priores acclamare: deinde itidem tranſgreſſoribus diras imprecari, alteras alteris ad dicta comprobanda & ſancienda ſuccinentes. Fauſtas autem precationes & earum exſecrationes ſcriptis conſignavit, [1] ut earum diſciplina nullo unquam tempore intermitteretur. Quas ſane [2] moriens etiam aræ inſcribi juſſit ex utroque latere, ubi etiam populo denunciat ut ſtans ſacrificet & holocauſta offerat, & poſt illam diem nunquam aliam victimam *ei* imponeret: non enim eſſe licitum. Hæc igitur Moyſes inſtituit, atque gens Hebræorum his conſentanea pergit facere.

νόμως δὲ [r] ἔτι πρότερον τεσσαρακοστῷ ἔτει γεγραμμένως ἀναδίδωσι, περὶ ὧν ἐν [s] ἑτέρᾳ γραφῇ λέξομεν. τῆς δὲ ἑξῆς ἡμέρας, [t] συνεχῶς γὰρ ἐξεκλησίαζεν, εὐλογίας αὐτοῖς δίδωσι, καὶ καταράς ὅστις τοὺς μὴ κατὰ τοὺς νόμους ζησομένους, ἀλλὰ παραβησομένους [v] τὰ ἐπ' αὐτοῖς διωρισμένα. ἔπειτα ποίησιν ἐξάμετρον αὐτοῖς ἀνέγνω· [x] ἣν καταλέλοιπεν [y] ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ ἱερῷ, προόρησιν [z] ἔχουσαν τῶν ἐσομένων, καθ' ἣν γέγονε πάντα καὶ γίνεται, μηδὲν ἐκείνου διημαρτηκότος τῆς ἀληθείας. ταῦτ' οὖν τὰ βιβλία παραδίδωσι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τὴν κιβωτὸν εἰς ἣν καὶ τοὺς δέκα λόγους γεγραμμένους ἐν δυσὶ πλαξὶ [a] κατέθετο, [b] καὶ τὴν σκηνήν· τῷ τε λαῷ παρήνεσε κρατήσαντι τῆς γῆς, καὶ ἱδρυθέντι, μὴ λήθην λαβεῖν τῆς Ἀμαληκιτῶν ὕβρεως· ἀλλὰ στρατεύσαντας ἐπ' αὐτοὺς τιμωρίαν ἀπολαβεῖν ὧν ὅτε τῆς ἐρήμου [c] τυγχάνοντας ἐποίησαν κακῶς. ἐξελόντας δὲ τὴν [d] Χαναναίων γῆν, καὶ πᾶσαν διαφθείραντας τὴν ἐν αὐτῇ πληθὺν καθὰ πρέπει, τὸν βωμόν τε ἀναστῆσαι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τετραμμένον, ὑπὲρ τοῦ Σικίμων [e] πόλεως μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, [f] Γαριζαίᾳ μὲν τῷ [g] ἐκ δεξιῶν κειμένῳ, τῷ δὲ ἐξ εὐωνύμων [h] Γιβάλῳ προσαγορευομένῳ· μεμερισθεῖσαν δὲ τὴν στρατιὰν καθ' ἓξ φυλὰς ὑπὲρ τοῖν δυοῖν ὀροῖν ἀναστῆσαι, καὶ σὺν αὐτοῖς Λευίτας τε καὶ τοὺς ἱερέας. καὶ [i] πρῶτα μὲν τοὺς ὑπὲρ τῷ Γαριζεῖν χρωμένους εὔχεσθαι τὰ κάλλιστα τοῖς περὶ τὴν θρησκείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν τῶν νόμων φυλακὴν παραδάζασιν, ὧν τε Μωϋσῆς εἶπε μὴ προαγορευσαμένοις, εὐφημεῖν ἢ τοὺς ἑτέρους, καὶ τούτων πάλιν ἐχομένων, τοὺς προηγημένους ἐπαινεῖν· [k] ἔπειτα τοῖς κατὰ ταῦτα πεπραχόσι καταράς τίθεσθαι, ὑποφωνοῦσας ἀλλήλαις ὑπὲρ κυρώσεως τῶν λεγομένων. ἀνέγραψε δὲ τὰς εὐλογίας καὶ τὰς καταράς [l] αὐτῶν, ὡς μηδέποτε [m] ἐκλιπεῖν τὴν μάθησιν αὐτῶν ὑπὸ τοῦ χρόνου· ἃς δὴ καὶ τῷ βωμῷ τελευτῶν ἐνέγραψε τοῦ πλησίον ἑκατέραν, ἣ καὶ σήμερον [n] φησὶ τὸν λαὸν θύσαί τε καὶ ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν [o] οὐκ ἐπινενοηκέναι ἱερεῖον ἕτερον· ἃ γὰρ εἶναι νόμιμον. ταῦτ' οὖν Μωϋσῆς [p] τε διέταξε, καὶ τὸ Ἑβραίων ἔθνος ἀκόλουθα τούτοις ποιοῦν διατελεῖ.

μέ. Τῇ

---

quentaſſe Samaritas Macriſius Arabs teſtatur in hiſtoria Cairenſi, ان طور بريك هو الموضع الذي خاره الله ون كوره في التوراة بقف اله اجعل البركة علي طور بريك. *Atque hæc hactenus.* BERN.

r Ἔτι πρότερον] Ἑτῇ πρ. τ. γεγραμμένως *Busb. Hen. & Vat.*

s Ἑτέρᾳ γραφῇ] Vide p. 228. in fine.

t Συνεχῶς γὰρ ἐξεκλησίαζεν,] Συνεχὲς γὰρ ἐξ. *Big.* (συνεχῶς *Coll. Voſſ.*) *Samb. & Vat.* συνεχῶς ἐξεκλησιάσας *Epiph.* HUDS. Sic. 3. Reg. 8. 1. in Jeremia ἐξεκκλησιάσθη. quid ſi ſit pro ἐξεκλησίασθη. Plutarchus à καθαφημίζω derivat καθαπεφημισμένον. COCC.

v Τὰ ἐπ' αὐτοῖς] Τὰ σὺν αὐτοῖς *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. & Vat.*

x Ἣν καταλέλοιπεν] Ἣν κὰ καθὰ. *Big. & Samb.*

y Ἐν τῷ βιβλίῳ] Ἐν βιβλίῳ σὺν τῷ ἱερῷ *Big. Samb. Vat. & Epiph.* Videſis *Deut.* 32.

z Ἔχουσαν] *Baſ. & Gen. ἣν κὰ καταλέλοιπεν σὺν βίβλῳ σὺν τῷ ἱερῷ, εὑρήσεις εἰσέχουσαν τῶν ἐσομένων Big. & Samb. ἣν καταλέλοιπεν σὺν βίβλῳ σὺν τῷ ἱερῷ, π. π. τῶν ἐσομένων Epiphanius.* Etiam εὑρήσεις εἰσέχουσαν reperias apud *Busb. & Hen.* Tum penes hunc curate διημαρτηκότος. BERN.

a Κατέθετο,] Κατέθεντο *Big. & Samb.*

b Καὶ τὴν σκηνήν·] Κατὰ τὴν σκηνήν, *in tabernaculo* lege. REL.

c Τυγχάνοντας] Τυγχάνοντες *Big. & Samb.*

d Χαναναίων γῆν,] Ita quinque *MSS. & Epiph.* Χαναναίων *Baſ. & G.*

e Πόλεως] Πόλεως ἐμπεριάγειν μεταξὺ δυοῖν ὀρεῖν *Samb. Big.* (*Coll. Voſſ.*) *& Vat.*

f Γαριζαίᾳ] Γαριζὶν *Baſ. & Gen.* γαριζαὶν *Big. Samb. Busb. & Hen.* ritu epitheti Græcanici deformatum à גרזין *γαριζεὶν*, quo equidem typo ſæpiſſime uſus eſt Flavius in his Originibus. Ita Φαρισαῖοι à פרישין, *viri eximii*, Pollen Iſraelis. Neſcio tamen an γαριζὼν ſcriptum huic Flavio, ſicut alibi γαριζεῖ in caſu liberali. Quinimo γαριζεῖν ſuo etymo ῥαγάδες denotat & διεχισμένα. Hoc ſignificat & גרז & גזר: unde γαζιρεῖν pro γαριζεῖν in verſione Syriaca τῶν μακκαβαϊκῶν. Nam ex una radice creverant duo culmina, Eb'al & Garizin. BERN. Ita ex quatuor *MSS.* edidit *Bern.* Γαριζὶν *Baſ. & G.* Γαριζὶνα *Vat.* quod proxime accedit ad Hebraicum Γαριζεῖν. HUDS. Γαριζαῖῳ *MS.* uti *αι* & *ε* ſexcenties a librariis permutantur. REL.

g Ἐκ δεξιῶν] Ad auſtralem plagam, ut ἐκ λαίων, ubi erat Eb'al, erat ad ſeptentrionem. REL.

h Γιβάλῳ] Τῷ ἢ ἐκ λαίων γιβαλῇ, aut γιβαλὴ, *Big. Samb. Hen. & Busb.* Sed in libro ſequente ex conſenſu codd. ſcribitur γιβήλῳ. Sedes autem dirarum *Hibal*, ſeu *Hebal* עיבל, à capite cano glabroque nomen meruit Quod enim Græci φαλάκρωμα & φάλακρον, Arabes vocant العبال γιβάλ. Manet etiam adhuc monti huic *albor* ſterilis nota execrationis veteris, aut verbis Benjamini erronis והר עיבל יבל יבש באבנים וסלעים. Καὶ πρώτους μὲν τοὺς ἐπὶ τῷ γαριζεῖν *Big. Samb. Hen. & Busb.* Verum hi omnes libri quinti c. 1. ἐπὶ τῇ γαριζεῖ, à formula Attica γαριζὼς. Quinetiam ut à locali עברים, Onceloſus, Sirique alii producunt עבראי ἀναβατὰς, *tranſitoria*, eadem dialecto hic Judæus γαριζᾶα effecit de גרזין. BERN. Videſis *Munott.* ad l. V. c. 1. §. 19.

i Πρῶτα μὲν] Πρώτους μὲν τοὺς ἐπὶ τῷ Γαριζεῖν in quinque *MSS.* verum in libri quinti c. 1. §. 19. ἐπὶ τῷ Γαριζεῖ, è formula Attica Γαριζὼς.

k Ἔπειτα] Ita edidit *Bernardus.* ἔπειτα κὰ ταῦτα τοὺς π. *Baſ. & G.* ἔπ. κὰ ταῦτα π. *Big. Samb. & Vat.* ἔπειτα τοῖς πεπ. κὰ ταῦτα ἀρὰς τίθεσθαι *Hen. & Busb.*

l Αὐτῶν,] Αὐτὸς in quinque *MSS.*

1. *Ut earum diſciplina*] *Ut in perpetuum cuivis eas diſcere liceat*, vertit *Gelenius.*

m Ἐκλιπεῖν] *Sambuci* manus altera: altera ἐκλίπῃ, cum *Baſ. Gen. & Big.* Solebant enim viri Athenienſes, ſicut Angli hodieque facimus, correptim loqui, tempori ſimul orique parcentes, adeoque accentus vocabulorum retrahere, πώπῳ, órator, &c. BERN.

2. *Moriens etiam aræ inſcribi*] Al. *tandem inſcripſit &c.* Interpretationem noſtram vocis ἐνεγράψεν defendit *Bonfrerius* ad *Deut.* c. 27. p. 1021. mox *Gelenius* reddit, *qua populus eſt ſtare.*

n Φησὶ τὸν λαὸν] Vocem φησὶ non agnoſcit *Vet. Interpr.*

o Οὐκ ἐπινενοηκέναι] Ita *Big.* οὐκ ἔτ' ἐπινενοηκεῖν ἱερεῖον ἕτερον *Samb. & Vat.* οὐκ ἐπινενοηκεῖν ἱερεῖων ἑτέρων *Baſ. & G. Grotius* (ad *Joſ.* c. 8. v. 30.) dicit, *tunc quidem aram iſtam* in ſacrificii uſum *fuiſſe*, in poſterum vero monumenti cauſa *manſiſſe.*

p Τε διέταξε,] Illud τε negligunt *Samb. Vat. & Vet. Interpr.*

1. *Poſtri-*

μέ. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τ̃ λαὸν σὺ γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις εἰς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ὡς παρεῖναι καὶ τὸ ἀνδράποδα, ὥρκωσε τ̃ νόμων αὐτὸς φυλακὴν ποιήσασθαι· καὶ τ̃ ℔ Θεῷ ἀμφοίας ἀκριβεῖς λογιστὰς [q] ἡγούμενος, μηδὲν εἰς αὐτὸς μήτε συγγνώμης χαριζομένους, μήτε εἰκῆ δέος, μήτε ἄλλην καθάπαξ αἰτίαν κυρωτέραν τ̃ τ̃ νόμων φυλακῆς ὑπολαμβάνοντας ἀφανίσειν τοὺς. ἀλλ' ἄν τέ τις τ̃ ἐξ αἵματος [r] συγχέειν καὶ καταλύειν ἐπιχειρῇ τὴν κατ' αὐτὸς πολιτείαν, ἄντε πόλις, ἀμύνειν [s] αὐτὸς καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν· καὶ κρατήσαντας μὲν ἐξ αὐτῶν ἀναστᾶν θεμελίων, καὶ μηδὲ τὸ ἔδαφος τ̃ ὑπονοηθέντων εἰ δυνατὸν καταλιπεῖν. εἰ δ' ἀθυμοῖεν λαβεῖν τὴν τιμωρίαν, αὐτὸ τὸ μὴ κ' βέλησιν ἰδίαν τοῦτο γίνεσθαι δεικνύναι. καὶ τὸ μὲν ὠλήθος ὤμνυεν.

μς'. Ἐδίδασκε δ' αὐτὸς ὡς ἂν αἱ θυσίαι τῷ Θεῷ μᾶλλον κεχαρισμέναι γένοιντο, καὶ ὅπως ἂν οἱ στρατεύοντες ἐξίοιεν [t] τεκμηρίῳ χρώμενοι τοῖς λίθοις, ὡς κ' πρότερον δεδήλωκα. [v] προεφήτευσε δ' κ' Ἰησοῦς Μωυσέως παρόντος ἔτι· κ' πάντ' ὅσα ποιήσειν ὑπὲρ τ̃ ℔ λαοῦ [x] σωτηρίας ἔν τε πολέμοις κ' κατ' εἰρήνην, νόμους [y] συντεθεὶς κ' τ̃ τ̃ πολιτείας κόσμον συμπορίζων, ἀναλογιζόμενος προεῖπεν, ὡς δηλώσειεν αὐτῷ τὸ θεῖον, "ὅτι προφάσεις "[z] τὴν πρὸς αὐτὸν θρησκείαν παραβήσονται κακῶν, ὡς "ὄπλων τε αὐτοῖς πολεμίων πληρωθῆναι τὴν γῆν κα- "ταστροφῆς [a] πόλεις, [b] κ' τ̃ νεὼν καταπρησθῆναι, κ' "ven-

45. [1] Postridie autem populo una cum mulieribus & parvulis ad concionem convocato, ut mancipia etiam adessent, adjuravit eos ut legum curam haberent: utque diligentes mentis Dei æstimatores eas non transgrederentur, nihil contra eas neque consanguinitati indulgentes, neque timori cedentes, neque aliam omnino causam legum conservatione potentiorem esse existimantes. Quin, seu quisquam eorum consanguineus, seu civitas *quæpiam* reipublicæ eorum institutionem confundere & dissolvere conaretur, eos & publice & privatim ulciscerentur: ac si quidem eos superassent, funditus exscinderent, neque, si fieri posset, vel vestigium [2] vecordi insolentia elatorum relinquerent. Quod si pœnas sumere non valerent, hoc *saltem* ostenderent, hæc nequaquam de voluntate sua facta esse. Et multitudo quidem juravit. *Hebræos ad legum custodiam jurejurando adstringit Moyses.*

46. [3] Docuit autem eos, quomodo sacrificia Deo fierent acceptiora, & quomodo in militiam exirent, signo capto ex lapillis, ut etiam prius declaravi. Josua quoque vaticinatus est, Moyse adhuc præsente: atque omnia expendens quæcunque pro salute populi faceret, cum in bellis tum in pace, dum leges componeret & rectam suppeditaret reipublicæ institutionem, prædixit, prout "numen sibi declararet, eos religione in Deum "violata mala experturos esse, ita ut terra eorum "armis hostilibus oppleretur, & urbes funditus "everterentur, & Templum incenderetur, & ipsi *Docet quomodo sacrificia rite offerrent. Num. c. 28. c. 29. Monet ne gemmis P. M. inconsultis bella gererent. Num. c. 27. Vaticinatur Jesus. Deut. c. 34.*

1. *Postridie autem*] *Postridie vero totam gentem, ne servitiis quidem exclusis, jurejurando obligat vir sanctus, & custoditum ipsos legem sacram. Aut siquis cognatorum suorum, vel urbs aliqua ab hac forte desciscaret, privatim publiceque, quantum possent, ferro & igni vindicatum. Conferes Deut. c. 29. c. 30. cum c. 13. deinde petes corpus δόγματα in* Synhedrin *c. 7. 10. & c. 11. 4, 5, 6. & Talm. Bab. fol. 111, 112. & Maimonidem c. 4. & 5. de Idololatria. Flavius autem phrasi isthac κ' κοινῇ κ' κατ' ἰδίαν, aut jam testium insidias permittit, quod duntaxat in causa plani licebat ex Misna Pharisæa* Synhedrin *c. 7. 10.* כל חייבי מיתות שבתורה אין מכמנין עליהן חוץ מהמסית. *Aut idem omnino ille intellexit, quod verbis pluribus dixerat Moyses,* כיהרג תהרגנו ידך תהיה בו בראשונה למיתו ויד כל העם באחרנה. *V. L.* Sed statim interficies eum. Sit primum manus tua super eum, manus delatoris. Et postea omnis populus mittat manum. *Unde Auctor Siphræ f. 41. b.* מצוה ביד הנסרה שימות ואהכ" ביד כל אדם. BERN.

2. *Vecordi insolentia elatorum relinquerent.*] *Desperatorum* reddit *Castalio.* Sed (ut inquit *H. Steph.*) ita uti nomine *desperatus*, haud scio an Latinitas concessura sit.

3. *Docuit autem eos,*] *Israelitas insuper docuit ὁ νομοθέτης, quomodo sacrificia recte grate Deo offerrent, Num. c. 28. & c. 29. commonuitque, ne Gemmis P. M. inconsultis bella gererent, Num. c. 27. 21, 22, 23. Vide & l. 3. harum Originum. Recte vero hæc capita τ̃ ἀριθμῶν ad dies ultimos Moysis transfert, eumque capite 31. Deut. connectit Josephus. Utrobique enim agitur de Inauguratione Josue. Superaddes & istis Deut. c. 34. 9. Posthæc prædicit Cortina Dei duci Josue, Moyse tum præsente, quicquid is esset bello paceque gesturus, Num. c. 27. 20. & Deut. c. 34. 9. & c. 31. 14. Mox narrantur longa fata populi Hebræi: tellurem bonam templumque Summi suo crimine haud semel hostibus relicturos; panitentes tamen postliminio ad ea redituros. Sic enim vel à cinere Ædis secundæ adblanditus sibi Josephus, sic catera Judæorum calamitas. Deut. 30. 1, 2, 3. c. 31. à v. 14. & c. 32. à v. 20. ad 44. ubi videndus est Uzielides paraphrastes. Doctores autem Alexandrini v. 44. sic exhibent, κ' ἐλάλησε μωυσῆς πάντας τὰς λόγους ℔ νόμου τούτου, quasi* התורה הזאת, *aut νόμῳ potius sumitur ut solent Musici, εἰς τὰ ὕτα ℔ λαοῦ, αὐτὸς κ' ἰησοῦς (sic & Samarita, Judæus vero* הושע *ὡσίας) ὁ ℔ ναυῆ. Hæc inquam οἱ ὁ'. à v. 24. capitis præcedentis. Inde Doctor priscus in Siphra hunc in modum commentatur f. 54.* והיה משה וישראל מגביהם ראשם לשמוע קול דבריו של יהושע. *Præterea Pharisæi propter Oraculum Num. c. 27. 20.* ונתת מהור לך עליו, Imperties Josue de decore tuo, *hunc Lunæ instar, Moysen tanquam Solem inter Israelitas effulsisse jactant ex adagio vetere, T. Bab.* Baba batra f. 75. פני משה כפני חמה פני יהושע כפני לבנה. *Ubi Glossator perite verecque,* שתרי יהושע היה גביא וכלך כמשה ולא יכול להגיע לכבודו. *Item* Baba cama f. 92. b. *declarant Doctores* μετὰ σοφίας tranftuliſſe Spiritum Sanctum, *i. e.* majeſtatem & ſapientiam *è Scholio*, à ſe in caput Joſue. *Ubi Jarchius,* מלא חכמתו בעין יפה. *Ita & Siphra f. 50. ad Num c. 27 18, 20.* קח לך את יהושע בן נון אין לך אלא לקיחה ומורה בהוריות משיבו רוח הקודש למשה חן לו מתורגמן ליהושע והוא שאל ורורש. *Et mox, v. 22.* ויקח משה את יהושע ויעמד אותם לפני אלעזר הכהן. *Hæc maxime ſpectat nota plane Rabinica Hieronymi noſtri* Manſione extrema. Jeſus Moyſi in monte ſuccedit, & diſcita Lege, quæ ſpiritualiter offerre debeat in Eccleſia. Primum, quid per ſingulos dies: deinde quid Sabbato, quid in Calendis, quid in Paſcha, quid in Pentecoſte, quid Neomenia menſis ſeptimi, quid in Jejunio ejuſdem menſis die decimo, quid in Scenopegio decimo quinto die dicti menſis. *Quaſi doctiſſimus Presbyter olim legiſſet acroama* Synhedrin *Babylonii, quod hoc compendio refert* Siphra f. 60. d. למה נסמכה פרשת יפקור יהוה לפרשת הקרבנות מלמד שאמר לו הבה" למשה ערך שאתה מפקדני להפריד עליהם איש פקור שלא ימרו בי ושלא ימידו את כבודי. *Pariter Criticus quidam Judæorum,* פלמה מארת משה והוקר חסדי יהושע מאה מזל עליה מן אלתפסיר. *Denique quis neſcit apophthegma Phariſaicum initio* Abot, משה קבל התורה מסיני ומסרה ליהושע, *unde pendet ipſa ratio ac momentum* τ̃ δευτερώσεως, *unde Rabiniſmus.* BERN.

t Τεκμηρίῳ] *Epiphanius* temere, ἀξιοῖεν τεκμηρίῳ χρώμενοι. Laudat enim Flavius jus illud valde eximium & familiæ Aaronicæ honorificum, Num. c. 27. 21. ועל פיו יצא, κ' ἐπὶ τῷ ῥήματι αὐτοῦ (ἐλεαζὰρ φησὶ ℔ θεσπίσαι εἰς μάχην) ἐξελεύσονται, κ' ἐπὶ τῷ ῥήματι αὐτοῦ εἰσελεύσονται αὐτὸς (ἰησοῦς) κ' οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ὁμοθυμαδὸν, κ' πᾶσα συναγωγή. Quinimo fœdere Gabaonitico satis sensit ipse Imperator c. 9. 14. suæ historiæ, quam imprudenter Oraculum Pontificale neglexerat. BERN. Id est, signo ex sanctissimo illo oraculo *Urim & Thummim* capto, quod describitur *Num.* c. 27. v. 21. Hac de re *Schotanus* in *Bibliotheca Historiæ Sacræ*, tom. 2. p. 345.

v Προεφήτευσε] *Baſ. & Gen.* multum tribuentes Joſue. Verum *Epiphanius* legerat προεφ. ℔ κ' ἰησοῦς μωυσέως παρόντος. ὁ ℔ μωυσῆς πάντ' ὅσα ποιήσειν. *Big. & Samb.* προεφ. ℔ ἰησοῦς μωυσέως παρόντος. ἔπειτα πάντ' ὅσα ποιήσειν. *Hen. & Busb.* προεφήτευσέ τε κ' ἰησοῦς μωυσέως παρόντος. ἔπειτα πάντ' ὅσα ποιήσειν. Quid si isthæc alternemus, προεφήτευσε ℔ κ' ἰησοῦ μωυσῆς παρόντος. ἔτι πάντ' ὅσα &c. BERN. Ita cum *Baſ. & G.* niſi quod diſtinxerim poſt ἔτι, & κ' addiderim. *Epiphanius* legerat πρ. ℔ κ. ι. μ. παρόντος. ὁ ℔ Μωϋσῆς πάντ' atque ita edidit *Caſtalio*, niſi quod κ' ὁ Μωϋσῆς habeat pro ὁ ℔ Μωϋσῆς. in quinque *MSS.* (*Coll. Voſſ. & Big.*) πρ. δ. κ. ι. μ. παρόντος. ἔπειτα πάντ' ὅσα ποιήσειν [ποιήσειν *Big. & Samb.*] ὑπὲρ &c. Quid ſi (inquit *Bern.*) isthæc alternemus, πρ. ℔ κ' Ἰησοῦ Μωϋσῆς παρόντος. ἔτι πάντ' ὅσα &c.

x Σωτηρίας] Aliter paulo *Big. Samb.* & *Epiph.* σωτηρίας ἔν τε πολέμοις κ' κατ' εἰρήνην· νόμους τε συντεθεὶς κ' τ̃ τ̃ πολιτείας κόσμον συμπορίζων ἀναλογιζόμενος προεῖπεν, ὡς δηλώσειεν αὐτῷ ὁ θεὸς, ὅτι &c. Ibidem *Busb.* & *Hen.* breviter μωϋσῆς προεῖπεν ὅσα συμβήσεσθαι ἔμελλε τῷ ἔθνει. Burius noſter mutavit μεθοδικὸν in συμπορίζων. BERN.

y Συντεθεὶς] Συνθεὶς. COCC.

z Τὴν πρὸς αὐτὸν] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* τὴν αὐτὸν θρ. *Baſ.* τὴν αὐτῆ θρ. *Gen.* τὴν αὐτῶν θρ. edidit *Caſtalio*, atque ita legendum eſſe conjecerat *Burius.*

a Πόλεις,] Τὰς πόλεις *Vat.*

b Καὶ τ̃ ναὸν] Typographi priores manu cæca, κ' τ̃ ναὸν καταρχιθῆναι, κ' καταρραθέντας. Certe à Nabuchodonoſoro, Antiochorum Illuſtri, T. Veſpaſiano, atque demum ab Ælio Hadriano patratum novimus; quicquid de gente ingrata tamdiu

"venditi hominibus ſervirent, nullam ex calami-
"tatibus eorum miſericordiam capturis, ipſos au-
"tem, cum hæc paterentur, fruſtra pœniten-
"tiam acturos eſſe. Deus tamen, qui vos crea-
"vit, civibus veſtris & urbes & Templum red-
"det. Fore autem amiſſionem eorum non ſemel,
"ſed ſæpe.

Moyſes, abs rebus humanis aſcenſurus, addit animos Joſue de Chananæa ſubigenda, totique genti benedicit. Tum etiam carmine Deum celebrat. Deut. c. 31. & 32. & 33.

47. [1] Tum Jeſum cohortatus ad exercitum in Chananæos educendum, utpote Deo conatus ejus omnes adjuvante, & univerſæ multitudini bene ominatus, "quoniam, inquit, ad majores noſtros "diſcedo, & Deus hanc mihi diem diſceſſus ad "illos præfinivit, gratias quidem illi vivus adhuc "& apud vos præſens me habere profiteor, cum "pro veſtri cura, quam non ſolum pro malorum "veſtrorum depulſione geſſit, ſed & bonorum do-"natione; tum quod mihi opitulatus eſt laboran-"ti, & in magna animi ſolicitudine verſanti pro "veſtrum in melius mutatione, ſeque nobis in o-"mnibus propitium præſtitit. potius autem erat i-"pſe qui & nobis ad ea aggredienda præivit, & exi-"tus largiebatur *felices*, me duce vicario utens, & "miniſtro beneficiorum, quibus populum veſtrum "afficere voluit. Pro quibus æquum eſſe exiſtima-"vi, ut Dei potentiam, cui etiam in poſterum vos "curæ eritis, decedens prius collaudem: & ipſe "utique hanc gratiam debitam ei reddens, vobiſ-"que *illud* in memoria relinquens, quod vobis con-"venit eum venerari & honorare, & leges, o-"mnium, quæ vobis dedit & propitius manens ad-"huc daturus eſt, munus pulcherrimum, *conſtan-"ter* ſervare. Equidem *noſtis* quam gravis hoſtis "ſit etiam homo legiſlator, dum leges ei lædun-"tur & temere ſpretæ jacent. Nolite autem Deum "vobis ob leges neglectas ſuccenſentem experiri, "quas ipſe conditor vobis dedit.

Genti univerſæ oboritur ploratus. Deut. 38.

48. Hæc autem Moyſe ad vitæ exitum loquuto, & futura etiam unicuique tribui cum fauſtis omi-

[c] πραθέντας δηλοῦσιν ἀνθράσιν ὀδένα λήψομένοις οἶκτον
"ἐπὶ τ συμφοραῖς αὐτῶν, μεταγνόντι δ' αὐτὰς ἐπὶ μη-
"δενὶ χρησίμῳ ταῦτα πάσχοντας. ὁ μέντοι Θεὸς, [d] ὁ κτί-
"σας ὑμᾶς, πόλεις τε πολίτας ὑμετέροις ἀποδώσει κ τ
"ναόν. ἔσεσθ δ τῶν τότων ἀποβολὴν οχ ἅπαξ, [e] ἀλλὰ
"πολλάκις.

μζ'. [f] Παρορμήσας δ τ Ιησοῦν ἐπὶ τὰς Χαναναίας
στρατιὰν ἐξαγαγεῖν, ὡς θεῷ συνεργοῦντ ὅις ἂν ἅπι-
χειρήσῃ, κ πᾶσαν ἐπιφημήσας τῷ πληθύν, "[g] ἐπεὶ,
"φησὶ, πρὸς τοὺς ἡμετέρους ἄπειμι προγόνους, [h] κ θεὸς
"τοῦδε μοι τοῦ ἡμέρου τ πρὸς ἐκείνους ἀφίξεως ὥρισε,
"χάριν μὲν αὐτῷ ζῶν ἔτι κ παρὼν ὑμῖν ἔχειν ὁμολογῶ
"προθυμίας τε τ ὑπὲρ ὑμῶν, ἣν οχ ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς
"μόνον τ [i] ἡμετέρων ἐποίησατο κακῶν, ἀλλὰ κ δωρεᾶς
"τ κρειττόνων· ὅτι τε πονοῦντί μοι [k] κ κ' πᾶσαν ἐπί-
"νοιαν δ ἐπὶ τὸ βέλτιον ὑμῶν μεταβολῆς φροντίδα λαμ-
"βάνοντι σωηγωνίσατο, [l] κ παρέχειν ἐν ἅπασιν αὐτὸν
"ἑμενῆ ἡμῖν. μᾶλλον δ' αὐτὸς ἵν' ὁ κ τῷ ἀφίγησιν
"αὐτῶν δίδᾳς, κ τὰ τέλη χαιρίζομέν, ὑποστρατήγῳ
"χρώμενός [m] μοι, κ ὑπηρέτῃ ὧν τ ὑμέτερον λαὸν διερ-
"γετεῖν ἠβούλησεν. [n] ἀνθ' ὧν προθυμηθῆναι τῷ θεῷ
"δυνάμιν, ᾧ μελήσῃ κ πρὸς τὸ μέλλον ὑμῶν, ἀπαλ-
"λαττόμενον καλῶς ἔχειν ἡγησιμίαν· αὐτός τε τούτῳ
"ὀφειλομένην ἀμοιβὴν ἀποδιδὰς, κ [o] καταλείπων εἰς
"μνήμην ὑμῖν, τὸ σέβειν τε κ τιμᾶν προσήκειν τοῦτον
"[p] ἡμῖν, κ τοὺς νόμους [q] πάντων, ὧν τε παρέχηκε κ
"μένων εὐμενὴς ἔτι παρέξει, δώρημα κάλλιστον φυλάτ-
"την. ὡς [r] δεινὸς μὲν ἐχθρὸς κ ἄνθρωπ νομοθέτης,
"ὑβριζομένων [s] αὐτῷ τ νόμων κ μάτην κειμένων. θεῷ
"δ μὴ προσθείητε χαλεπαίνοντ ὑπὲρ ἀμελημένων
"νόμων, ἃς αὐτὸς γνησίους ὑμῖν ἔδωκε.

μή'. Μωϋσέως δ ταῦτα πρὸς πλῆθος βίᾳ φήσαν-
τ, κ μετ' εὐλογίας ἑκάστῃ τ φυλῶν προφητεύσαν[t] τος

diu præſagierat Moyſis pectus ſanctum & ſapiens. Ut Deut. c. 28. à. v. 48. & à v. 24. c. 29. Præ cæteris vero jam verſabantur ob animum Flavii illa omina Deut. c. 31. 16, 17, 20, 21, 27, 29. necnon carminis graviſſimi verſus 20, 22, 26, 35, 43. BERN. Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* in *Vat.* & *Editis* κ τ νεὼ καταπεμφθῶσιν.

c Πραθέντας] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* καταπραθέντας in *Editis*. Certe id patratum novimus, quicquid de gente ingrata præſagierat Moyſes: ut *Deut.* c. 28 v. 48. & c. 29. v. 24. Præ cæteris vero jam *Joſepho* ob animum verſabantur illa omina *Deut.* c. 31. v. 16. uſque ad v. 43.

d O κλίνας ὑμᾶς,] Ita *Big. Samb. Baſ.* & *Gen.* Tum etiam *Epiphanius*, ὁ μὲν τοι θεὸς, φησὶν, ὁ κλίνας ὑμᾶς. Libenter emendarem ὁ μὲν τοι θεὸς οἰκτίσας ὑμᾶς, *quare miſertus veſtri Deus*: niſi paulo infra itidem inculcaſſet, ἀμελημένων νόμων ἃς αὐτὸς γνησίους ἔδωκε. Vel, ut cecinit vatum ſummus c. 32. 6. הלא הוא אבין קנך הוא עשך ויכננך, οὐκ ἔτός σε πατὴρ ἐκτήσατό σε κ ἐποίησέ σε κ ἔπλασέ σε. BERN. Οἰκτίρας ſolus *Vat.* atque ita emendarem, inquit *Bern.* niſi paulo infra itidem inculcaſſet, ἀμελημένων νόμων ἃς αὐτὸς γνησίους ἔδωκε.

e Ἀλλὰ πολλάκις.] Nam hoc unicum Rabbini pro hæreditate nepotibus ſuis relinquunt, obſtinato ſperare. BERN.

f Παροξύνας] Ita *Big.* & *Samb.* in *aliis* παρορμήσας & παρομήσας.

1. *Tum Jeſum cohortatus ad exercitum in Chananæos educendum,*] *Moyſes denique abs rebus humanis protinus aſcenſurus*, [*nam mortis ſuæ diem noverat*) *addit animos Joſue de Chananæa ſubigenda, totique genti ſolenniter benedicit. Tum etiam carmine longe optimo, quod inter mortales unquam conditum, Deum Maximum Optimumque concelebrat. Leges hæc Deut. c. 31. & 32. & 33. Jus Moſaicum δῶρον κάλλιστον poſt Evangelium Jeſu Chriſti; qui & illud obſervavit, ac vita ſua ſolus Hebræorum integre expreſſit.* * *Poſtremo ad animoſum & grande illud Epiphonema Legiſlatoris, ἀτρέμα ἰοεσὰ μεὶ καμῶκα, Deut. c. 33. 29. ſtatim oboritur ploratus nationis univerſæ. Quinvero virum conſtantis ſatis animi, jamque à ſeculo properantem lamentis ſuis aliquantum morantur, & ſecum miſcere lacrymas cogunt. Unde eum ſcripſiſſe confingunt Talmudici caput ultimum Legis* בדמע *ſtillis oculorum ſuorum. Tum populo ſe forte continente, ad montem Abarin, qui trans fluvium imminet Jerichunti, ipſum deducunt Senatus cum Eleazaro Joſueque. Mox dimiſſis cæteris, dum in clivo Pontificem & Imperatorem vir Divinus amplexu oſculiſque impertiret & valediceret, nube repente circumfuſa, in convallium quandam abripitur & ſepelitur. Quippe tam ſanctum & præclarum virum hinc fuiſſe virum ad ſuperos tranſlatum & inſertum, ne forte crederemus, de morte ſua in S. Pentateucho ipſe dixerat vel decies, ut Johannes Deuterotarum gloria ſupputavit, Num. c. 20. 12. c. 27. 14. Deut. c. 1. 37. c. 3. 24. & c. 4. 21. & c. 31. 2, 14. & c. ult. 1, 2, 3, 4, 5. Id tamen patrabant Nebuntis accolæ Idumæi, ſepulchri licet Moſaici ignari, idolo vultus radioſi, πυρράκτε μ, inquit Artapanus, κ κομήτε. Παραπλ γὰρ, ſic Philo, τ μωυσέα κ' τ θ θνατὰ αὐτῷ καιρὸν κ τάδε κ' ῥῆσιν (credis?) πρὸς τ λαὸν λέγοντα. Ἀνδρὶς σεμνύνωμαι, ἐπεὶ τῷ θεῷ συνὼν ἤδη κ τῷ γήρᾳ· χρόνον μὲν, ὑνομίσθην, οὐ μὲ δ ζῆν ἀπελθεῖν, ὑπολείπομαι κ νῦν τὰ διὰ τέλους πρὸς ὑμᾶς. ἀπειμι δ' αὐτὸς χαίρων ἐπὶ τοὺς ὑμετέρους ἀγαθοὺς, προθυμούμενος δ' αὐτῷ, ᾗ ἔμαθεν ἀθανατίζων, πάντες ἐπόνθ δεδακρυμένοι. ἀπαναζομένη δ αὐτῷ κ τ ἐλεάζαρ κ τ Ἰησοῦ, κ προσομιλοῦντ αὐτοῖς ἐπ δ ὄχους δ ἀέρα, νέφος αἰφνίδιον ὑπὸ αὐτῷ στὰν [Ita ſane in montibus Sineo Itaburioque aliquando contigiſſe certius ſcimus] ἀφανίζ καθ' τινα φάραγγ. Iterumque Glycas p. 160. ἀφεὶς λοιπὸν κ τὰ δ ἱστόρηκε. κ γὰρ ἀληθὲς ὀργὴ, *Deut.* c. 32. 49. ἐτελεύτησεν ὁ μωυσῆς, ᾗ μὴ ἀλλὰ γῆρας, ὡς σημαίνει φησὶν. Petirat Moſeh & Debarim Rabba *adhuc cauſam tertiam injiciunt p.* 51. *propter Ægyptium à Moyſi zelota olim trucidatum.* BERN.

g Επεὶ, φησὶ,] Ἰδοὺ φησὶ ſoli *Busb. Hen.* & *Zonar.*

h Καὶ Θεὸς] Καὶ ὁ Θεὸς *Vat.*

i Ημετέρων ἐποιήσατο] Υμετέρων legerat (quod & vult *Cocc.*) *Vet. Interpr.*

k Καὶ κ' πᾶσαν] Ita in *Ed. Genev.* κ κ' πᾶσαν ἐπὶ νῦν *Baſ.* & *Vat.* κ κ' πᾶσαν ἐπινοῆσαι *Big.* κ πᾶσαν ἐπινοῆσαι (*Voſſ.*) *Samb.*

l Καὶ παρεχειν] Καὶ παρέχειν ἅπασιν ἑαυτὸν ὑμῖν ἑμμενῆ *Big.* & *Samb.*

m Μοι, κ ὑπηρέτῃ] Ἐμοὶ *Samb.* & *Vat.*

n Ανθ' ὧν] Ανθ' ὧν ἁπάντων προσθυμηθῆναι legerat *Epiphan.* ὧν προσθυμηθῆναι *Samb.* & *Vat.* HUDS. Fortè προσθυμηθέντας. COCC.

o Καταλείπων] Lege καταλιπὼν. COCC.

p Ημῖν,] Υμῖν ſoli *Samb.* & *Epiphan.*

q Πάντων,] Ita *Vat. Samb.* & *Vet. Interpr.* τιμᾶν πάντων ὅντε *Big.* τιμᾶν ὄντε *Baſ.* & *G.*

r Δεινὸς μὲ] Δεινὸν *Big.* & *Samb.*

s Αὐτῷ τ νόμων] Eleganter. αὐτῶ *Gen.* contra cæteros. Hoc autem Tmema & præcedentia quædam ita contraxit in Annalibus ſuis Zonaras. μωυσῆς δ πολλὰ παραινέσας, κ νόμους δὺς ἐν βίβλοις κ τ σφετέρας πολιτείας διάταξιν, κ στρατεύσας κ' τ ἀμαληκιτῶν στελλάρχ, ὥσὲ τ φυλακῆς τε τ νόμων ὅρκοις ἀπαγτήσας αὐτὸς, κ τ δημαγωγὸν Ἰησοῦν καθιδρύσας ἐπὶ τὰς χαναναίας στρατεῦσαι· ἰδὺ φησὶν, πρὸς τοὺς ἡμετέρους ἄπειμι προγόνους, τῷ δὲ μοι δῆ τῷ ἡμέραν τ πρὸς ἐκείνους ἀφίξεως ὥρισεν ὁ θεός. BERN. Ita *Samb. Vat.* & *Baſ.* αὐτῷ *G.*

t Τὰ

[c] πᾶ ϗ ἡμησόμενα, τὸ πλῆθ@ εἰς δάκρυα πρέπεσεν· ὡς ϗ τὰς γυναῖκας [v] στερνοτυπουμένας ἐμφανίζειν τὸ ἐπ' αὐτῷ τεθνηξομένῳ πάθ@. ϗ οἱ παῖδες ἢ θρηνοῦντες ἔπι μᾶλλον, ὡς ἀσθενέστεροι κρατεῖν λύπης, ἐδήλουν ὅτι τ ἀρετῆς αὐτ ϗ μεγαλουργίας παρ' αὐτῶ τῶ ἡλικίαν σωίεσαν. ἰῶ ἢ κατ' ἐπίνοιαν τοῖς τε νέοις ϗ πρεσβυτέροις ἔστιν [x] ἄμιλλα τ λύπης. οἱ μὲν γὰ εἰδότες οἵᾳ [y] στρατηγ κηδεμόν@, πρὸς τ μέλλοντ@ ἀπορῶσιν· τοῖς ἢ ϗ πρὸ [z] τότ τὸ πένθ@ ἰῶ, ϗ ὅτι μήπω καλῶς τ ἀρετῆς αὐτ [a] γευσάμενοις ὑπολείπεσθαι συμβαίνειν αὐτ. τῶ δ' ὑπερβολῶ τ ἔξ πλήθους οἰμωγῆς Ϲ τ ὀδυρμῶν [b] τεκμήροιτ' ἄν τις ἐκ ἔξ συμβάντ@ τῷ νομοθέτῃ. κἀ γὰ πεπεισμέν@ ἅπαντα τῷ χρόνῳ [c] μὴ δεῖν ὅτι μελλήσῃ τελευτῆ καταφεῖν, ὡς κ' βίᾳ βλήσειν αὐτὸ παρὰ θεσ ϗ [d] νόμον, ὅτι τοῖς ὑπὸ ἔξ λαοῦ περαθεμένοις ἐνικήθη δακρῦσαι. [e] παρουσιάζοντ' δ' ἔνθεν ἔμελλεν ἀφανισθήσεσθαι, πάντες εἵποντ' δεδακρυμένοι. ϗ Μωϋσῆς τὰς μὲν πόρρω τῆ χειρὶ κατασείων μένειν ἠρεμοῦντας ἐκέλευε· τὰς δ' ἔγγιον λόγοις παρεκάλει, μὴ ποιεῖν αὐτῷ [g] δακρυστὸν τὸν ἀπαλλαγὸν ἐπομένους. οἱ ἢ ϗ τοῦτ' αὐτῷ χαρίζεσθαι κρίνοντες, τὸ κ' βίᾳ σιν ἀπελθεῖν αὐτῷ τὸν ἰδίαν ἐφεῖναι, κατέχουσιν [h] αὐτὰς ἐν ἀλλήλοις δακρύοντες. μόνη δ' ἡ γερουσία πρέπεμψεν αὐτὸν, ϗ ὁ ἀρχιερεὺς Ελεάζαρ@, ϗ ὁ στρατηγὸς Ιησοῦς. ὡς δ' ἐπὶ τῷ ὄρει [i] τῷ Αβαρεῖ καλουμένῳ ἐγένετ· τοῦτ δ' ὑψηλὸν Ιεριχοῦντ@ [k] ἀντικρὺς κεῖται, γῆν ἀρίστην τ Χαναναίων ϗ πολείσην [l] παρέχον τοῖς ἐπ' αὐτὸ καταβῆναι· ἀπέπεμπε τῶ γερουσίαν. ἀσπασαμένη ἢ ϗ τ Ελεάζαρον αὐτὸ ϗ Ιησοῦ, ϗ προσομιλοῦντ@ [m] αὐτοῖς ἔτ, νέφος [n] αἰφνίδιον ὑπὲρ αὐτὸ στάντ@, [o] ἀφανίζεται κατά τιν@ φάραγγ@. γέγραφε δ' [p] αὐτὸν ἐν τ ἱεραῖς βίβλοις τεθνεῶτα, δείσας μὴ δι' ὑπερβολὴν τ περὶ αὐτὸν ἀρετῆς πρὸς τὸ θεῖον αὐτὸν ἀναχωρῆσαι τολμήσωσιν εἰπεῖν.

nibus vaticinato, in lachrymas prorumpit multitudo, ita ut etiam mulieres pectora tundentes dolorem ob eum moriturum oſtenderent. Quin & pueri magis etiam plorantes, ut qui ad ægritudinem comprimendam imbecilliores, declarabant ſe virtutem ejus rerumque geſtarum magnitudinem, ſupra quam ætas illa fert, intelligere. Erat autem ex animi ſenſu juvenes inter & grandiores doloris certamen. Hi enim ſcientes quali duce & præfecto orbarentur de futuro plorabant: illis vero & de eodem luctus erat, & quod ab eo, virtute ejus nondum bene guſtata, deſtitui acciderit. Licet autem alicui populi luctus & lamentationis magnitudinem ex eo conjicere quod Legiſlatori accidit. Quamvis enim per omnem vitam perſuaſiſſimum habuit, non oportere *quenquam* mœrore dejici ex interitu futuro, ut qui id ex voluntate Dei & naturæ lege pateretur, ea tamen quæ à populo fiebant ei fletum extorſerunt. Cum autem inde eò proficiſceretur, ubi erat è conſpectu evaniturus, cum lachrymis omnes ſequebantur. Ac Moyſes jubebat, ut qui longiùs quidem aberant quieti manerent, manu *id* innuens: propiores autem verbis hortabatur, ne eum proſequendo deceſſum ſibi lachrymabilem facerent. Illi vero etiam hoc ei concedendum eſſe exiſtimantes, ut eum arbitratu ſuo è vita diſcedere ſinerent, cohibent ſeipſos inter ſe collachrymantes. Solus autem ſenatus eum, deduxit, & Eleazarus pontifex, & Jeſus imperator. Ut vero in monte Abari vocato conſtitit (is autem excelſus è regione Jerichuntis ſitus eſt, aſcendentibus eum Chananæorum terram optimam & ampliſſimam præbens deſpiciendam) ſenatum dimiſit. Interea vero, dum Eleazarum & Jeſum amplecteretur, & adhuc cum eis ſermones conferret, *mox*, nube ſubito ſupra eum ſe demittente, videri deſiit, in vallem quandam abreptus. In Sacris autem libris ſcripſit ſe mortuum eſſe; veritus ne dicere auderent, ſe propter virtutis ejus magnitudinem ad Deum diſceſſiſſe.

49. [1] Vi-

[t] Τὰ ϗ ἡγησόμενα,] Τὰ ἡγούμενα *Big.* & ſecunda manus *Samb.* Nam prior appoſuerat τὰ ϗ ἡγούμενα, ſicut *Baſ.* & *Gen.* excuſum. *Epiphanius Schotanuſque* τὰ ἡγησόμενα, *futura.* Conſulendus & Uzielides cap. ultimo Legis. Legerat enim Flavius de eo vaticinio ſublimiter diſſertantem Philonem p. 696. ἐπειδὴν τὸν σύνδεσμον λύσειεν ἥμερον εἰς ὕφορον τέμενος, ϗ τ ἔνθεν ἀπολιπὼν βίον ἀπαθανατίζοι· μεταλλαγεὶς ὑπὸ πατρὸς, ὃς αὐτὸν ἐνέφυσε σῶμα ϗ ψυχὴν εἰς μονάδ@ ἀνεσοιχειοῦτο φύσιν, ὅλον δ' ὅλων μεθαρμοζομέν@ εἰς τὸν ἐλιοειδέσθον. τότε δὴ καθοχιεῖς, οὐκέτι συλλόγοις ἀθρόῳ πανὶ τῷ ἔθνει θεατίζειν ἔοικεν, ἀλλὰ ϗ κ' μέρ@ ἑκάστη φυλὴ τοὺς μέσους ϗ ἡγεμόνας αὐθις ἀπεκνεομένη. οὐ τοι μὰ ἤδη συμβέβηκε, τὰ ἢ πρόδηλα. διότι πίστις τ μεῖζον ἢ τ προγεγονότων τελείωσις. ἥμισυ γὰ ἀφιερώσεις ϗ τοῖς ἀορίστοις ϗ μάλιστα ὁ τοῖς μητρῴοις ἡμέραις, ϗ βαλσαμάτων πολυτρόποις ἰδέαις, ϗ τ πρὸ τ βίου ἐπιτηδευμάτων ἀμυθήτοις ἀφορμαῖς, ὅσπερ τινα κλῆρον ἀφιερωλὼ λόγων ϗ χρησμῶν σύρειν. BERN. Ita placuit edere cum *Epiphanio* & *Caſtalione*, probante *Schotano*. τὰ ϗ ἡγούμενα in *Editis*. τὰ γινόμενα *Big.* & *Samb.* à manu ſecunda. Videſis *Philonem*, p. 696.

[v] Στερνοτυπουμένας] *Baſ. Gen. Busb.* & *Hen.* στερνοτυπουμένους *Big.* & *Samb.* Proba ſunt omnia hæc, & tertium στερνοκτυπουμένας: Attica etiam omnia. BERN. Στερνοτυπουμένας *Vat. Big.* & *Samb.*

[x] Αμιλλα τ λύπης.] Ita *Samb.* Atticorum more. leniter efferunt *reliqui.*

[y] Στ ρατιᾶ κηδεμόν@,] Στρατιᾶς *Samb.*

[z] Τότε τὸ πένθ@] Τῶτο πένθ. *Vat.*

[a] Γευσαμένοις] Γευσαμένοι, ὑπολιπέσθαι *Samb.* γευσαμένοι ὑπολιπεσθαι *Big.*

[b] Τεκμαίροιτ'] Ita *Big. Samb. Epiph. Burius*, (*Cocc.*) *Schotanuſque.* in *Editis* τεκμαίρεται, aſſentiente *Caſtalione.* τεκμήραιτ' rectius *Hen.* & *Busb.* BERN. & HUDS.

[c] Μὴ δεῖν] Sic *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & forſan *Vet. Interpr.* vel μὴ δεῖ τινα. In *Editis* μηδέν.

[d] Νόμον,] *Gen. Big.* νόμων *Baſ.* manuſque prior *Samb.* νόμῳ *Epiph.* cenſorque cod. *Samb.* Cuncta illa ſenſum commodum ferunt. Præſtant etiam correctione Cl. Boſii θεῦ κ' φύσεως νόμου. BERN.

[e] Παρουσιάζοντ'] Παρουσιάζων in *Editis.*

[f] Δ' ἔνθεν] Δ' ἐντεῦθεν *Samb.*

[g] Δακρυστὸν] Ita *Big.* εαρυστὸν τὸν ἀπ. *Samb.* & *Vat* δακρύειν τὸν ἀπαλ. *Hen.* & *Busb.*

[h] Αὐτὰς ἐν ἀλλήλοις] *Hen.* & *Busb.* ἑαυτὰς. *Epiphanius* abunde, ἑαυτὰς ἐν ἄλλοις δακρύοντες, ϗ ἀπιόντα ὀφθαλμοῖς ἀμφεβόλοις ἐ φορῶντες. BERN.

[i] Τῷ Αβαρεῖ] *Samb. Busb.* & *Hen.* ut τῷ γαιαζεῖ. *Baſ.* & *Gen.* τῷ ἀβαζεῖ, ab Hebræo עברים הר הנבו, aut juſte הר העברים ἀβαρείμ. Græce diceretur τὸ πέραιον, mons Jordani imminens ad *Trajectus.* Latiſſime enim fugerat Jordanes hinc inde ab Arca Domini pæne in maria Galilæum Mortuumque; unde appellantur numero merito αἱ ἀμφάσεις, הינברים, ubi trajecerant copiæ Hebraicæ. Plures etiam הרי יערים viſuntur in Moabitide: heic autem præſertim indicatur clivus *Phaſga*, ſive ut Reubenitæ maluere *Nabo*, qui Moyſen mortalibus abſtulit, ſuaviſſimæ urbium Jerichunti præter flumen oppoſitus. BERN. Ita *Samb. Busb.* & *Hen.* τῷ Αβαρεὶ *Baſ. G. Aliique.*

[k] Αντικρὺς κεῖται,] Κατ' ἀντικρὺ κεῖται *Big. Samb.* & forte *Epiphan.* ἀντικρυς κεῖται *Baſ. Gen. Busb.* & *Hen.* BERN.

[l] Παρέχον τοῖς ἐπ' αὐτῷ] Ita *Big.* & *Samb.* παρέχων in *Editis*, *Aliiſque.*

[m] Αὐτοῖς ἔτι,] *Busb.* αὐτοῖς ἔτι. *Samb.* ἔτι duntaxat. Tres alii cum *Hamartolo* & *Epiphanio* αὐτοῖς ἔτι. BERN.

[n] Αἰφνίδιον] *Baſ. Gen. Glycas* & *Hamartolus.* αἰφνίδιον ὑπὲρ αὐτὸν *Big.* (*Vat.*) & *Samb.* αἰφνιδίως ὑπὲρ αὐτῷ *Busb.* & *Hen.* Subjicit tamen *Michael Siculus*, ὁ μὲ ἱσοπικὸς ἐστι, ὅτε μυθολογῶν ὕστω φαίνε. Iterumque ille p. 160. ἄφοις λοιπὸν ϗ τὰ ἱστόρια. ϗ γὰ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐργῷ ἐτελέσθη ὁ μωυσῆς· ὁ μὲν ἀφ' ὑψηλοῦ, ὡς αὐτὸς φησιν. BERN.

[o] Αφανίζε] Prudenter hæc *Flavius.* nam, ut *Glycas* poſt *alios* adnotat, ὁ συγχωρεῖ ὁ Θεὸς τῷ αὐτῷ τελεσθῆναι ἡμέρας καθ' ἡλον, ἵνα μὴ τὰ ὄπισθεν ὑπόνοιαν λαβόντες οἱ τ μόχον προσκυνήσωσιν αὐτά. Videſis *Allatium* ad *Euſtathii* Hexaëm. p. 310.

[p] Αὐτὸν ἐν ταῖς ἱεραῖς] *Busb. Hen. Baſ. Big.* & *Samb.* At vero eodem animo, γέγραφε δ' αὐτὸν *Gen. Burius*, *Geleniuſque.* γεγράφασι δ' αὐτὸν, ἵνα μὴ, *Zonaras* percaute. Epiphanius etiam ita acceperat verba Flavii. Hunc itaque Archæologum forte an ſeduxit ars Philonis, cujus ſub calamo grandeſcunt omnia, colliculique in magnos aſſurgunt montes. Quippe ex tota vita Legiſlatoris, præter alia argumenta utriſque uſurpata, facile intelligas quantum à Joſepho diſtat Philo, à ſcriptore prudenti ac docto Sophiſta Alexandrinus, qui eloquentia Iſocratis, & Philoſophia Peripatetica ignorantiam ſuam ſermonis, rituum, reliquæque plurimæ eruditionis Hebraicæ, Judæus licet, paſſim redimere contendit. Ait ergo ille de ultimo capite Legis, quod doctores, ex Judæis quam Chriſtianis,

Eſdræ

Moyses obiit primo die mensis Adari, anno XL. *ab exitu ex Ægypto.*

49. [1] Vixit autem omnino tempus viginti & Esdræ vel Scribæ consimili post Moysen tribuunt, atque simul τὸ κύμβρον probe demonstrat: θαυμαστιώταζον ἢ τὸ τέλος τ ἱερῶν γραμμάτων. ἤδη γὰρ ἀναλαμβανόμενος ἐπ' αὐτὰς βαλίδιος ἐσως, ἵνα εἰς τ ἀρχαιον δρόμον ἀλανὴς διιπόμενος, καταπανσθεὶς ἐπιθειάσας ζῶν ἔτι, τὰ ὡς ἐπιθανὼν ἑαυτῷ προφητικῶς δεξιῶς, ὡς ἐτελεύτησε μήπω τ λόγιον σας· ὡς ἐτάφη μηδενὸς πυθομένου, δηλονότι χερσὶν ὑ θνητᾶις, ἀλλ' ἀθανάτοις δωκάμεσι. ὡς δεῖ σὺ τάξω τ προπατόρων ἐκπεδούθη, τυχὼν ἐξαιρέτε μνήμας, ὁ μηδεὶς εἶδεν ἀνθρώπων· ὡς σύμπαν τὸ ἔθνος αὐτὸν ὅλον μιᾶς δακρυρροῦν ἐπένθησε, ἴδιον ἢ κοινὸν πένθος ἐπιδεξάμενον ἕνεκα τ ἀλέκτε ἢ σοῦ ἕνα ἕκασον ἢ σοῦ ἅπαντας δύσεις ἢ κηδεμονίας. τοιοῦτος μὲν ὁ βίος τοιαύτη ἦ ἡ τελεύτη ἔ βασιλέως ἢ νομοθέτε ἢ ἀρχιερέως ἢ προφήτε μωϋσέως. ἀφ' τ ἱερῶν γραμμάτων (saltem ex interpretatione Græca) μνημονεύεται. Audi jam quid ex hoc paragrapho fecerit Johannes Annalista. τὸ ἦ πλῆθος ἐδάκρυε, ἢ ἐν ὁ θρῆνος αὐτῶν ἀποκλητος, ἢ τοιοῦτος ὡς ἢ αὐτὸν μωσεῖ σκνικηθῶαι τῷ πάθει, ἢ προειδεῖναι δάκρυα. προδυμίᾳ δ' ὅτι ἔμελλεν ἀφανὴς ἔσεσθαι, εἰποῦς πᾶσις κοπτόμενοι· ὁ ἦ τὰς μὲ πέρυσι τῷ χειρὶ καταστέων, μῆνι σκέλους. μόνη δ' ἡ γεροσία προῆπιμπτεν αὐτὸν, ἢ ὁ ἀρχιερεὺς ἐλεάζαρ, ἢ ὁ στρατηγὸς ἰησοῦς, ἕως ἐπὶ τὸ ὄρος ἦλθε καθαυ. ἐπὶ κορυφῇ φαργᾶ, ἣ ἐστι ἢ ἀπέναντι ἱεριχώ· ὅθεν ἔδειξε αὐτῷ κύριος τὴν γῆν. ἣν ἡμεῖς οἱ κληρονομήσαμεν οἱ μοὶ ἰσραήλ. ἐπὶ ἦ τὸ ὄρος τοῦτο ἐλθών, ὑψηλὸν τυγχάνον, τὴν μὲ γεροσίαν ἀπέπεμψε. τ δ' ἐλεάζαρ ἢ τ ἰησοῦν ἐπήγειρε ἢ προσομιλῶν αὐτοῖς, νέους ἀθρόον ἀπελαύειν αὐτὸν, ἐ χθὲς ἀφανὴς. γεγράφασι δ' αὐτὸν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τεθνεῶτα, ἵνα μὴ δι' ὑπερβολὴν τ περὶ αὐτὸν ἀρετῆς τολμήσωσί τινες εἰπεῖν ὡς ἀπτεθείη). Prudenter autem dixit Flavius de viro illo mortis quam vitæ admirandæ, ἀφανίζει) καθ' ὅν φάσκων. Nam ut Glycas post Basilium, Theodoretum, Procopiumque; aliosque adnotat, ὃ συγχωρεῖ ὁ θεὸς τῷ αὐτῷ τελευτῶν χθὲς καθάπαξ, ἵνα μὴ τὰ ὅσα σκεύη λαβόντες οἱ τ μαχον προσκυνήσωσιν, θεοποιήσωσιν αὐτά. BERN. *Al.* αὐτόν. A Josepho diversus abit Cl. *Huetius* in Dem. Evang. Pr. 4. §. 10.

q Τὸν πάντα] Τὸν ἁπαντα *Vat.*

1. *Vixit autem omnino tempus viginti & centum annorum:*] *Obiit vero Moyses Neomenia mensis Adari, qui respondet Dystro Macedonum, anno* XL. *famosissimæ Exodi, suique regiminis uno mense minus, qui luctui tanti Principis datus, ætatis suæ anno* CXX. *Vir ingenii incomparabilis, vultus angelici, prudens, facundus, affectuum suorum arbiter ac dominus, dux belli, quales paucissimi: Prophetarum plane summus, & dignissimus hominum apud Deum aut ad hos vice Dei fari, Dei familiaris, teste Pollione, quod est versu antepenultimo Legis,* אשר ידעו יהוה פנים אל פנים: *primus inter quinque Satrapas Christi triumphantis, imo Magni Messiæ simillimus Act.* 3. 22. *miraculorum pollentissimus artifex: Æthiopum forte, terror certe Ægyptiorum, Arabum, gentiumque Chananæarum: Scriptor antiquitate, fide ac sapientia longe celeberrimus. Legumlatorum Princeps & Canon: fons Theologiæ etiam Græcanicæ, Chronologiæ, Historiæ, Cosmographiæ,* Chron. Alex. *p.* 180. *& G. Syncell. p.* 143. *omnisque scientiæ: Judæorum denique, Samaritarum, Ethnicorum, Christianorum, Mahommedanorum, ac mortalium omnium, quotquot unquam ejus scripta legerint, desiderium & admiratio. Idem ἀνὴρ θεῖος εὐξαμένος ὀνομαστότατος, Eumenio laudante:* πρῶτος σοφὸς, *Eupolemo: quocum etiam Tabernaculum Dei deseruit Nubes Gloriæ, Rabbinis priscis adnotantibus Siphræ f.* 54 *b. Hunc equidem Principem ac Prophetam Christo solo minorem impense Flavius Josephus ambobus libris contra Grammaticum Alexandriæ: sed amplissime omnium hunc collaudavit in* Demonstratione Evangelica *doctissimus & pissimus Huetius, gloria magna Neustriæ. Hic ergo desinit* התורה, ὁ νόμος, *opus Pentateuchum Divini Moysis. De die emortuali tanti doctoris ductorisque unum Matthathiaden, virum studiosum veri, & ordinis Hieratici, & (præcipuum) in Archivis Ædis qui diu assederat, tot scholis vel seculis miserorum Rabinorum haud vereor anteferre. Præteribo igitur errorem Calendarii Seldeniani, ubi Legislatoris obitu notatur quintus dies Adari; præteribo pravum calculum correctionemque Petiti in Eclogis. Is enim hoc jejunium in Nonum Adari differt. Josephus, quod heic & supra vidimus, Calendis Adaris à rebus mortalium Moysen suum abstulit. Judæorum reliqui hebdomada aliam vivendi viro Dei concedunt. Quinimo vetustior multo fertur & receptior hæc ῥαδιοπαραδοσις, quam viri docti existimant, quamque omitti prorsus deceat. Diserta sunt in hac re, si genuina, quæ verba legimus in* Megillat Taanit: *nisi arbitrarer potius propter Gemaram Solymitariam ad Masictam* תענית *f.* 66. *a. aliaque ob argumenta, non multum veteris libelli laudatique Jurisconsultis Urbis hucusque servari, aut sub vetere titulo aliena, Hebraica scilicet; cum fragmenta indubia prisci istius voluminis dialectum Jerosolymitanam omnino ferant. Insuper in medio libello, ubi exponuntur calamitates, quæ dies anni obscurarant Judæis, ne verbum offendas de luctuosa morte Moysis. Docet autem Megilla* משנה, *verbis quidem Hebraicis interpolata* בשבעה באדר מת כשר רבינו, ז״ך ζ. ἀδάρῳ τίθνηκεν ὁ μωσῆς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν: *hunc adeo diem numerat ille libellus inter jejunia Legis ipsius* מן התורה, *non decreti Rabinici. Verum constat ex Talmudis utriusque Jeros. f.* 66. *a. & Bab. f.* 68. *idque* κατὰ τὸν ἀποδοθέντα τῇ ἀκύλᾳ, *& ex Iad, Samag, Arba turim, cæterisque Juris compendiis, Jejunia Catholica* תעניות לכל ישראל *fuisse duntaxat quatuor, suis temporibus definita à Zacharia vate c.* 8. 19. *Sed casubus eadem & infortuniis suis notata ab Hieronymo Asceta ad* διδασκαλοφρόνων, *ac si recens venisset è concessu Gemaristarum Solymitariorum, quibuscum sane diu ille versaverat. Instaurabatur igitur sex aut septem hinc seculis, post Talmuda equidem collecta, quanquam R. Samson in* Jalcut, *& G. Gaul minus reverentius & antiquius de eo reputarint, Jejunium*

μϑ. Ἐβίωσε ἢ [q] τ πάντα χρόνον ἐτῶν εἴκοσι ἢ ἑκατὸν,

Moysis die VII. *& illud Esthere die* XIII. *Adari, quæque super quatuor illa commemorat* Megilla Taanit. *Ejusdem plane Commatis habeo* Chronicon Mosaicum, דה״ של משה, *cujus fine legitur* בחרש יב״ בו״ מת משה רבינו. *Neque vero fidenter insistam verbis* מא׳ השבט יצ׳ שביעה באדר פטירת משה Legendæ de obitu Mosis, לו׳ ימים ובאותן ימים פירש התורה לישראל ובשביעה באדר מת Diebus autem 36. à Neomenia Sebati ad diem septimum Adari populo Hebræo jus idem expoluit, qui tulerat: protinusque eodem die ab humanis excessit. *Fabulam enim istam compactam video aut interpolatum ex Talmudo Babylonio, Siphræ, aliisque veteribus libris, præsertim ex* Debarim rabba, *cujus ultima folia cum* Petirat moseh כ״ף לעזיו, *præter quædam episodia ingenio malo nescio cujus passim intrusa. Unde non plus dimidia editionis Gaulminianæ sapit priscum Commentarium* τῷ ἀπάλῃψιν ἢ μωσέως, *ut Tanchuma, Samuel Nachmanides, aliaque nomina Talmudica ostendunt. Vetustius itaque argumentum de die ipso Moysis discedentis, jejuno tamen an liberali non dico, nec minus quam tredecim seculorum fama nobile Traditionem sive Baraetham huc accommodant Patres Babylonii,* Cidduſim f 38 *ubi de* XL. *annorum cibo agitur.* בו׳ באדר מת משה. *Statimque iidem illi,* ופסק מלירד והיו מסתפקים ממן שבכליהם יצ׳ ששה עשר בניסן תניא אירך בשבעה באדר מת משה ובשבעה באדר נולד מנין שכו׳ באדר מת משה. *Deut. c.* 34. 7. *Jos. c.* 1. 1, 2, 10, 11. *& c.* 4. 19. צא מהן לב׳ ימים למפרע הא למדת שבו׳ באדר מת משה ומניין שכו׳ באדר נולד משה, Constat adeo retro numeranti à die decimo Nisani, quando *ex Deut. c.* 31. 2. Jordanem Josue trajecerat, dies XXXIII. septimo Adari stare obitum Mosis. Natum autem fuisse eundem septimo die Adari colligitur ex Deut. c. 31. Hodieque habeo annos CXX. כי יהוה יושב וכוכלא שנותיהם של צדיקים מיום ומחרש לחרש *Idem etiam retulit Ismaelus ab ore Gamalæ Tanæi. Iterumque Babylonii Cod.* Sota f. 12. b. אמר כר בו׳ באדר מת משה ובו׳ באדר נולד משה, Inter diem septimum Adari, quo cœpit vivere Legislator, quo & desiit, & sextum Sivani fatium intercedit trimestre, quod docet Mar Zutra celebris Gemaristi. *Sextus autem dies Sivani expesito ad Nilum Moyse quam data Lege Hebræa notabilis. Quinimo paria legimus in Tosaphtha* Cidduſin *sive Appendice, quam adtexuit operi Judæ principis R. Chias, ejus discipulus & διδάσκαλος, seculis nec duobus minor Josepho historico.* שכון המן שלקטו ביום שמת משה בו אכלו היסב משביעה באדר ועד שהא עשר בניסן שלשים וט ימים.עד שהקריבו העומר בגלגל לא פסק הכן ר׳ אליעזר בן עוריה אומר ובשבעה באדר פסק הכן מלירד אותהיום מת משה ובששה עשר בניסן כלא מה שכירן שנ׳ ויאכלו מתבואת הארץ כנען בשנה ההיא. *Eleazarus itaque Azariæ, altique Pharisæi tempore Hadriani, septima Adari Legislatorem ereptum fuisse mortalibus traditione acceperant. Amoræis autem & Deuterotis supradictis succedit sententia & ætate proximus Jonathan ille, cujus interpretatio legitur Dent. c.* 34. 5. *hisce verbis,* בשבעה יומין לירחא דאדר אתיליד משה ובז׳ יומין לירחא דאדר אתכניש כנו עלמא על נשיקת מימרא דיי׳, Datus est Moyses, idemque post CXX. annos sæculo ablatus ἐκ ἀπαταμοῦ θεοῦ λόγα, Hebraice על פי יהוה, quod est, Deo volente, die septimo Adari κ. *Similiter Seder Olam rabba, cui altam vetustatem tribuunt Judæi: certe, quæ jam inde adferimus, ex Chronicis Josis Chelphatidæ sub Marco Antonino conditis, non serius derivantur.* A calendis Sebatis, *Deut. c.* 13. מא׳ בשבט יצ׳ ו׳ באדר פירש משה רבינו התורה ארז כל התורה כולת וששה בו יאמר הבה אל משה הן קרבו יביך למות בו באדר, usque ad sextum Adari Legem totam expoſuit apud Ecclesiam Hebræam ὁ νομοθέτης. Sexto autem Deus ipsi indixit, prope est fatalis dies, ô Moyses! *Deut. c.* 31. 14. Quare luce sequente is è vivis discessit. *Et post pauca ejusdem cap.* X. Tres illi pastores populi Hebraici periere anno uno porius quam mense: Maria Nisanis decimo die, Aaron Neomenia Abi, & Moyses denique Adari die septima, damnorum tertium triplexque, דמשה רבינו בשביעה באדר וגו׳. *Sequuntur porro eadem in eodem capite, quæ supra è Tosaphtha memoravimus de manna simul cum Moyse Hebræis ablata Adari septima luna. Idem porro à Rabinis didicerat annis ablinc* DCCL. *Eutychius Alexandriæ, Georgiusque Homædida ab eo,* ومات موسي في سبعة ايام من ادار وهو برمهات Annus, *ajunt illi,* XL. ab Exodo perimit tres fratres; Mariam sexta die Nisanis, cui ex parte sua congruit Pharmuthi *in anno fixo Alexandrinorum.* Aaronem vero P. Max. Neomenia Abi, qui mensi *stato* Mesori respondet. Abstulit denique Moysen septima die Adari, qui incurrit in mensem *Alexandrinum* Phamenoth, sive *prolatione Arabica* Barmehat. *Deinde ex menologiis Judæorum idem tempus hauserant Mohammedani. Præ cæteris enim illorum doctissimus Masudius in Canone suo Astronomico, quantivis pretii opere, inter jejunia Judaica notat,* ادار صوم موت موسي, Septimum Adari jejunio adfligit obitus Moysis. *Pari modo Macrisius in historia Memphitica,* في اليوم السابع صعد موسي الجبل فقبضه الله هنالك واخفاه ولم يعلم احد منهم قبره ولا شاهوه وكان ابن وفاة موسي وبين طوفان سنة, Die VII. Adari, ubi montem ascenderet Amramides, Deus ibi eum abripuit, clamque Hebræis condidit. Hoc contigisse fama est anno 1626. à diluvio Noachi. *Idem historicus capite de* دموة, *templo celeberrimo Judæorum in Ægypto, natum etiam Moysen refert,*

τὸν, ὧν ἦρξε τὸ τρίτον μέρος ἐνὶ λείποντι μηνί. ἐτελεύτησε δὲ τῷ ὑστάτῳ μηνὶ τοῦ ἔτους, [r] ὃς μὲν Μακεδόσι Δύστρος καλούμενος, [s] Ἀδάρου δὲ ὑφ' ἡμῶν, νομι-

centum annorum: quorum tertiam partem tenuit principatum, dempto uno menſe. At deceſſit ultimo anni menſe, qui vocatur à Macedonibus quidem Dyſtrus, à nobis vero Adarus, & *quidem* novilu-

fert, في يوم سابع من شهر ادار سنة ثلاثين ومايتة وكدخول يعقوب علي يوسف, Adari die ſeptimo, anno 130. à deſcenſu Jacobi. *Adde his ex Zohari paraſis* Hucca & Truma, *ſeptima die Adari ſub veſpera Sabbati diſparuiſſe Moyſen è populo ſuo*, משה כת ביום ז' אדר ואהרון ביום ח' אב ומרים ביום ו' ניסן ובלם בשנת הם ולא נקברו יחד לטובות ישראל יוסף ומשה וחזיר מתו ביום שבת בשעת המנחה. *Quoniam vero iſta Commentaria Jochaides nunquam viderat, licet hoc credant recens circumciſio, adſcribam potius verba Abraami bar Chia, qui ſex retro jeculis claruit ob ſcientiam Aſtrorum:* משה רבינו הוא השביעי לאברהם הקדושים ונולד אחר לז' שנים למיתת לוי שנת אלפים ושסח ליצירת ביום רביעי שבעה ימים לאדר כאשר כתב ר' א' בר חייה הספרדי, *Moyſes ſeptimus* ἐκ πάντων, (*ceteri fuerant Adamus, Enochus, Noachus, Abramus, Iſacus, & Jacobus; quanquam Legiſlator ſeptimus etiam genere emicuit ab Abramo fonte ipſo Hebraiſmi, quod Demetrius hiſtoricus noſque omnes novimus*) *natus eſt ille feria quarta die ſeptimo Adari anno* 37. *poſt obitum Levis, & ab orbe condito anno* 2368. *Denatus autem idem die eodem, ut tota fatetur Rabinitas. Quinimo de feria Moyſis abeuntis ferebatur olim inter Babylonios* Sota c. 1. σάββατον ἦν ἡ ἐξόδια τοῦ Μωσέως, σάββατον μὲν ἐκ δυοῖν, אותו שבת של דיוונוי. *Quippe Moyſes dux erat Iſraelis mane, veſpera Joſue. Caterum circa annum Domini noſtri* 1180. *in honore erat Abraamus Davidis, qui* ἐν τῷ ἰωβηλαίῳ (*ſic enim interpretor* ספר הקבלה, *ad mentem magni Epiphanii*) *ait de Conditore Legum Hebraicarum*, נפטר משה רבינו ביום שבת בערב המנחה בו' באדר בשנה שנים תפט', Obiit Moyſes VII. die Adari poſt meridiem, qui erat Sabbatinus, annoque creati mundi 2489. *à Tiſri ſupputato. Ita Abraamus veterum* Agadot *excuſſor. Hoc demum agmen claudat Zacuthus optimus Chronologus Judæorum:* ומת משה בנשיקה על פי יהוה ככתוב אחרן אחיו בשנת מ' בחדש אדר בן' באדר בחצי חיום בעצומו של יום שנ' בעצם היום הזה שבת ויש מדרש אחר שאומר בעש' והיתה זאתהשנה שנת אלפים ותפת ליצירת, Experavit itaque Moſes anno mundi 2488. ſub meridie Sabbati, quod incidit in diem VII. Adari. *Quandoquidem vero, ut Sophiſtæ Babylonii ultro fatentur*, 33. *dies à Jordane tranato ad Moyſis obitum* τὰ σφαγήματα *computati, huic calamitati diem Adari ſeptimam referant, erroris perveteris (ut videtis) & pertinacis fundum indicaſſe ſufficiat. Joſephus tamen unus ex mille Judæis ſcriptoribus verum diem dixit obitus Moſaici, Adari primum. Statuit adeo Flavius ſpatii ſupradicti totos dies* XL. *concinne Menſem luctus exegerat. Inde ſex dies Ducis excitatio & exploratorum pericula conſumunt. Tum exercitus propter fluvium admotus, triduo luſtratur. Deinde luce decima Niſanis itinere lato ſiccoque Jordanem trajicit. Idem ſane intervallum exigit methodus libri Joſue c.* 1. 1. *c.* 2. 1, 2, 3. *c.* 3. 1, 2, 5. *& c.* 4. 19. *Alibi autem perſtrinximus, quam bene conveniat inter Hieronymum noſtrum & Ris Lacis, alioſque Phariſaicos* Taanit f. 9. *T. B.* & Siphre f. 54. & Petirat Moſeh *de mente Zachariæ vatis c.* 11. Tres paſtores uno menſe ſuccidentis, Mariam, *inquiunt*, Aaronem, & Moyſen. Quo enim menſe moriebatur ſoror, decretum erat cœlitus, ne fratres Chananæam unquam intrarent. *Aut, quod maluit Gemariſta*, cum Moyſi ſimul evanuere tria magnalia trium illorum Prophetarum, puteus perennis, & nubes gloriæ, & nimbus mannæ. *Verum Commentariorum Miſnicorum proœmio ex Traditione quaſi certiſſima, imo ex Siphre f.* 63. *b. commentario antiquiſſimo, refert Moſes Maimonis de Moyſe Maximo*, Poſt exactos 36. dies, qua legibus oretenus explicandis, qua calamo deſcribendis vel ad XIII. exemplar, meridie ſeptimo Adari diſceſſiſſe protinus in Abarim montem, indeque ad cœlos confeſtim avolaſſe Deo miniſtratum, corpore nedum exuto; *quod ne Michael Archangelus aſſerere auſus eſt*, περὶ τοῦ μωσέως σώματος. תם טלין על אלגבל פי נצף נהאר סאבע אדר עלי מא צחה אלנקל פכאן דלך כותה פי הקא לעד מנא איאה ואלחיאה פי חקה למא אדתקי אליה והכרא קאלו משה רבינו לא מת אלא אחר כן עלה אל ההר בחצי עלה ומשמש במרום. היום השביעי לחדש אדר כפיו אשר דקרקה הקכלה וגו'. *Dignum plane commentum ingenio Philonis ac Cabaliſtarum, ſed adverſans ſacro Deuteronomio c. ult. v.* 6. ἀμαυρόᾳ ὁτιοῦν. *Scio quidem Scriptoribus Eccleſiæ noſtræ cum Græcis tum Latinis valde placuiſſe Tranſlationem corporis Moſaici, & inter hos quandoque B. Hieronymo. Nam is tandem ad Matth. c.* 17. *fingere maluit in nobiliſſima illa Metamorphoſi* Eliam de cœlo *in Italyrium* deſcendentem, reſurgentem ab inferis Moyſen. *Veruntamen Enochum etiam Eliumque mortalitatis ſuæ exuvias in terris clam nepotibus tum olim reliquiſſe, meraſque animas Deo auctori reddidiſſe: primumque adeo omnium hominum Jeſum Chriſtum Servatorem omnium, &* τὸ πεφωσφόρον ἐκ τῶν νεκρῶν, *cœlos humano corpore penetraſſe, reclum ego exiſtimo piumque creditu. Docuit inſuper Judas Princeps, utroque Talmudorum* atteſtante, *T. Bab. f.* 13. & *Jeroſ. f.* 17. *c.* Sota, ex S. Scriptura conſequi, quod vix alias liceret dicere, Moyſen quidem animam ſuam efflaſſe apud Nebunta in ditione Rubenica, Deut. c. 34. 1. & Num. c. 32. 38. corpus tamen ejus per quatuor milliaria ſubinde delatum יעל בנבי שבינרת, recondi in partibus Gaditarum. Tantum enim ſonat vaticinium Deut. c. 33. 21. כי שם חלקת מחוקק ספון. Quod in parte ſua, *in parte Gadis, ſic & Hieronymus noſter interpretatur*, doctor eſt repoſitus, qui fuit cum principibus populi. *Clarius adhuc Onceloſus doctiſſimus Legis interpres & antiquus*, Quoniam ibi in hæreditate ſua Moyſes Scriba magnus Iſrael, *ſic Moyſen ſolebant nuncupare Eleazarus ſenior Deuterotarum decus, & D. Simalion Sotæ f.* 13. *b.* ſepultus eſt, qui egrediebatur ante populum & ingrediebatur. *Onceloſum ſequuntur uno animo Uzielides & Paraphraſtes Solymitarius. Recliſſime idcirco dixit Barachias Talmudiſta, capite* 34. *Deut. verſiculoque ejus* 6. *pro ſepultura Moyſis argumentum non unum contineri, ſed* σημεῖον ἐπὶ σημείῳ, סימן בתוך סימן. *Unde urget R. Chamas f.* 14. *Sota*: Imitare tu Deum, *Deut. c.* 34. 6. & humana corpora humo mandato, וקבר אתו אף אתה הבה" קבר כתים שנ' קכור כתים. *Et ante eum conditor Miſnarum* Sota c. 1. §. 9. כי גרול ממשה שלא נתפסק בו אדא המקום קבורתו, Curæ ſuæ exiſtimavit Optimus Moyſen ſepelire, qui ipſe Joſephi Patriarchæ oſſa tam ſtudioſe tam pie ſervarat. *Attamen Deo adeſſe ſemper ſuimus Michaëles, Raphaëles, aliaque ſplendida ſervitia, ſi quid de vita morteve noſtra ille juſſerit. Quapropter non male obſervatum fuit ab Epiphanio Cyprio*, τῷ μὴ γινώσκειν ἄνθρωπον τὸν μωσέως τάφον, σημαίνειν & θεῖα γεγράφθαι· ἃς ἐκεῖ ἀνθρώπων τὸ σῶμα μωσέως μὴ κεκηδεῦσθαι· ἀλλὰ καθὼς ἐβουλήθη ἢ ἀλήθεια, ὧδε ἐν αἰγύπτῳ. *Ex ea opinione fluxum credes, quod in Græcis exemplaribus legatur Deut. c.* 34. 6. καὶ ἔθαψεν αὐτὸν ἐν γαῖᾳ ἐν γῇ μωάβ, *mendo quæſito pro* ἔθαψιν αὐτόν: *niſi forte Interpretes Ptolemaici viderant olim* ויקבר, *acceperantve ipſum* ויקבר *tanquam* ἀπροσώπως. *Ne quis tamen miretur, quod huc non ſiſtam de Legiſlatoris reliquiis altercationem Satanæ, eximio nomine Samaelis, quem inter Egregoros recenſet veluſtiſſima fabula* Enochi, Debarimque rabba *merito nuncupat* ראש כל השטנים, ἀρχισαβαήν, *necnon* Petirat Moſeh ὁ πονηρὸς σαμαὴλ ὁ πρῶτος, & *capitulum* XIII. *Eleazari* Serpentis *callida beſtiæ callidiorem* aurigam, *cum Michaele, Defenſore magno & Imperatore Hebræorum, i. e.* שר צבא יהוה, & *in Moyſis Analepſi* שר של ישראל, *ſub quo militabant Moyſes ille & Joſue & Chaſamonæi, Ex. c.* 23. 23. *Joſ. c.* 5. 14. & *Dan. c.* 12. 1. *Malo equidem verſum nonum Judæ Apoſtoli* περὶ τοῦ ἰωσὴ σώματος, בגוף של יהושע, de perſona polluta, *ut Latine loquar, quod eſt*, de habitu minus puro Joſue Pontificis ſummi, *ſaltem interpretari; nam ſic legere abſque exemplaribus Eccleſiæ quis auſit? Ita vero convenient probe Judas & Zacharias vates c.* 3. 2. *itidemque Petrus Apoſtolus. Nam* ῥυπῷ χυείῳ *abundat in Epiſtola altera ejus c.* 2. 11. *contra fidem codicum Orientalium & Occidentalium, quique vetuſtatem præferunt. Quandoquidem vero antiquiſſimis apographis N. T. adnotent literis majuſculis ad nonum Judæ* ΜΩΥΣΕΩΣ ΑΠΟΚΡΥΦΟΝ: *Adamantius etiam* περὶ ἀρχῶν *tertio referat* ἐκ τῆς ἀναβάσεως μωσέως, cujus libelli meminit in Epiſtola ſua Judas Apoſtolus, (*Origenis hæc ſunt*) Michaelem diabolo objicientem, cauſam extitiſſe prævaricationis Adæ & Evæ inſpiratum ſerpentem: *cujus equidem ſimillimum legimus in libro Judaico* de Moyſis obitu, & *in* Zoharo f. 45, c. *Præcipue vero, quia prolixe admodum diſputant bonus Michael Samaelque nefarius tam in* Debarim rabba, *quam in proxime laudato opere* Petirat Moſeh; *litem iſtam Angelicam ad Commentaria noſtra in Panarium Epiphanii, quaſi ad fundum proprium, deferri placet. Interea obtineant, quantum poſſunt, lectio & ſententia communis, vetus, & Cabaliſtis Chriſtianis gratiſſima, non tantum in hoc loco Judæ, ſed & Gal.* c. 6. 15. *Iſtum enim verſiculum Georgius Syncellus Taraſii, & Novi Teſtamenti meliores membranæ, eidem Moyſi Apocrypho tribuunt. Sentio autem ex veteri Analepſi Moyſeos derivatum, ut alia non pauca, ita maxime blandam illam evocationem animæ Moſaicæ* בתי ק' וכ' שנה קצבתי לך וגו', βατὴ, O mea filia, exactis nunc CXX. annis, quos tibi (ait Optimus, qui mox illam oboſculando exhauſit) in corpore iſtius juſti commorari decrevi, egredere abſque mora. Te mox Cherubinis Seraphiniſque inſeram prope Thronum meum. Reſpondiſſe tamen mentem tam ſanctam Moyſis jam in exitu ſolis jubare illuſtrioris, & gloriam Seraphicam, non minorem, adverſus Samaelem carnificem ſpirantis. טוב לי בזה (ſicut in monte ſancto Petrus Apoſtolus) Præſtat heic eſſe; quoniam cœlo lapſi Azas & Azaelis flagitioſe agunt in terris. *Vetus etiam arbitror piumve Epiphonema illud intermorientis Legiſlatoris ad populum ſuum*, אראה אתכם לתחיית חמתם, Rurſus vos Hebræos videbo, quando reſurgent mortui. *Antiquo operis & illa*, Gabrielem, Michaelem patronum Hebræorum, & Doctorem Moyſis ſcribamque eundem cœlituum *Zagzagelem* זגזגאל *in* Rabbot, *aut Zanghielem* זנגיאל *in* Petirat Moſeh, de Moyſe liberando cum lethifero Samaele contendiſſe, & increpuiſſe dæmonem hiſce verbis, רשע אני בוכה ואתה שוחק וגו': eoſdem ſubinde ſplendidiſſimos & curaſſe & deflevisſe funus Moyſis, cœli terræque communem luctum. *Cetera* Petirat Moſeh *aut ſunt momenti levioris, aut otium noſtrum uberius expoſtulant.* BERN.

[y] Τὸ γὰρ ἱερὸν] Locus hic vexatissimus mire exercuit Eruditorum ingenia: qui nihil aliud ex eo collegerunt quam *Josephum* Hebraïcæ linguæ ignarum fuisse, & peccasse in Etymo *Hierosolymorum*, dum vocis originem partim ex Hebræa partim ex Græca arcessit lingua. Iis vero respondet *Is. Vossius* (in *Epist.* ad *Colvium*, p. 395.) minime fieri potuisse ut *Josephus*, qui libro *contra Apionem* ibridas id genus voces ridet Græcosque fugillat *Hierosolymorum* vocabulum è sua lingua derivantes, ex Hebræo simul & Græco conflatum esse crediderit: at cum alibi scribat Hierosolymis nomen inditum esse, postquam Melchisedecus templum ibi struxit, non Græcam vocem ἱερὸν, sed Hebraïcum idem significantem respexisse, nempe יר. Quam sententiam firmat ex verbis sequentibus: quibus cum ex aliorum mente dixerit *Homerum* urbis hujus meminisse sub *Solymorum* nomine, de suo mox subjungit (ut legi debet) τὸ γὰρ ἱερὸν ἱερὸν, τὸ Σόλυμα τὴν τοῦ Εβραίων ὠνόμασαν γλῶσσαν, ὅ ἐστιν ἀσφάλεια. nam Ιεροσόλυμα pro Σόλυμα habent *MSS.* voce ἱερὸν in alienum migrante locum: & ירא seu יראה & ἱερὸς pro eodem accipiuntur etiam apud *Rabbinos*, qui *deos*, *idola*, *delubra*, & *sancta* præcipue gentium sic appellant. *Jerusalem* itaque *Josepho* est *sanctum pacis*: seu, ut ipse maluit, *sanctum securitatis*. Verum vix est ut credam verba illa τὸ γὰρ ἱερὸν &c. esse à *Josepho*.

* *Templum enim ex Hebræorum lingua Solyma nominavit, quod securitatem denotat.*] Hieron enim Hebræa lingua munitio est. Erat autem &c. *Epiphan.*

[z] Ετη πεντακόσια] Hunc numerum verum esse demonstrat *Is. Vossius* in *Chronol. S.* c. VI.

[a] Μνήμην Ορόννα, πλουσίου μὲν ἀνδρὸς] Hic *Gen.* ὀρεόνα. de quo infra cap. 13. §. 4. ubi vocatur Ορεονᾶ *Gen.* SPANH.

[b] Ορόννα, πλουσίου μὲν ἀνδρὸς] Ita placuit rescribere, prout infra occurrit. Hic in *Editis* Ορφόνα, in *MSS.* Ορφνᾶ, *Orpham* in *Epiphanii* libris. *Araunah* habet textus *Hebraïcus*, Ορνὰ LXX.

[c] Πρὸς τοὺς Εβραίους] Πρὸς Εβραίους *Vat.*

[d] Ενδεκα] Επία τὸν ἀριθμὸν *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* male, ut patet ex sequentibus, v. 17. & 18. Nomina filiorum apud *Epiphanium* sic se habent; *Amnon*, *Ellus*, *Eban*, *Nathan*, *Salomon*, *Jebar*, *Eliel*, *Falna*, *Ennaphim*, *Inas*, *Elifal*. Innumeras & monstrosas illorum varietates (quas nobis tam in *Græcis* quam *Latinis* exhibent *MSS.*) referre piget, præsertim cum constat *Josephum* hîc sequutum esse corruptam Editionem τῶν ο'. ut notavit *Schotanus*, quem videsis in *Bibl. Hist. S.* tom. 2do p. 695.

[e] Αμνους,] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* Αμας.

[f] Εβαν,] Sic è *Cod. Vat.* Εβαλάθαν perperam in *Editis*, *Aliisque.*

[g] Ηνναφιὺ,] *Coll. Voss.* Νάφλω.

† *Ingenuis nati erant;*] *Al.* legitimis uxoribus.

[h] Υπὸ τῶν Εβραίων] Απὸ τῶν Εβραίων δεδειγμένον *Vat.*

[i] Τὴν κοιλάδα τῶν] Εν τῇ κοιλάδι τῶν Τιτάνων 11 Sam. V. v. 22. בעמק רפאים. SPANH.

[k] Γιγάντων καλουμένην,] Τιτάνων *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* & nunc quidem Τιτάνων, nunc Γιγάντων LXXII. Τοὺς γίγαντας καὶ Τιτᾶνας ὀνόμαζον. ὁ δὲ Εβραϊκὸς ῥαφαὶμ αὐτοὺς κέκληκεν. *Theodoret.* in 2 *Regum.* EPΩT. ιζ'. Videsis *J. Clericum* ad *Jos.* c. XV. p. 41.

[l] Ποδαπὸν] Forte ποταπόν. COCC.

[m] Κατ' ἔπιν αἰφνιδίως] Ita cum *Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Big.* κατ' ὄπιν in *Editis*, *Aliisque.* HUDS. Κατ' ὄπιν vel κατόπιν, ὄπισθεν· *Hesych.* SPANH.

quidem eorum occidit, alios vero in fugam vertit. Nemo autem ſuſpicetur exiguum Palæſtinorum exercitum contra Hebræos veniſſe, ex celeritate cladis & quod nihil magni aut memoratu digni geſſerint ignavos timidoſque exſtitiſſe conjiciens, ſed ſciat Syriam omnem & Phœnicen, & præterea alias gentes multas pugnaceſque illis auxilium tuliſſe bellique participes fuiſſe. Quod ſolum etiam cauſa erat, cur tam ſæpe victi, ac, multis myriadibus amiſſis, denuo bellum cum Hebræis majoribus viribus redintegrarint. Quippe cum pugnis iſtis res illis tam male ceciderint, copiis triplo majoribus in Davidem irruebant, & eodem loco quo antea caſtra poſuerunt. Rege autem Iſraëlitarum iterum Deum interrogante, quinam exitus pugnæ futurus eſſet, præmonet pontifex, ut in ſylva quæ vocatur Planctus (non procul quidem ab hoſtium caſtris) exercitum contineret, ipſum vero non prius moveret, pugnamve iniret, quàm ſylva nullo perflante vento agitaretur. At ſimul ac ſylva concuſſa erat, tempuſque aderat quod Deus ei prædixerat, nihil moratus, ad victoriam jamjam paratam atque omnem extra aleam poſitam egrediebatur. Ejus enim impetum non ſuſtinuerunt hoſtium phalanges; Sed ſtatim à primo congreſſu in fugam verſis multa cum cæde ingruit, & illos quidem perſequitur uſque ad urbem Gazara (illa autem regionis illorum limes eſt extremus) dein caſtris eorum direptis, ubi multas opes deprehendit, Dëos etiam illorum diſperdebat.

Secundo prælio eos fundit fugatque. *2 Reg. c. 5.*

2. Cum autem & hanc pugnam adeo feliciter confeciſſet, viſum eſt Davidi, de communi ſeniorum & ducum & tribunorum conſilio, ex omni *illorum* regione ad ſe accerſi tribulium quotquot integra erant ætate, deinde ſacerdotes ac Levitas; atque ita *una* profectos *ad oppidum* Cariathiarim arcam Dei ex iſto *loco* Hieroſolyma transferre, eaque illic deinceps collocata adorare cum ſacrificiis aliiſque quibus numen delectatur honoribus. Si enim dum adhuc Saulus regnaret hæc præſtitiſſent, nihil mali eis accidiſſet. Omni igitur populo ſicuti decretum fuerat congregato, rex ad arcam contendit: quam ſacerdotes ex ædibus Aminadabi elatam, novumque in plauſtrum impoſitam, bubus ei adjunctis, fratribus ejus & liberis agendam permiſerunt. Præcedebat autem rex, & cum eo multitudo, laudes Deo dicentes, cantanteſque patria omne genus carmina, magnam cientes ſonorum varietatem ex inſtrumentorum pulſu & ſaltatione & cantionibus, una cum buccinæ clangore & cymbalorum tinnitu, dum arcam Hieroſolyma deducerent. Poſtquam autem ad Chidonis aream (locum quendam ita appellatum) proceſſerant, ac-

Davides conſilia inire cœpit arcæ Hieroſolyma deportandæ. *2 Regum, c. 6.*

Arca portatur.

ἀπιπεσὼν τοῖς πολεμίοις, τὰς μὲν αὐτῶν ἀπέκτανε, τὰς δὲ εἰς φυγὴν ἐτρέψατο. ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς ὀλίγην τὴν τῶν Παλαιστίνων [n] στρατιὰν ἐληλυθέναι διὰ τὸ Ἑβραίους, τῷ τάχει τῆς ἥττης καὶ τῷ μηδὲν ἔργον ἀποδείξασθαι γενναῖον μηδὲ μαρτυρίας ἄξιον [o] σχαζόμενον αὐτῶν τὴν [p] βραδυτῆτα καὶ τὴν [q] ἀγύιαν, ἀλλὰ γινωσκέτω [r] συρίαν ἅπασαν καὶ Φοινίκην, καὶ ἔτι τούτοις ἄλλα ἔθνη [s] πολλὰ καὶ μαχιμα συστρατεύσασθαι αὐτοῖς, καὶ τὸ πολέμου κοινωνῆσαι. ὁ καὶ μόνον νῦν αἴτιον τοσουτάκις αὐτοῖς νικωμένοις, καὶ πολλὰς [t] ἀποβαλλῶσι μυριάδας, μὴ μείζονα ἀπιέναι τοῖς Ἑβραίοις δυνάμεως. ἀμέλει καὶ [v] ταύταις παίσασαις τὰς μάχαις [x] τριπλασίῳ στρατῷ ἐπῆλθον τῷ Δαυίδῃ, καὶ εἰς ταὐτὸ χωρίον ἐστρατοπεδεύσαντο. πάλιν οὖν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐρομένου [y] τὸν Θεὸν, εἰ δεῖ τοῦ μάχου ἐξόδου, προφητεύει ὁ ἀρχιερεὺς, [z] ἐν τοῖς ἄλσεσι τοῖς καλουμένοις [a] Κλαυθμῶσι κατέχειν τὴν στρατιάν, ὄπισθεν μὲν ὄντι τῶν πολεμίων στρατοπέδου· κινεῖν δ' αὐτὸν μὴ πρότερον, μηδ' ἄρχεσθαι μάχης, πρὶν ἢ τὰ ἄλση σαλεύεσθαι μὴ πνέοντος ἀνέμου. ὡς δ' ἐσαλεύθη τὰ ἄλση, [c] καὶ ὁ καιρὸς ὃν οὕπω προεῖπεν ὁ Θεὸς παρῆν, εὐθὺς ἐπιχὼν ἐφ' ἑτοίμου ἤδη δὲ φανερὰν ἐξῆλθε τὴν νίκην. ὑπέμεναν αὐτὸν αἱ τῶν πολεμίων φάλαγγες, ἀλλ' ὀλίγους ἀπὸ τῆς [d] πρώτης συμβολῆς τραπέντας ἐνέκειτο κτείνων, καὶ διώκει μὲν αὐτοὺς ἄχρι πόλεως [e] Γαζάρων· ἡ δ' ἔστιν ὅρος αὐτῶν τῆς χώρας· [f] εἶτα διαρπάσας αὐτῶν τὴν παρεμβολὴν, καὶ πολὺν ὄγκον ἐν αὐτῇ εὑρὼν, καὶ [g] τοὺς θεοὺς αὐτῶν διέφθειρεν.

β'. Τοιούτου δ' ἀποβάντος καὶ τούτης τῆς μάχης γε τέλους, ἔδοξε Δαυίδῃ, συμβαλλομένῳ μετὰ τῶν γερόντων καὶ ἡγεμόνων καὶ χιλιάρχων, μεταπέμψασθαι [h] τῶν ὁμοφύλων ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας τοὺς αὐτόν τε ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, ἔπειτα τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευίτας· καὶ [i] προελθόντας εἰς [k] Καριαθιαρείμ μεταπέμψασθαι τὸν θεὸν κιβωτὸν ἐξ αὐτῆς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ θρησκεύειν ἐν αὐτῇ λοιπὸν ἔχοντας αὐτὸν θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις τιμαῖς αἷς χαίρει τὸ θεῖον. εἰ γὰρ ἔτι Σαοὺλος βασιλεύοντος [m] τοῦτ' ἔπραξαν, οὐκ ἂν δεινὸν οὐδὲν ἔπαθον. συνελθόντος οὖν τοῦ λαοῦ πανηγικῶς, καθὼς ἐκελεύσαμεν, ὡδοποιήσατο ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ· ἦν βαστάσοντες οἱ τοῦ Ἀμιναδάβου οἰκίας οἱ ἱερεῖς, καὶ ἐπιθέντες ἐφ' ἅμαξαν καινὴν, ἔλκειν αὐτὴν ἀδελφοῖς τε καὶ παισὶν ἐπέτρεψαν μετὰ τῶν βοῶν. πορεύεται δ' ὁ βασιλεὺς καὶ [n] πᾶν σὺν αὐτῷ τὸ πλῆθος, ὑμνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ ᾄδοντες παντοδαπὴν μέλους [o] ἐπιχώριον, σύν τε ἤχῳ ποικίλῳ [p] κρεμάτων τε καὶ ὀρχήσεων καὶ ψαλμῶν, ἔτι δὲ [q] καὶ σάλπιγγος καὶ κυμβάλων, κατάγοντες τὴν κιβωτὸν εἰς Ἱερουσάλυμα. ὡς δ' ἄχρι τοῦ [r] Χειδῶνος ἄλωνος, τόπου τι-

n Στραλῶν ἐλθεῖν] Eo modo *Samb.* & *Big.* στρατείαν in *reliquis.*

o Στοχαζόμενον αὐτῶν τὴν βραδυτῆτα καὶ τὴν ἀγύιαν] Omiſſa hæc à Gelenio, uti & à Rufino, ad verbum, *conjiciens eorum gravitatem & ignaviam.* SPANH.

p Βραδυτῆτα] Sic cum *MSS.* pro βαρύτητα *Editorum.*

q Ἀγύιαν,] Ita *Samb.* in *cæteris* ἀγλωσσίαν aut ἀγλωσίαν.

r Συρίαν] Συρίαν τε ἅπασαν *Samb.* & *Vat.*

s Πολλὰ καὶ μάχιμα] Illa πολλὰ καὶ (quæ deerant in *Editis*) accepi ex *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

t Ἀποβαλλῶσι μυριάδας,] Ἀποβάλλωσι *Big.* & *Samb.*

v Ταύταις πταίσασαις] Ταύτῃ ἡττηθέντες τῇ μάχῃ *Busb.* & *Hen.*

x Τριπλασίῳ] Τριπλασίων στρατῷ ἐπῆλθε τ. *Vat.*

y Τὸν Θεὸν,] Τὸ θεῖον *Vat.*

z Ἐν τοῖς ἄλσεσι τοῖς καλουμένοις Κλαυθμῶσι] Ἀπὸ δὲ ἄλσους δὲ κλαυθμῶνος· LXX. 2 Sam. v. 24. In Hebr. ממול בכאים *ex adverſo pyrorum.* Sic LXX. 1 Chron. xiv. 14. πλησίον τῆς ἀπίας· SPANH.

a Κλαυθμῶσι] Hîc *Joſephus* manifeſto ſequitur LXXII. *Interp.* qui בכאים *moros* confuderunt cum בוכים *flentibus.* Videſis *Grotium* ad 2 *Regum* c. 5. 230. & *J. Clericum.*

b Ἀποθεν μὲ] Ἀπωθεν *Samb.* μὲ poſt ἄποθεν omittit *Vat.*

c Καὶ ὁ καιρὸς] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis*, *Aliiſque*, καὶ ὃν αὐτῷ καιρὸν πρ.

d Πρώτης συμβολῆς] Vocabulum πρώτης inſerui auctoritate *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.*

e Γαζάρων·] Sic in *Cod. Vat.* & LXXII. Γεζάρων in *reliquis.* in *Epiphanii* libris, *Gezerenna*, & *Gazathena*, & *Gazachen* & *Gezachen.*

f Εἶτα διαρπάσας] Vocem εἶτα debemus *Codd. Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Big.* Διαρπάσας δ' αὐτῶν *Vat.* & *Epiphan.*

g Τοὺς θεοὺς αὐτῶν διέφθειρεν.] Ita etiam LXX. *Vulg.* ſculptilia ſua. Hebr. עציהם idola eorum. Vid. Eſai. xlviii. 5. Hoſ. iv. 17. SPANH.

h Τῶν ὁμοφύλων] Τοὺς ὁμοφύλους ἐξ ἁπάσης χώρας *Vat.*

i Προελθόντας] Ita cum *Samb.* & *Vat.* προελθόντα in *reliquis.*

k Καριαθιαρείμ] Καριαθιαριμὰ *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* Καριαθιαρείμ *Vat.* HUDS. Conf. lib. vi. Cap. 1. §. 4. SPANH.

l Ἐν αὐτῇ] Forte ὡν αὐτοῖς, aut referendum ad Λέγουσιν πολύ. COCC.

m Ταῦτ' ἔπραξαν,] Ita cum *Samb.* (*Cocc.*) & *Epiphan.* ταῦτ' ἔπραξεν *Baſ.* & *G.* τοῦτ' ἔπραξεν *Vat.*

n Πᾶν σὺν αὐτῷ] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* deerat πᾶν.

o Ἐπιχώριον,] Eſt qui malit ἐπιχωρίᾳ.

p Κρεμάτων τε καὶ ὀρχήσεων] Hoc modo *Big. Samb.* & *Vat.* κρουσμάτων καὶ in *reliquis.* HUDS. LXX. καὶ ἐν ᾠδαῖς καὶ ἐν κινύραις καὶ ἐν νάβλαις· 11 Sam. vi. 5. SPANH.

q Καὶ σάλπιγγος] Illud καὶ etiam è *MSS.*

r Χειδῶνος ἄλωνος,] Ita juxta textum *Hebr.* & *Cod. Alexandrinum* LXXII. in 1 *Paralip.* c. 13. Verum 2 *Regum*, c. 6. *Nachonis area* dicitur. Vide *Bochartum* in *Hieroz.* part. 1. l. 2. c. 37.

s Προ-

πινὸς ἄτω καλυμένυ, [s] πεσῆλθον, πλαυτᾷ Οζᾶς κατ' ὀργὴν τᾶ Θεᾶ. τῶν βοῶν γὰ [t] ἐπινυσάντων τὴν κιβωτὸν, σκτείναυσα τὴν χεῖρα καὶ καταχεῖν θελήσαυσα, ὅτι [v] μὴ ὢν ἱερεὺς ἅψατο ταύτης ἀποθανεῖν ἐπέτρεψε. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς καὶ ὁ λαὸς εὐσφόρησαν ἐπὶ τῷ θανάτῳ Ζ Οζᾶ. ὁ ἢ τόπος, ἐν ᾧ ἐτελεύτησεν, ἐπὶ νυῦ [x] Οζᾶ Διακοπὴ καλεῖται. δείσας ἢ ὁ Δαυίδης καὶ λογισάμενος μὴ παύτὰ πάθῃ τῷ Οζᾷ δεξάμενος τὴν κιβωτὸν [y] παρ' αὐτὸν ἐν τῇ πόλει, σκείνυ, διότι μόνον ἐξέτεινεν τὴν χεῖρα πρὸς αὐτὴν, ἅτως ἀποθανόντος, σὐκ εἰσδέχε) μὲν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὴν πόλιν· ἀλλ' σκνεύσας εἰς τι χωρίον ἀνδρὸς δικαίυ, [z] Ωβεδάμυ ὄνομα, Λευίτυ τὸ γένος, παρ' αὐτῷ τὴν κιβωτὸν τίθησιν. [a] ἐπιμένει δ' ἐπὶ τρεῖς ὅλυς μῆνας αὐτόθι, καὶ τ οἶκον τ Ωβεδάμυ ἤυξησέ τε καὶ πολλῶν αὐτῷ μετέδωκεν ἀγαθῶν. ἀκύσας ἢ ὁ βασιλεὺς ὅτι ταῦτα [b] συμβέβηκεν Ωβεδάμῳ, ὡς σὐκ [c] τῆς πρότερας πενίας καὶ ταπεινότητος ἀνθρώπυ δυδαίμων καὶ ζηλωτὸς [d] γέγονε πᾶσι τοῖς ὁρῶσι καὶ πυνθανομένοις τὴν οἰκίαν αὐτυ, θαρσήσας, ὡς ὐδενὸς κακὸν πειραθησόμενος, τὴν κιβωτὸν πρὸς [e] αὐτὸν μετανομίζει. τ μὲν ἱερέων βασταζόντων αὐτὴν, ἑπτὰ ἢ χορῶν ὡς διεκόσμησεν ὁ βασιλεὺς προαγόντων, αὐτὸς δ' [f] ἐν κιννύρᾳ [g] παίζοντος καὶ κροτοῦντος, ὥστε καὶ τὴν γυναῖκα [h] Μιχάλαν, Σαούλυ ἢ θυγατέρα Ζ πρώτυ βασιλέως, ἰδοῦσαν αὐτὸν τῷ πιοιῶτα χλευάσαι. εἰσκομίσαντες ἢ τὴν κιβωτὸν, [i] πήξασιν ἐντὸς τὴν σκηνὴν ἣν Δαυίδης ἔπηξεν αὐτῇ, καὶ θυσίας τε ἐπετέλεσε τελυτελεῖς καὶ εἰρηνικὰς ἀνήνεγκε, καὶ τ ὅχλον [k] εἰσκᾶ [l] ἅπαντα, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι καὶ νηπίοις Διδοὺς [m] κολλυρίδα ἄρτυ καὶ ἐχαρίτου καὶ λάγανον [n] τηγανιστὸν καὶ μερίδα θύματος. καὶ τ μὲν λαὸν ἅτω κατδυωχήσας ἐπέμψεν· αὐτὸς δ' εἰς τ οἶκον τ αὐτᾶ ἀπεγίνετο.

γ'. Παραστᾶσα δ' αὐτῷ Μιχάλα ἡ γυνὴ, Σαούλυ ἢ θυγάτηρ, τά τε ἄλλα αὐτῷ κατηύχετο, καὶ ἀπὸ τᾶ Θεᾶ [o] γίνεσθαι ἅτε πάντ' ὅσα ἀπαρχεῖν αὐτῷ δυνατὸν, ἁμενεῖ τυγχάνυσα· καὶ δὴ κατεμέμψατο, ὡς ἀκοσμήσας ὀρχούμενος ὁ τηλικῦτος βασιλεὺς, καὶ γυμνούμενος ὑπὸ τ ὀρχήσεως καὶ ἐν θέλοις [p] καὶ θεραπαινίσιν. ὁ δ' σὐκ αἰδεῖσθαι ταῦτα ποιήσας εἰς τὸ τῷ Θεῷ κεχαρισμένον ἔφασκεν, ὃς αὐτὸν καὶ τᾶ πατρὸς αὐτῆς Ζ τ ἄλλων ἁπάντων προετίμησε, παίζειν τε πολλάκις Ζ χορεύσαι μηδένα τᾶ δόξαι Ζ θεραπαινίσιν αἰσχρὸν Ζ αὐτῇ τὸ γενόμενον ποιησάμενος λόγον. ἡ ἢ Μιχάλα αὐτη, Δαυίδῃ μὲν συνοικῆσαι, παῖδας σὐκ ἐποίησεν· γαμηθεῖσα ἢ ὕστερον ᾧ παρέδωκεν αὐτὴν ὁ πατὴρ [q] ὁ Σαούλ, [r] τότε [s] ἢ ἀπαστάσας αὐτὸς εἶχε, πέντε παῖδας ἔτεκε. καὶ πρὸ μὲν τύτων καὶ χώραν δηλώσομεν.

δ'. Ορῶν ἢ ὁ βασιλεὺς καὶ πᾶσαν τὰ πεάγματα αὐτῷ

cidit ut Ozas ex ira Dei mortis ſupplicium lueret. Nam cum boves *forte* arcam inclinaſſent, & is manu illi admota, *ne plauſtro excuteretur*, tenere voluiſſet, fecit *Deus*, quod à ſacerdotio alienus arcam tetigerit, ut *ſtatim* animam efflaret. Et quidem rex populuſque *univerſus* Ozæ mortem ægre tulerunt. Locus autem, ubi exanimatus eſt, etiamnum Ozæ percuſſio vocatur. Tum veritus *ob hoc* Davides, ratuſque ſe forte idem quod Oza paſſurum ſi arcam in urbem domumque ſuam recipere, quoniam ille manu tantum in eam protenſa ita obierit, ipſam quidem ad ſe in urbem invehi noluit: ſed cum divertiſſet in agrum quendam hominis juſti, Obedami nomine, genere Levitæ, apud illum arcam depoſuit. Iſto autem per tres menſes integros uſa eſt hoſpitio, domumque Obedami divitiis auxit, ipſumque multis cumulavit beneficiis. Davides vero, poſtquam Obedamo res feliciter ceſſiſſe audiverat, adeo ut ex egeno antea & humili continuo opibus affluret, eumque beatum omnes prædicarent qui vel domum ejus locupletatam viderint vel fama acceperint, ſumpto *tandem* animo, ut qui nihil mali experturus eſſet, arcam ad ſe transfert. Sacerdotibus quidem eam portantibus, ſeptemque choris antecedentibus à rege inſtitutis, ipſo vero citharam pulſante & plaudente; adeo ut Michala, uxor ejus, Sauli vero regis primi filia, eum iſtud agentem conſpicata ludibrio habuerit. Cum autem arcam *in urbem* intuliſſent, & in tabernaculo collocaſſent quod ei Davides tetenderat, ſacra fecit magno cum ſumptu, & victimas pacificas obtulit, omnemque multitudinem convivio excepit; tam mulieribus quam viris ac parvulis ſingulas panis collyridas partitus & aſſaturam & laganum frixum & fruſtum de victima. ac populum quidem, iſtiuſmodi epulis adhibitum, *tandem* dimiſit: ipſe vero ſuam ad domum ſe recipit.

Ozas ob tactam arcam à Deo occiſus. 2 Regum, c. 6.

Arca in Obedami domum infertur.

Davides arcam in urbem Hieroſolyma invehit. 2 Regum, c. 6.

Populo congiarium dat.

3. Illi autem cum adſtitiſſet Michala uxor ejus, Sauli vero filia, cum alia ei bene precata eſt, tum orabat ut à Deo ea omnia conſequeretur quæ propitius largiri poteſt; reprehendit tamen, quod præter decorum tantus rex ſaltaſſet, & in conſpectu ſervorum ſuorum & ancillarum inter ſaltandum ſe denudaſſet. At ille, ſibi non pudori eſſe, dicebat, ea feciſſe, quæ *norit* Deo *eſſe* gratiſſima, qui ſe & patri ipſius & cæteris omnibus prætulerat: foreque ut luderet ſæpius & tripudiaret, dum nihil curaret quam turpe hoc ancillis ipſique videatur. Hæc autem Michala, Davidi quidem connubio juncta, uterum non geſſerat; poſtea vero *alteri* nupta, cui eam tradidit Saulus pater (tunc enim ille *à viro* abſtractam tenebat) quinque peperit liberos. Sed de his quidem ſuo loco dicemus.

A Michala objurgatur. 2 Regum, c. 6.

4. Cum autem rex videret, quotidie fere res ſuas,

Davides templum ædificare ſtatuit. 2 Reg. c. 7.

s Πεσῆλθον,] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* πεσῆλθε.

t Ἐπινυσάντων τὴν κιβωτὸν,] Forte ἐπινυσάντων, σκτείναντα τὴν χεῖρα καὶ τὴν κιβωτὸν καθαχεῖν. COCC.

v Μὴ ὢν ἱερεὺς] *Joſephum* hîc lapſum eſſe oſtendit *Theodoretus* in 2 *Regum* ΕΡΩΤ. ιϑ'.

x Οζᾶ Διακοπὴ] Locum ita vocant & LXXII. HUDS. Sic LXX. Διακοπὴ Οζᾶ MS. Alex. Αζζᾶ Hebr. עֻזָּא פֶּרֶץ 11 Sam. VI. 8. SPANH.

y Παρ' αὐτῷ] Sic *Samb.* in *reliquis* παρ' αὐτόν.

z Ωβεδάμυ] In *MSS.* Αβαδάμυ & Αβαδάρυ & Αβεδάρυ. juxta *Codices Latinos* Ωβεδιδάμυ. in LXXII. *Intt.* Αβιδδαρὶ aut Αβιδδαδὶμ.

a Επιμένει] Εμεινε *Vat.*

b Συμβέβηκεν] Ita *Vat.* juxta canonem. in libris tamen *reliquis* σωέβηκεν.

c Τῆς πρότερας] Illa τ πρότερας inſerui ex *MSS.* ex quibus *Big.* & *Samb.* inſuper habent ὃς σκ τ πρ.

d Γέγονε] Vox γεγονε etiam ex *MSS.*

e Αὐτὸν μετανομίζει.] Ita *Samb.* & mox infra v. 32. αὐτᾷ. Verum αὐτὸν & αὐτᾷ in *reliquis*.

f Ἐν κιννύρᾳ] Οχχέμβρον καὶ ἀναχρόμβρον LXX. 11 Sam. VI. 16. SPANH.

g Παίζοντος καὶ κροτοῦντος,] Παρεμπαίζοντος *Big.* & *Vat.* πρὸ παίζοντος *Samb.*

h Μιχάλαν,] Sic *Baſ.* & *G.* ut ſupra p. 328. v. 17. Μηχάλλαν *Samb.* Μελχόλλαν *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* Μιλχάλλαν *Busb.* & *Hen.*

i Τιθέασιν] Τιθέασιν εἰς τὸν σκ. *Vat.*

k Εἰσιᾶ] Ita *Vat.* in *ceteris* ἐσιᾶ.

l Απαντα,] Sic *Vat.* πάντα in *reliquis*.

m Κολλυρίδα ἄρτυ καὶ ἐχαρίτου καὶ λάγανον] Ita etiam LXX. κολλυρ. αρ. κ. ἐχ. καὶ λάγανον ἀπὸ τηγάνυ 11 Sam. 11. 19. *Rufinus* colliridas panis & aſſaturam, & liganum frixum. Κολλυρίδες vid. Schol. LXX. Exod. XXIX. 3. & Levit. XVIII. 25. *Ariſtophan. Veſp.* p. 632. Κολλύραν μεγάλην, uti Schol. ac *Athen. lib.* III. p. 111. A. Εχαρίτου, vide de hoc *Athen. lib.* III. p. 109. D. Λάγανον τηγα. *Athen. ibid. p.* 110. A. & LXX. *Levit.* II. 4. λάγανα ἄζυμα· SPANH.

n Τηγανιστὸν] Sic *MSS.* in *Editis* ταγλιστόν.

o Γίνεσθαι ἅτε] Γινέσθαι *Big. Samb.* & *Vat.*

p Καὶ θεραπαινίσιν.] Καὶ σὺν θεραπαινίσιν *Big.* & *Samb.*

q Ο Σαούλ,] Articulum ante Σαούλ omittunt *Samb.* & *Vat.*

r Τότε ἢ ἀπαστάσας] Forte ὅτε. COCC.

s Δὲ ἀπαστάσας] Illud ἢ inſeruimus ex *MSS.*

ſuas, Dei auſpiciis, meliores fieri auctioreſque, ſe flagitii reum eſſe exiſtimabat, ſi, cum ipſe in cedrina domo maneret, excelſa pariter ac ſummo artificio exornata, arcam *Dei humili* tabernaculo exceptam deſpiceret. conſtituit itaque Deo exædificare templum, ſicuti prædixerat Moyſes. Nathanaque propheta in conſilium adhibito, cum is auctor eſſet, ut faceret quicquid in animo haberet, quod Deus ei ad omnia auxilio foret & adjumento, majori adhuc templi exſtruendi deſiderio tenebatur. Cum autem Deus Nathanæ ea nocte apparuiſſet, juſſiſſetque ut Davidi nunciaret, "ſibi quidem voluntatem ejus & deſiderium probari, "præſertim cum nemo antea de templo ei exæ- "dificando cogitarit. verum, ei licet hoc facere "in mentem venerit, non tamen ſe permittere, ut "qui multa bella obierit & hoſtium ſanguine ma- "nus polluerit ſibi templum conſtitueret; cæte- "rum, cum plena ætate & longiſſima ſtatione "mortali functus majoribus ſuis conceſſerit, ex- "ſtruendum eſſe templum à filio, qui poſt eum "regnaturus eſt, & Solomonis nomine vocabitur, "cujus non aliter quam filii ſe cuſtodiam actu- "rum curamque habiturum pollicebatur, ita ut re- "gnum quidem poſteris ejus ſervaturus ſit & tra- "diturus, in ipſum vero, ſi quid deliquerit, mor- "bis & terræ ſterilitate animadverſurus"; Davides, hiſce ex propheta acceptis, magnaque ei lætitia oborta, quod jam norit propagini ſuæ imperium ſtabiliendum eſſe, familiamque ſuam illuſtrem fore & celebrem, ad arcam ſe confert, procidenſque in faciem cœpit adorare, Deoque gratias agere tam pro omnibus, quibus eum jamjam affecerat, *beneficiis*, ex ſtatu humili vitaque paſtoritia ad tantam imperii gloriæque magnitudinem adductum, quam pro iis quæ ſtirpi ſuæ promiſerat, eaque quam ſuſceperat Hebræorum & libertatis illorum cura. Cum hæc dixiſſet, Deoque hymnum ceciniſſet, *à tabernaculo* digreditur.

Deus Nathanæ vatì ad Davidem præcepta dat.

Davides ob promiſſa poſteris ſuis facta Deo gratias agit. 2 Regum, c. 7.

χεδὸν ἡμέραν ἀμείνω [t] γινόμενα ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως, ἐνόμιζεν ἐξαμαρτάνειν αὐτὸν, εἰ μένων αὐτὸς ἐν οἴκοις ἐκ κέδρου πεποιημένοις, ὑψηλοῖς τε [v] καλλίστῳ τῶν ἄλλων κατασκευὴν ἐχούσῃ, θεωρᾷ τὴν κιβωτὸν ἐν σκηνῇ κειμένην, [x] καὶ ἐβούλετο τῷ Θεῷ κατασκευάσαι ναὸν, ὡς Μωϋσῆς προεῖπεν. καὶ δὴ τούτων [y] Ναθάνᾳ τῷ προφήτῃ διαλεχθεὶς, ἐπὶ ποιεῖν ὅ, τι περ ὥρμητο προέταξεν αὐτὸν, ὡς τοῦ Θεοῦ πρὸς ἅπαντ' αὐτῷ συνεργοῦ παρόντος, εἴχεν ἤδη δὲ καὶ τῶν ἔργων κατασκευῶν προθυμότερον. τοῦ Θεοῦ δ' κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα τῷ Ναθάνᾳ [z] φανέντος καὶ φράσαι κελεύσαντος τῷ Δαυίδῃ, "ὡς τὴν μὲν προαίρεσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ὁρμὴν "[a] ἀποδέχεται, μηδενὸς μὲν πρότερον εἰς νοῦν βαλο- "μένου ναὸν αὐτῷ κατασκευάσαι· [b] τοῦ δ' ταύτην τὴν "δόξαν λαβόντος, οὐκ [c] ἐπιτρέπειν δ' πολλοὺς πο- "λέμους ἠγωνισμένῳ καὶ φόνῳ τῶν ἐχθρῶν μεμιασμένῳ "ποιῆσαι ναὸν αὐτῷ· μὴ μέντοιγε τὸν θάνατον αὐτοῦ, γη- "ράσαντος καὶ μακρὸν ἀνύσαντος βίον, ἔσεσθαι τὸν ναὸν "ὑπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν παραλη- "ψομένου, κληθησομένου δ' Σολομῶνος, ὃν προήσεσθαι καὶ "[d] προνοήσειν ὡς πατὴρ υἱοῦ [e] κατεπηγγέλλετο, [f] τὴν μὲν "βασιλείαν τέκνων ἐκγόνοις φυλάξων εἰς ἀεὶ διαδόσων, "[g] αὐτὸν δ' τιμωρήσων, ἂν ἁμαρτὼν τύχῃ, νόσῳ εἰς [h] γῆς "ἀφορίαν". μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ προφήτου Δαυίδης, καὶ εὐχαριστῶν γνόμενος [i] ἐπὶ τοῖς, τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ τὴν δεχὴν διαμένουσαν ἐγνωκέναι βεβαίως, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ λαμπρὸν ἐσόμενον εἰς ἀεὶ δόξαν, πρὸς τὴν κιβωτὸν παρεγένετο, καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ἤρξατο προσκυνεῖν, καὶ εὐθὺς πάντων ὑπερφυῶς τῷ Θεῷ, ὧν τε αὐτὸς παρέσχηκεν ἤδη ἐκ παιδὸς καὶ [k] ποιμένος εἰς [l] τηλικοῦτο μέγε- θος ἡγεμονίας τε καὶ δόξης ἀναγαγὼν, ὧν τε τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ καθυπέσχετο, [m] καὶ τὴν προνοίας, ἣν Ἐζεκίου καὶ τούτων ἐλθούσας ἐποίησατο. ταῦτα εἰπὼν καὶ τὸν Θεὸν ὑμνήσας ἀπαλλάττεται.

V. CAP. V. ΚΕΦ. ε'.

Ut Davides Palæſtinos & Moabitas, Sophenes regem Damaſcique & Syriæ, inſuper & Idumæos armis ſubegit: atque ut Amathes regem in ſocietatem recepit, & Jonathæ Sauli filii erga ipſum amicitiæ meminit.

Ὡς Δαυίδης τοὺς Παλαιστίνους καὶ Μωαβίτας, τὸν Σωφήνης βασιλέα καὶ τὸν Δαμασκοῦ καὶ Σύρων, ἔτι καὶ τοὺς Ἰδουμαίους ὅπλοις ἐχειρώσατο· καὶ ὡς συμμαχίαν πρὸς τὸν Ἀμάθης βασιλέα ἐποιήσατο, καὶ ἐμνήσθη τοῦ Ἰωνάθου τοῦ Σαούλου παιδὸς πρὸς αὐτὸν φιλίας.

Davides Palæſtinos & Moabitas & Adrazarum bello adoritur vincitque. 2 Regum, c. 8.

POſtea autem aliquanto ſecum reputavit neceſſe eſſe Palæſtinis bellum movere, nec res ſuas vel minimum otio & deſidia marceſcentes videre, ut, quemadmodum Deus ei prædixerat, hoſtibus debellatis pacatum in poſterum ex ſtirpe ſua regibus imperium relinqueret. Et convocato iterum exercitu, denunciatoque illis ut ad bellum ſe pararent & accingerent, quamprimum ſibi viſa ſunt omnia in exercitu pulchre ſe habere, relictis Hieroſolymis ad Palæſtinos contendebat. Illis autem acie profligatis, & magna regionis parte mulctatis,

Διαλιπὼν δ' ὀλίγον χρόνον, ἔγνω δεῖν ἐπὶ τοὺς Παλαιστίνους στρατεύσαι, καὶ μηδὲν ἔργον μηδὲ [n] ῥᾳθυμον ἐν τοῖς πράγμασιν ὁρᾶν [o] γιγνόμενον, ἵν' ὡς τὸ θεῖον αὐτῷ προεῖπε, καταστρεψάμενος τοὺς πολεμίους, ἐν εἰρήνῃ τὸ λοιπὸν τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ βασιλεύοντας καταλίποι. καὶ συγκαλέσας πάλιν τὴν στρατιὰν, καὶ παρασκευάσας αὐτῇ πρὸς πόλεμον [p] ἑτοίμῳ καὶ παρεσκευασμένῳ τυγχάνειν, ὅτε ἔδοξεν αὐτῷ καλῶς ἔχειν τὰ παρ' αὐτῆς, ἄρας ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων, ἐπὶ τοὺς Παλαιστίνους ἦκε. κρατήσας δ' αὐτῶν τῇ μάχῃ, πολλὴν τῆς χώ-

t Γινόμενα] Itidemque *γινόμενα* ex *iiſdem MSS.*

v Καλλίστῳ] Καλλίσσως *Vat.*

x Καὶ ἐβούλετο] Ἐβούλετο ἂν τῷ Θεῷ *Big. Samb. & Vat.*

y Ναθάνᾳ] Ναθάνη paſſim *Vat.* Infra autem ſæpiuſcule non Ναθάνας aut Ναθάνης dicitur, ſed Νάθαν & Νάθαι.

z Φανέντος] Ita *Big. Samb. Vat. & Epiphan.* in *Editis* φανέντος λέγειν τῷ Δ.

a Ἀποδέχεται,] Λέγει ἀποδ. *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb. & Vat.* at non ita *Epiphan. Aliique.*

b Τοῦ δ' ταύτην] Τοῦτο δ' ταύτην *Big. Samb. & Vat.*

c Ἐπιτρέπειν] Ita tres *MSS. & Epiphan.* ἐπιτρέπῃ in *Editis, Aliiſque.*

d Προνοήσειν] Ita cum *Big. Samb. & Vat.* προνοεῖν in *Editis.*

e Κατεπηγγέλλετο,] Προκατεπηγγέλλετο in *iiſdem MSS.*

f Τὴν μὲν βασιλείαν τέκνων ἐκγόνοις] Hic Joſephus præcipuas promiſſiones occultat. COCC.

g Αὐτὸν δ' τιμωρήσων,] Sic *MSS. & Vet. Interpr.* in *Editis, Aliiſque* illa αὐτὸν δ' τιμωρήσων omittuntur. In 2 *Regum* c. 7. v. 14. *ac ſi quid deliquerit, ego in eum humana virga, humanis plagis animadvertam.*

h Γῆς ἀφορίαν.] Γῆς ἀφορία inter pœnas Regum delinquentium. Sic *Antiphon. Orat.* 11. *p.* 33. ἐν γὰρ τούτων οὔ τε ἀφορίαι· Vid. *Æſchyl. Eum.* v. 787. pro χθονιαφόρους *Anth.* leg. χθονὶ ἄφορον terræ ſterilitas. SPANH.

i Ἐπὶ τῷ,] Ἐπὶ τὸ *Samb.*

k Ποιμένος] Πίνητος legiſſe videtur *Epiphan.*

l Τηλικοῦτο μέγεθος] Τηλικοῦτον paſſim *Vat.*

m Καὶ τὴν προνοίας,] Illud καὶ, ſenſu id poſtulante, inſerui, non tamen ſine auctoritate *Vet. Interpretis.* HUDS. Forte τὴν τε προνοίας. COCC.

n Ῥᾳθυμον] Βαρύθυμον ſolus *Vat.*

o Γινόμενον,] Γενόμενον *Big. Samb. & Vat.*

p Ἑτοίμῳ] Sic ex *iiſdem MSS.* in *Editis, Aliiſque* ἑτοίμην παρεσκευασμένην.

q Προ-

χώρας ἀποτεμόμενος, καὶ [q] προσορίσας τῇ τῶν Ἑβραίων, ἐπὶ τοὺς Μωαβίτας τὸν πόλεμον μετήγαγε. καὶ τὰ μὲν δύο μέρη τῆς φαλάγγος αὐτῶν, τῇ μάχῃ νικήσας, διέφθειρε· τὸ δὲ λειπόμενον αἰχμάλωτον ἔλαβε. φόρους τε αὐτοῖς ἐπιτάξας κατ' ἔτος πολεῖν, [r] εἶτα ἐπὶ [s] Ἀδραάζαρον τὸν [t] Ἀραὺ μὲν υἱὸν, βασιλέα δὲ τῆς [v] Σωφήνης ἐστράτευσε· καὶ συμβαλὼν αὐτῷ περὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, τὸν μὲν πεζῶν αὐτοῦ διέφθειρεν ὡς δισμυρίους, τῶν δὲ ἱππέων ὡς [x] ἑπτακισχιλίους. ἔλαβε δὲ καὶ αὐτοῦ ἅρματα χίλια· καὶ τὰ πλείω μὲν αὐτῶν ἠφάνισεν, ἑκατὸν δὲ μόνα προσέταξεν αὐτῷ φυλαχθῆναι.

β'. Ἀκούσας δὲ ὁ Δαμασκῶν καὶ Σύρων βασιλεὺς Ἀδαδος, ὅτι πολεμεῖ Δαυίδης τὸν Ἀδραάζαρον, φίλος ὢν αὐτῷ μὴ δυνάμεως ἦκεν ἰσχυρᾶς συμμαχήσων, [y] ἀπαλλάξαι δ' ὡς προσεδόκα. καὶ συμβαλὼν περὶ τῷ [z] Εὐφράτῃ ποταμῷ, πλαίσας δὲ τῇ μάχῃ πολλὺς ἀπέβαλεν τῶν στρατιωτῶν. ἔπεσον γὰρ τῶν Ἑβραίων ἀναιρήσαντες [a] τοῦ Ἀδάδου δυνάμεως [b] δισμύριοι, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔφυγον. μέμνηται δὲ τούτου τοῦ βασιλέως καὶ [c] Νικόλαος ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν, λέγων οὕτως· "μετὰ δὲ ταῦτα πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τῶν ἐγχωρίων τις Ἀ- "δαδος ὄνομα, πολεῖν ἰσχύσας Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης "Συρίας, ἔξω Φοινίκης, ἐβασίλευσε. πόλεμον δὲ ἐξενέγκας "πρὸς Δαυίδην βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, καὶ πολλαῖς μάχαις [d] κριθεὶς, ὑστάτῃ τε περὶ τὸν Εὐφράτην, ἐν ᾗ ἡττᾶτο, "ἄριστος ἔδοξεν εἶναι βασιλέων ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ". πρὸς τούτοις δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ φησὶν, ὡς μετὰ τὸν ἐκείνου πολίτου ἐξεδέχοντο παρ' ἀλλήλων καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὸ ὄνομα, λέγων οὕτως· "τελευτήσαντος δ' ἐκείνου [e] οἱ "ἀπόγονοι ἐπὶ δέκα γενεὰς ἐβασίλευον, ἑκάστου παρὰ τοῦ "πατρὸς ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τοὔνομα [f] τοῦτο ἐκδεχομένου, "ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ. μέγιστον δὲ πάντων δυ- "νηθεὶς ὁ τρίτος, ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὸν τοῦ "προπάτορος ἦβαν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους, ἐπόρθησε "τὸν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην". οὐ διήμαρτε δὲ τῆς ἀληθείας. οὗτος γάρ ἐστιν Ἀδαδος ὁ στραλευσάμενος ἐπὶ Σαμαρείαν, Ἀχάβου βασιλεύοντος τῶν Ἰσραηλιτῶν· περὶ οὗ καὶ χώρας ὕστερον ἐροῦμεν.

γ'. Δαυίδης δὲ στρατευσάμενος ἐπὶ Δαμασκὸν καὶ τὴν ἄλλην Συρίαν, πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἐποιήσατο, καὶ φρουρὰς ἐν τῇ χώρᾳ καταστήσας, καὶ φόρους αὐτοῖς τελεῖν ὡρίσας, ὑπέστρεψε· καὶ τὰς τε χρυσοῦς φαρέτρας καὶ τὰς περικνημίδας, ἃς οἱ τοῦ Ἀδάδου σωματοφύλακες ἐφόρουν, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ εἰς Ἱεροσόλυμα, [h] ἃς ὕστερον ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς Σέσωγχος, στρατεύσας ἐπὶ [i] τὸν [k] ὑὸν αὐτοῦ Ροβόαμον, ἔλαβε, καὶ πολὺν ἄλλον ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξεφόρησε πλοῦτον. ταῦτα μὲν οὖν, ὅταν ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν οἰκεῖον αὐτῶν τόπον, δηλώσομεν. ὁ δὲ τῶν Ἑβραίων βασιλεὺς, τοῦ Θεοῦ συμπνέον-

eaque Hebræorum ditioni adjecta, in Moabitas bellum transferebat. Et duas quidem exercitus eorum partes victoria potitus ferro perimebat, quod vero reliquum erat in deditionem accipiebat. Ac, cum illis annuum tributum imperasset, statim in Adrazarum, Arai quidem filium Sophenes autem regem, copias adduxit: cumque eo juxta Euphratem fluvium pugna conserta, peditum quidem circiter viginti millia, equitum vero ad septies mille occidit. Quin & currus ipsius mille cepit: ac majorem quidem illorum partem igne absumpsit, centum vero solummodo jussit sibi adservari.

VI. *Adadum, Damasci & Syrorum regem, subigit.*

2. Adadus autem Damasci & Syrorum rex, audito quod Davides Adrazaro bellum intulerat, valida cum manu ei, utpote ipsius amicus, ad auxiliandum veniebat, liberandumque *ab hoste* ut sperabat. Atque ei congressus ad Euphratem fluvium, in prælio vero spe lapsus magnam exercitus partem amisit. nam ex Adadi acie ceciderunt viginti millia ab Hebræis cæsa, reliqui vero omnes terga vertebant. Hujus autem regis meminit etiam Nicolaus historiarum libro quarto in hæc verba: "Multo post hæc tempore indigenarum quidam "nomine Adadus, præpollens factus, & Damas- "scum & Syriæ, præter Phœnicen, cætera regno "tenuit. Susceptoque autem in Davidem Judææ re- "gem bello, cum multis præliis decertasset, po- "stremo ad Euphratem commisso, in quo victus "est, præstantissimus regum esse cum robore tum "fortitudine visus est". Ad hæc autem & de posteris ejus narrat, quod post illius obitum, alius ab alio, regnum simul & nomen acceperunt, hisce verbis: "Eo mortuo posteri ejus in decem ætates "regnarunt, unoquoque à patre simul cum impe- "rio hoc etiam nomen accipiente, ut Ptolemæi "in Ægypto. Horum vero tertius, cum multum "invaluisset, avi cladem bello instaurare volens, "urbem, quæ nunc Samaritis dicitur, populatus "est". In hoc autem à veritate non aberravit. hic enim est *ille* Adadus, qui, Achabo apud Israëlitas regnante, Samariam invasit: de quo suo loco dicturi sumus.

Nicolaus Damascenus historicus.

3. Davides autem, expeditione facta in Damascum & cætera Syriæ, ipsam totam in suam potestatem redegit; dispositisque per regionem præsidiis, atque certo vectigali incolis imperato, *domum* est reversus: & aureas pharetras, & armaturas, quibus amicti erant Adadi satellites, Deo Hierosolymis dedicavit; quas postea Susacus Ægyptiorum rex, exercitu in nepotem ejus Roboamum educto, capiebat, & cum multis aliis divitiis ex Hierosolymis exportavit. Atenim hæc, cum in locum illis proprium ventum fuerit, *fusius* declarabimus. Hebræorum autem rex, Deo cœptis ejus ad-

Davides ampla spolia ex Syris devictis reportat. 2 Regum, c. 8.

q Προσορίσας τῇ τῶν Ἑβραίων,] Iterum ex *iisdem MSS.* (& Coccejo) cum antea legeretur προσορίσας ἐπὶ τῇ τῶν Ἑβρ.

r Εἶτα ἐπὶ] Vox εἶτα deest *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* & commode satis abesse potest.

s Ἀδραάζαρον] Ἀρσαάζαρον *Big.* & *Samb.* Ἀρβάζαρον *Hen.* & *Busb.* Ἀρβάζαρον τὸν Ἀδραζὰς ἤτοι Ἀδράζαρον. Rectius forsan Ἀδαδάζαρον.

t Ἀραὺ] Ἀρσὺχ juxta libros *Epiphanii.* Ἀρσὺ ἤτοι Ῥαεὺβ *Vat.* Ῥαεὺβ legi voluit *Schotanus* ex LXXII.

v Σωφήνης] Σωφωνῆς *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* Σωφωνῆς *Hen.* & *Busb.* Σωφωνῆς ἤτοι Σωβᾶ τῆς Σωβωνῆς ἱστοροῦσι *Vat.* Quam *Tzobam* nominant *S. Litera*, hic *Sophenem* dixit *Flavius*, errore ut arbitror. Nam *Ptolemæus* collocat *Sophenem* ultra *Euphratem*: atque si *S. Historiam* (2 *Sam.* 8. & 1 *Chron.* 18.) expendas, *Tsobam* Damasco vicinam, atque inter Terram Sanctam & Euphratem sitam fuisse animadvertes. C. *L'Empereur.* Vide *Bocharti Phaleg*, l. 2. c. 6. Sobam *Ptolemæi* Sabam esse existimat *Grotius.* HUDS. De Pharetris Aureis acceptis ab Sophenorum Rege, & à Davide Deo dicatis, ut & de Sophenes Rege à Davide ad Euphratem victo. vid. lib. seq. VIII. c. 10. §. 3. SPANH.

x Ἑπτακισχιλίους.] Ita cum *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* in *Editis*, *Aliisque* perperam πεντακισχιλίους. Videsis *Schotanum* in *Bibl. Hist. S.* tom. 2. p. 699.

y Ἀπαλλάξαι] Ita locum constituere visum est, præsertim cum hoc modo legant *Busb.* & *Hen.* ὅτι πολεμεῖ Δαυίδης Ἀρσαάζαρον, φίλος ὢν αὐτῷ ἦκεν συμμαχήσων, πταίσαι δὲ τῇ μάχῃ πολλὰς ἀπέβαλε τῶν στρ. atque *Epiphanius* vertat, *eum sicut sperabat ab obsessione liberaturus, & congressus denuo apud Euphratem contra David, bello devictus est. ceciderunt autem* &c. Antea erat ἀπαλλάξαι δ' ὡς προσεδόκα συμβαλὼν π. τ. Ε. π. ππ. δὲ τ. μ. καὶ πολὺς ἀπέβαλεν τῶν στρ. nec aliter plerique *MSS.* nisi quod ἀπῆλαξε δὲ καὶ προσεδόκα habeant *Big.* & *Samb.* ἀπῆλαξε δ' ὡς καὶ *Vat.*

z Εὐφράτῃ] Εὐφράτῃ passim *Vat.*

a Τῶν Ἀδάδου] Καὶ τὸν Δαυίδου διωκόμενος *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* contra quam in *aliis Gr.* & *Epiphan.*

b Δισμύριοι,] *Viginti duo millia* juxta *S. Literas*, 2 *Regum*, c. 8. v. 6. & 1 *Paralip.* c. 18. v. 5.

c Νικόλαος] Sc. *Damascenus*, amicus *Augusto* & *Herodi.*

d Κριθεὶς,] Κριθεὶς, ὑστάτῃ δὲ π. τ. Ε. ὃν ἡττᾶτο *Vat.*

e Οἱ ἀπόγονοι] Illud οἱ ex *MSS.*

f Τοῦτο] Τούτου *Big. Samb.* & *Vat.*

g Τὸν νῦν Σαμαρεῖτιν] Τὸν νῦν καλουμένην Σαμαρεῖτιν γῆν *Vat.*

h Ἃς ὕστερον] Ταύτας ὕστ. *Vat.*

i Τὸν υἱωνὸν] *Gen.* τὸν υἱὸν· leg. τὸν υἱωνὸν nepotem, & sic infr. cap. 10. §. 3. Δαυίδου υἱωνῷ Ροβοάμῳ· SPANH.

k Υἱωνὸν αὐτοῦ] Ita cum *Epiphanio* ipsoque *Josepho* sub finem capitis noni. in *Græcis* perperam υἱόν.

adſpirante, curanteque ut bella ei proſpere cederent, exercitum admovit pulcherrimis Adrazari urbibus, Bettææ & Machoni; caſque vi expugnatas diripuit. In his autem magna vis auri argentique reperta eſt: prætereaque æris genus, quod auro pretioſius eſſe perhibebant; ex quo fecit Solomon magnum illud vas quod * mare appellatum erat, & pulcherrima illa polubra, cum templum Deo adornârit.

Amathes rex Davidi gratulatur. 2 Regum, c. 8.

4. Poſtquam vero Amathes rex Adrazari res intellexit, vireſque ejus fractas eſſe audivit, ſibi metuens, ſtatuenſque Davidem, priuſquam ab eo invaderetur, ſibimet amicitia & fide *data* devincire, filium ſuum Adoramum ad eum mittit; qui ei nomine ſuo de Adrazaro, ſibi etiam hoſte, debellato gratularetur, atque ſocietatem cum eo & amicitiam iniret. Miſit & ei dona, antiqui operis vaſa aurea & argentea & ænea. Davides autem, inita ſocietate cum Thæno (ita enim appellabatur Amathes rex) acceptiſque muneribus, filium ejus pro utriuſque dignitate honorifice tractatum dimiſit. Quæ vero ab illo miſſa erant, & reliquum auri argentique, ex manubiis urbium gentiumque à ſe ſubactarum, Deo conſecravit. Non autem ipſi ſolummodo in acie dimicanti & exercitum ducenti vincere dedit Deus, & proſpere rem gerere; verum etiam miſſo cum copiis in Idumæam Abeſſæo, fratre Joabi exercitus ejus ducis, per ipſum de Idumæis victoriam reportare conceſſit. illorum enim octodecim millia in prælio Abeſſæi ductu ceciderunt. Et cum Idumææ univerſæ præſidia impoſuiſſet rex, tributa & pro agris & pro ſingulis capitibus ab Idumæis recipiebat. Erat autem & natura juſtus, & judicia ad veritatem reſpiciens exercebat. Totius vero exercitûs ducem habuit Joabum: à commentariis autem fecit Joſaphatum Achili filium: at Sadocum è domo Phineeſi pontificem creavit cum Abiatharo, amicus enim ei erat: ſcribam autem Siſam conſtituit; Banajæ vero Joadæ filio ſatellitum præfecturam dedit. Filii autem ejus natu majores corporis cuſtodes habebantur eique præſidio erant.

Cum Amathes rege fœdus init Davides.

Davidis officia. 2 Regum, c. 9.

Ejus erga Jonathæ filium benignitas. 2 Regum, c. 9.

5. Quin & ei in mentem venit fœderis cum Jonatha Sauli filio initi & fidei jurejurando datæ, illiuſque erga ſe amicitiæ ſtudiique. nam cæteris omnibus ejus virtutibus accedebat, quod eorum qui ci unquam beneficia contulerant ſemper meminerit. Itaque præcepit ut diligenter inquirerent, an quis ex ejus ſtirpe ſuperaret, cui gratias, quas debuit, referre poſſet pro jucunda olim cum Jonatha habita vitæ conſuetudine. cumque ad eum vir adductus eſſet è Sauli quidem libertis, qui vero ſcire poterat, ſi quis adhuc ex genere illius in vi-

τ῵ αὐτῷ, καὶ τὰς πολέμους συγκατορθοῦτ῵, [l] καὶ τ῀ καλλίσας τῶν Ἀδραζάρῳ πόλεων ἐπεστράτευσε, [m] Βεττωΐαν καὶ Μάχωνι· καὶ λαβὼν αὐτὰς κατὰ κράτ῵ διήρπασε. [n] χρυσὸς δ' ἐν αὐτοῖς εὑρέθη πάμπολυς Ⓒ ἀργύρ῵, ἔτι δ' Ⓒ χαλκὸς, ὃν ἔφασαν χρυσοῦ κρείττονα ἔλεγον· ἐξ οὗ Ⓒ ὁ Σολομὼν τὸ μέγα σκεῦ῵, θάλασσαν ὃ [o] καλούμενον, ἐποίησε, καὶ τὰς καλλίστας σκεύας λυτῆρας, ὅτε τῷ Θεῷ τ῀ ναὸν κατεσκεύασεν.

δ'. Ὡς δ' ὁ τ῀ [p] Ἀμάθης βασιλεὺς τὰ περὶ τ῀ Ἀδράζαρον ἐπύθετ῵, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ διεφθαρμένην ἤκουσε, δείσας περὶ αὐτοῦ, καὶ τ῀ Δαυίδην πρὶν ἐπ' αὐτὸν [q] ἐλθεῖν φιλίαν καὶ πίστιν γνὺς συνθέσθαι, πέμπει πρὸς αὐτὸν [r] Ἀδώραμον τὸν αὐτοῦ· καὶ περὶ μὲν, τ῀ Ἀδράζαρον ἐχθρὸν ὄντ' αὐτῷ πολεμῆσαι, χάριν ἔχειν ὁμολογῶν, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν Ⓒ φιλίαν ποιήσειν Ⓒ. [s] ἔπεμψεν αὐτῷ καὶ δῶρα, σκεύη τ῀ ἀρχαίας κατασκευῆς, χρύσεα Ⓒ ἀργύρεα Ⓒ χάλκεα. Δαυίδης δ' ποιησάμενο῵ τ῀ συμμαχίαν πρὸς τ῀ [t] Θαΐνον, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ βασιλεῖ τ῀ Ἀμάθης, καὶ τὰ δῶρα δεξάμενο῵, ἀπέλυσεν αὐτοῦ τ῀ υἱὸν μετὰ τιμῆς τ῀ πρεπούσης ἑκατέροις. τὰ δὲ πεμφθέντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ τ῀ ἄλλον χρυσὸν καὶ ἄργυρον, [v] ὃν ἐκ τ῀ πόλεων εἱλήφει καὶ τ῀ κεχειρωμένων ἐθνῶν, φέρων ἀνατίθησι τῷ Θεῷ. οὐκ [x] αὐτῷ δὲ πολεμοῦντι μόνῳ, καὶ τῆς στρατιᾶς ἡγουμένῳ τὸ νικᾶν καὶ κατορθοῦ [y] παρέσχεν ὁ Θεός· ἀλλὰ καὶ πέμψαντο῵ αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰδουμαίαν Ἀβεσσαῖον τ῀ Ἰωάβου [z] ἀρχιστράτηγον ἀδελφὸν, δι' ἐκείνου [a] τῶν Ἰδουμαίων νίκην ἔδωκε. μυρίους γὰρ αὐτῶν καὶ ὀκτακισχιλίους Ἀβεσσαῖο῵ διέφθειρε τῇ μάχῃ. καὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἅπασαν φρουραῖς Ⓒ φυλακαῖς ὁ βασιλεὺς, φόρους τε τ῀ χώρας Ⓒ τ῀ ἑκάστου κεφαλῆς παρ' αὐτῶν ἐδέχετο. ἦν δὲ καὶ δίκαιο῵ τὴν φύσιν, καὶ τὰς κρίσεις πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀφορῶν ἐποιεῖτο. [b] στρατηγὸν δ' ἁπάσης εἶχε τ῀ στρατιᾶς τ῀ Ἰωάβου· ὑπὲ δὲ τῶν ὑπομνημάτων [c] Ἰωσάφατον υἱὸν [d] Ἀχίλου κατέστησεν· ἀπέδειξε δ' ἐκ τ῀ [e] Φινεέσου [f] οἰκίας τ῀ Σάδωκον [g] ἀρχιερέα μετ' Ἀβιαθάρου, φίλο῵ γὰρ ἦν αὐτῷ· γραμματέα δὲ [h] Σαοὺν ἐποίησε· [i] Βαναίαν δὲ τὸν [k] Ἰωάδου τὸν τῶν σωματοφυλάκων ἀρχὸν ἀπεδείδωσιν. οἱ δὲ πρεσβύτεροι [l] παῖδες αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν τάξιν φυλακὴν ἦσαν.

ε'. Ἐμνήσθη δὲ καὶ [m] τῶν πρὸς Ἰωνάθην τ῀ Σαούλου παῖδα συνθηκῶν καὶ ὅρκων, καὶ τῆς ἐκείνου πρὸς αὐτὸν φιλίας τε καὶ στοργῆς. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγαθοῖς οἷς εἶχεν, ἔτι καὶ μνημονικώτατο῵ τῶν εὖ ποιησάντων ἦν τ῀ ἄλλον χρόνον [n] ὑπῆρχε. [o] πρόσταξε γοῦν ἀναζητεῖν εἴ τις ἐκ τ῀ γένους αὐτοῦ σώζεται, ᾧ τὰς ἀμοιβὰς ἃς ὤφειλε τῷ Ἰωνάθῃ τῆς ἑταιρείας ἀποδώσει. ἀχθέντ῵ οὖν τιν῵, ἠλευθερωμένου μὲν ὑπὸ Σαούλου δουλεύοντος δὲ γινώσκειν τὸν ἐκ τ῀ γένους

---

l Καὶ τὰς καλλίστας] Καὶ τὰς ἄλλας τ῀ &c. legiſſe videtur *Epiphan.*

m Βεττωΐαν καὶ Μάχωνι·] Ita in *Græcis* omnibus, ſine ulla ſcripturæ varietate, in *Epiphanii* libris *Baachan & Machon*, aut *Bacham & Machoneas.* Videſis *J. Clericum* ad 2 *Sam.* c. 8. v. 8. HUDS. LXX. 11 Sam. VIII. 8. τ῀ Μεθεβὰκ καὶ ἐκ τ῀ ἐκλεκτῶν πόλεων· Hebr. ומבטח ומברתי MS. Alex. Μασεβὰχ pro Μασεβὰχ. *In Verſ. Syr.* Tabah & Beruthi. SPANH.

n Χρυσὸς δ'] Χρυσὸς δὲ αὐτοῖς *Vat.*

o Καλούμενον,] Ita cum *Cod. Vat.* in *reliquis* καλουμένῳ.

* *Mare appellatum erat,*] *Sc.* à capacitate.

p Ἀμάθης] Ἀμάθη ſup. urbs Phœniciæ lib. 1. c. 7. §... dicta à Macedonibus Ἐπιφάνεια. SPANH.

q Ἐλθεῖν φιλίαν] Ἐλθεῖν *Vat.*

r Ἀδώραμον] Ἀδώραμον ἤτοι Ἰόδδαρον *Vat.* in *Epiphanii* libris *Adaram.* juxta Hebr. *Joram.* LXXII. Ἰεδδουράμ.

s Ἔπεμψεν αὐτῷ καὶ δῶρα,] Ἔπεμψε δ' αὐτῷ *Vat.*

t Θαΐνον,] Θόου juxta pleroſque *Epiphanii* libros & LXXII. (Θόηνα *Coll. Big.* & *Voſſ.*) πρὸς Θαΐραν τ῀ Θοῦ *Vat.*

v Ὃν ἐκ τ῀ πόλεων] Ita *Big. Samb.* & *Epiphan.* ὧν in *Editis.*

x Αὐτῷ δὴ πολεμοῦντι] Sic ex *iiſdem.* (& *Coccejo*) in *Editis* αὐτά.

y Παρέσχεν ὁ Θεός·] Παρεῖχεν *Vat.*

z Ἀρχιστράτηγον] Ita cum *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* in *reliquis* ἀνθυστρατήγου.

a Τῶν τ῀ Ἰδουμαίων] Articulum τῶν inſerui ex *MSS.*

b Στρατηγὸν] Delevimus τ῀ ante στρατηγὸν auctoritate *Codd. Samb.* & *Vat.*

c Ἰωσάφατον] Ita cum *MSS.* in *Editis* Ἰωσαφὰτ τ῀ υἱόν.

d Ἀχίλου] Ἀχιλοὺδ LXXII.

e Φινεέσου] Itidemque ex *MSS.* Φινεὲς in *Editis.*

f Οἰκίας] Οἰκίας ἀρχιερέα τ῀ Ἀβιάθαρον juxta *Vet. Interpr.* Verum locum mutilum eſſe oſtendit *J. Seldenus* lib. 1. *de Succeſſ.* in *Pontific.* c. 4. Vide *Theodoret.* in 2 *Regum*, ΕΡΩΤ. κγ'.

g Ἀρχιερέα μετ' Ἀβιαθάρου,] Duo Pontifices ſub Davide. vid. infr. cap. 9. §. 2. SPANH.

h. Σαοὺν] Σαοῦν *Vat.* quo modo in *Codicibus* LXXII. 2 *Regum*, c. 8. v. 17. niſi quod Σαρεΐας habeat *Alexandrinus.* Σεραὰ 1 *Paralip.* c. 18. v. 16. in *Epiphanii* libris *Seraias* aut *Saraias* dicitur.

i Βαναίαν] Βεναίαν *Big.* & *Samb.*

k Ἰωάδου] Sic cum *MSS.* Ἰώδα in *MSS.*

l Παῖδες αὐτοῦ] Ita in *MSS.* & *Vet. Interpr.* πάντες in *Editis.* HUDS. Forte πρεσβύτεροι πάντες ἦσαν αὐτῷ. COCC.

m Τῶν πρὸς Ἰωνάθην] Τῶν adjecimus ex *MSS.* & ex *iiſdem* Ἰωνάθῃ fecimus pro Ἰωνάθαν.

n Ὑπῆρχε.] Ὑπῆρξε *Vat.*

o Προστάξε] Ita in omnibus *MSS.* niſi quod προσίβαξεν ἂν habeant *Big.* (& *Coll. Voſſ.*) & σώζηται *Vat.* ſic etiam legebat (præter *Coccejum*) *Epiphanius*, qui vertit, *præcepit ergo requiri, ſi aliquis de Sauli genere ſupereſſet, cui retributionis debitum pro Jonathæ amicitiis repenſaret.* antea erat ὑπῆρχε. καὶ εἴτις ἐκ τ῀ γένους αὐτῷ σώζεται, ᾧ τὰς ἀμοιβὰς ἀφίλειαν Ἰωνάθῃ τ῀ ἑταιρείας ἀποδώσει.

p Αὐ-

ηψυς [p] αὐτὸ ϖϐειόντας, ἀνέκρινεν εἴ τινα ἔχοι λέγειν τῶν Ιωνάθῃ ϖϱοσηκόντων ζῶντα, καὶ κομίσαιτο τὰς τῶν εὐεργεσιῶν χάριτας δυνάμενον, ὧν αὐτὸς ἔτυχε ϖϱὸς Ιωνάθου. φήσαντος δ' ἰὸν αὐτὸ ϖϐιλείπεσθαι, [q] Μεμφίϐοσθον ὄνομα, πεπηρωμένον τὰς βάσεις· τῆς γὰϱ τϱοφὸς, μετὰ τὸ ϖϱοσαγγελθῆναι τ πατέϱα & παιδίου καὶ τ πάππων ἐν τῇ μάχῃ πεσόντας, ἁϱπασαμένης καὶ [r] φυγούσης, ὑπὸ τ ὤμων αὐτὸν κατενεχθῆναι καὶ βλαϐῆναι τὰς βάσεις· [s] μαθὼν ὅπου τε καὶ ϖϱός τινι τϱέφεται, πέμψας πϱὸς τὸν Μάχειϱον εἰς [t] Λαϐαθὰ πόλιν, ϖϱὸς τοῦτῳ γὰϱ ὁ τοῦ Ιωνάθου παῖς ἐτϱέφετο, μεταπέμπεται πϱὸς αὐτόν. ἐλθὼν δὲ ὁ Μεμφίϐοσθος πϱὸς τὸν βασιλέα, πεσὼν ὑπὲϱ πϱόσωπον ϖϱοσεκύνησεν [v] αὐτόν. ὁ δὲ Δαυίδης, χαίϱειν τε [x] ϖϱοτϱέπει καὶ τὰ βελτίω ϖϱοσδοκᾶν. διδωσὶ δ' αὐτῷ καὶ τὸν ϖατϱῷον οἶκον, καὶ ϖᾶσαν τὴν οὐσίαν ἣν ὁ ϖάππος αὐτοῦ Σαούλης ἐκτήσατο· σύσσιτόν τε & ὁμοτϱάπεζον ἐκέλευσεν εἶναι, καὶ μηδὲ μίαν ἡμέϱαν ἀπολείπεσθαι τ σὺν αὐτῷ [y] τϱαπέζης. & δὲ παιδὸς ϖϱοσκυνήσαντος ὅτι τε τοῖς λόγοις καὶ τ δωϱεαῖς, καλέσας τ [z] Σιϐὰν, τόν τε ϖατϱῷον οἶκον ἔλεγε [a] δεδωϱῆσθαι τῷ παιδὶ καὶ ϖᾶσαν τὴν Σαούλης κτῆσιν· αὐτόν τε ἐκέλευσεν ἐϱγαζόμενον αὐτοῦ τὴν γῆν & ϖϱνοεῖσθαι, ἀπαίνων τὴν ϖϱόσοδον εἰς Ιεϱοσόλυμα κομίζειν. [b] ἄγεται δ' αὐτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέϱαν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τϱάπεζαν· αὐτὸν τε τὸν Σιϐὰν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ἦσαν δ' αὐτοῖς πεντεκαίδεκα, καὶ τοὺς οἰκέτας αὐτοῦ, τ ἀϱιθμὸν ὄντας εἴκοσιν, [c] τῷ παιδὶ χαϱίζεσθαι Μεμφιϐόσθου. ταῦτα [d] διαταξαμένου & βασιλέως, ὁ μὲν Σιϐὰς ϖϱοσκυνήσας, καὶ ϖάντα ποιήσειν εἰπὼν, ἀνεχώϱησεν· ὁ δὲ Ιωνάθου παῖς ἐν Ιεϱοσολύμοις κατῴκει, σωεσιώμενος τῷ βασιλεῖ, καὶ ϖάσης ὡς υἱὸς αὐτοῦ θεϱαπείας τυγχάνων. ἐγένετο δ' αὐτῷ & παῖς, ὃν [e] Μιχὰν ϖϱοσηγόϱευσε.

vis eſſet, interrogavit *eum* num quem vivere exploratum habeat cum Jonatha ſanguine conjunctum, quique à ſe poſſet beneficiis remunerari vice illorum quæ ipſe à Jonatha acceperat. Cum autem ille reſpondiſſet, filium ejus ſupereſſe nomine Memphiboſthum, pedibus claudum (nam dum nutrix, ut nunciatum erat pueri patrem avumque prælio cecidiſſe, eo feſtinanter arrepto fugeret, contigit ut ille humeris excuſſus prolaberetur, pedeſque læderet) poſtquam intellexit ubinam eſſet & apud quem educaretur, miſit in Labathan urbem ad Machirum (nam apud eum educatus erat Jonathæ filius) qui illum ad ſe accerſerent. Ubi vero ad regem venit Memphiboſthus, in faciem procidens illum adoravit: Davides autem ut bono eſſet animo hortatus eſt & meliora *omnia* exſpectaret. Ei vero domum paternam donat, & quicquid Sauli avi ſui antea fuiſſet: juſſitque ut ſibi victor eſſet & ſecum epulis accumberet, & ne uno quidem die ſibi ad menſam non accederet. Cumque puer verborum donorumque gratia *eum* adoraſſet, *rex* Siba vocato dicebat, ſe puero dediſſe domum paternam & quicquid Saulus habuit; ipſique præcepit ut terram ejus coleret curaretque, & omnium proventum Hieroſolyma afferret. Verum ſingulis diebus eum ad menſam ſuam adducit; ipſumque Sibam & filios ejus (erant autem iſti quindecim) ejuſque ſervos (numero viginti) puero dat Memphiboſtho. His ita à rege conſtitutis, Sibas quidem, cum *eum* adoraſſet, dixiſſetque ſe omnia *quæ juſſerat* facturum eſſe, diſceſſit: Jonathæ vero filius Hieroſolymis habitabat, regis menſæ adhibitus, atque omni, quaſi filius ejus, obſervantia cultus. Habebat autem & ipſe filium, quem Micham appellavit.

p Αὐτῷ ϖϐειόντας,] Sic in *MSS.* αὐτῷ in *Editis.*
q Μεμφίϐοσθον] Μιφίϐοσὶθ juxta *Epiphanium*, Μεμφιϐοσὶθ LXXII.
r Φυγούσης,] Φόβου *MSS.*
s Μαθὼν] Μαθὼν δ' ὅπου *Big. Samb.* & *Vat.*
t Λαϐαθὰ] Λαὸαϐα *Vat.* Λοϐάδαϱ aut Λαϐάδαϱ aut Λαϐαδαρὶ in *Codd.* LXXII. in *Epiphanii* libris *Iodabar*, & *Lodabar*, & *Labathan.*
v Αὐτὸν.] Ita ex *MSS.* αὐτῷ in *Editis.*
x Προτρέπει] Sic *Vat.* ϖϱοτϱέπεται *Big.* & *Samb.* ϖϱοτρέπει *Baſ.* & *G.*
y Τραπέζης.] Διαίτης ſolus *Vat.*
z Σιϐὰν,] Σιϐᾶν *Vat.* Σιϐᾶ *Big.* & *Samb.* Σιϐὰ *Baſ.* & *G.*
a Δεδωρῆσθαι] Sic *Big.* & *Samb.* δεδωρῆσθαι *Baſ.* & *G.* δωρήσασθαι *Vat.*
b Ἄγεται δ' αὐτὸν] Ἀγέσθαι *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) atque ita legiſſe videtur *Vet. Interpr.*
c Τῷ παιδὶ χαρίζεσθαι] Τῷ Ιωνάθου παιδὶ juxta *Epiphanium.*
d Διαταξαμένου] Διαπραξαμένου ſolus *Vat.*
e Μιχὰν ϖϱοσηγόρευσε.] Ita cum *Vat.* & *Epiphanii* libris. Μίχαιον in *Editis*, *Aliiſque.*
f Καὶ Ιωνάθου] Καὶ τοῦ Ιωνάθου ſolus *Vat.*.
g Καιρὸν] Sic in *omnibus MSS.* in *Editis* χρόνον.
h Τῶν Ἀμμανιτῶν] Illud τῶν inſerui ex *MSS.*
i Ναάσου,] Sic *Samb. Vat.* & *Hen.* Ναάσου in *Editis*, *Aliiſque.* Ναὰς LXXII.
k Οὗτος αὐτῷ,] Ita *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* αὐτὸς in *ceteris.*
l Τοῦ παιδὸς,] Articulum nobis ſervarunt *Big.* & *Samb.* in *Editis* deſideratur. βασιλέως τοῦ παιδὸς *Vat.*
m Τὴν αὐτὴν φιλίαν] Τὴν φιλίαν Δαμεῖν *Vat.* & *Epiphan.*
n Ἀλλ' ὁ] Ἀλλ' ὁ καὶ τοῦ Δ. πϱ. τ. ἐξεδέξατο *Samb.* & *Vat.*
o Πιθανώτεϱα λέγειν] Ita *Samb.* in *reliquis* πυθανότεϱα.
p Εἶχεν,] Ἔχειν *Big.* & *Samb.*

Bbb q Ναά-

ΚΕΦ. ϛ'.

Ὡς ἤϱξη πόλεμος κατὰ τῶν Αμμανιτῶν, καὶ κατϱώθη.

CAP. VI.

Ut bellum contra Ammanitas cœptum eſt, feliciterque confectum.

ΚΑΙ οἱ μὲν ϖϐελεφθέντες ἐκ τοῦ Σαούλου γένους [f] καὶ Ιωνάθου τούτων ἔτυχον ϖαϱὰ Δαυίδου τῶν τιμῶν. πλουτήσαντος δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν [g] καιρὸν τοῦ [h] τῶν Αμμανιτῶν βασιλέως [i] Ναάσου, φίλος δ' ἦν αὐτῷ [k] ὅτος αὐτῷ, καὶ διαδεξαμένου τὴν βασιλείαν αὐτὸν [l] τοῦ παιδὸς, πέμψας Δαυίδης ϖϱὸς αὐτὸν, παϱεμυθήσατο· πεάως τε φέϱειν ὑπὲϱ τῷ θανάτῳ τοῦ πατϱὸς ϖαϱῄνων, καὶ [m] τὴν αὐτὴν φιλίαν μένειν ἣ ϖϱὸς ἐκεῖνον ἦν τούτῳ ϖϱοσδοκᾶν. οἱ δὲ τῶν Αμμανιτῶν ἄϱχοντες κακοήθως, [n] ἀλλ' ὡς καὶ τὸ τοῦ Δαυίδου τϱόπου, ταῦτ' ἐδέξαντο, καὶ παϱώτρυναν τὸν βασιλέα, λέγοντες κατασκόπους ϖεμφθέναι τὴν χώϱας Δαυίδῃ καὶ τῆς αὐτῶν δυνάμεως ὑπὲϱ ϖϱοφάσει φιλανθϱωπίας· φυλάττεσθαί τε συνεϐούλευον καὶ μὴ ϖϱοσέχειν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, μὴ καὶ σφαλεὶς ἀϖαϱηγοϱήτῳ συμφοϱᾷ ϖεϱιϖέσῃ. ταῦτ' οὖν δόξας [o] ϖιθανώτεϱα λέγειν τοὺς ἄϱχοντας, ἢ πάλῃθες [p] εἶχεν, ὁ τῶν Αμμανι-

ET quidem Davides relictos ex Sauli Jonathæque familia hiſce dignatus eſt honoribus. Cum vero per idem tempus mortem obiiſſet Naaſes Ammanitarum rex, (qui & ipſe Davidi amicus erat) & filius ejus ei in regno ſucceſſiſſet, Davides, miſſis ad eum ſuis, ipſum de patre conſolatus eſt, ſimul adhortans ut & mortem ejus patienter ferret, & eandem amicitiam, quæ ſibi cum illo interceſſerat, manſuram exſpectaret. Ammanitarum autem principes pravo malignoque animo, & non ex more & ingenio Davidis, hæc ipſa acceperunt, eique ſtimulos admoverunt, dicentes, Davidem ſub humani officii prætextu miſiſſe qui regionem ſpecularentur, ipſorumque vires *explorarent*; ac proinde ei conſilium dederunt ut ſibi caveret, nec verbis ejus temere crederet, ne in calamitatem incidat, cui nulla adhiberi poteſt conſolatio. Rex itaque Ammanitarum Naaſes, cum hanc principum

Davides mittit qui Naaſis filium de morte patris conſolentur. 2 *Regum*, c. 10.

pum orationem fide digniorem esse, quam revera erat, sibimet persuasisset, legatos à Davide missos gravissima affecit injuria. nam, rasis ex parte barbis eorum, & dimidio vestium præciso, responsa factis non verbis relaturos dimisit. Cum autem hæc conspexissent Israëlitarum rex, ægre rem tulit; & præ se ferebat non neglecturum se injuriam cum contumelia conjunctam, sed bellum Ammanitis illaturum esse, & pœnas ob flagitium in legatos ab illis admissum à rege exacturum. Postquam vero *regis* necessarii & copiarum præfecti intellexerunt, quod fœdera violarint & supplicia pro scelere luituri essent, mature sese ad bellum comparabant: missisque ad Syrum Mesopotamitarum regem mille talentis, illum ut hac mercede socius fieret obsecrarunt, prætereaque Soubam. habebant autem isti reges peditum viginti millia. Quin & provinciæ, quæ Micha nuncupatur, regem conduxerunt, & quartum nomine Istobum. atque illi secum adducebant duodecim armatorum millia.

Ammanitis, quod legatos Davidis male tractarint, bellum infertur. 2 Regum, c. 10.

VII. *Joabi de Ammanitis victoria. 2 Regum, c. 10.*

Davides concubinas ſuas in cuſtodiam dat. 2 Regum, c. 20.

Ameſſam ad copias colligendas mittit.

Eo ultra tempus præſcriptum morante, Joabo imperat ut Sabæum perſequatur.

Joabus, ad Sabæum perſequendum profectus; Ameſſam, ei obviam factum interficit. 2 Regum, c. 20.

7. Joabus autem ſecum ſtatuebat nihil morari; ſed fratre viriſque ſexcentis aſſumptis, reliquiſque qui tum Hieroſolymis aderant militibus eum comitari juſſis, ad Sabæum perſequendum profectus eſt. Cumque Gabaonem perveniſſet (illa autem vicus eſt XL. ſtadiis ab Hieroſolymis diſtans) Ameſſæ, qui magnum *ſecum* adduxerat exercitum, obviam factus eſt. At Joabus, cum gladio accinctus eſſet & thorace indutus, accedente ad eum ſalutandum Ameſſa, id de induſtria egit ut enſis quaſi ſponte è vagina excideret; eoque mox à terra ſublato, & altera manu, tanquam Ameſſam prope adſtantem deoſculari vellet, barba *illius* prehenſa, nihil advertentem, vulnere in ventre facto, occidit. facinus nefarium & omnino flagitioſum perpetrans, quod juveni bono & cognato & innocenti ab ipſo invideretur propter munus imperatorium, atque honorem cum ipſius dignitate ex regis gratia æquatum. Hac enim de cauſa jam ante Abenerum interfecit. Sed illud quidem ipſius ſcelus honeſti ſpecies excuſare videbatur, quod fratrem Aſaëlum vindicaſſe exiſtimaretur: Ameſſæ vero cædi nihil hujuſmodi prætendi potuit. Cæſo

"τῷ μὲν λαὸς ἅπας [k] ἕνδεκα μοίρας ἔχει, μίαν "δ' ἡμεῖς, καὶ [l] πρεσβύτεροι ἐσμὲν, καὶ οὐκ ἐπιη"σαι δίκαια, κρύφα καὶ λελη θότως ἐλθοντες πρὸς τὸ "βασιλέα".

ς'. Τοιαῦτα τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους διαλεχθέντων, ἀνὴρ τὶς πονηρὸς, καὶ στάσεως χαίρων, ὄνομα [m] Σαβαῖος, ὑὸς Βοχορέως, τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς, στὰς ἐν μέσῳ πρὸς τὸ πλῆθος, μέγα βοήσας, εἶπεν· "ὅτι ἔχει τὶς ἡμῶν μερίδα Δαυίδου μοίρας, ὅτι "κλῆρον πρὸς τῷ Ιεσσαίου παιδί". καὶ μετὰ τὸς λόγους σαλπίσας κέρατι, σημαίνει πόλεμον πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ πάντες ἠκολούθησαν ἐκείνῳ, Δαυίδου καταλιπόντες. μόνη δ' αὐτῷ παρέμεινεν ἡ Ιούδα φυλὴ, ᾗ κατέῤῥησεν αὐτὸν εἰς τὸ ἐν Ιερουσαλύμοις βασίλειον. ᾗ τὰς μὲν παλλακὰς, αἷς ὁ ὑὸς αὐτοῦ συνῆλθεν Αβεσάλωμος, εἰς ἄλλα μετήγαγε οἰκίαν, πάντα παρασκέψας αὐταῖς χορηγεῖν τὰ ἐπιτήδεια [n] τὰς ἐπιμελουμένας, αὐτὸς δ' [o] οὐκ ἐπλησίαζεν αὐταῖς. ἀποδείκνυσι δὲ τὸν Αμεσσὰν στρατηγὸν, ᾗ τὴν τάξιν αὐτῷ, ἐφ' ἧς Ιώαβος ἦν, δίδωσιν· [p] ἐκέλευσέ τε, στρατιὰν ὅση δυνατὸν συναγαγόντα ἐκ τῆς Ιούδα φυλῆς, μεθ' ἡμέρας τρεῖς ὡς αὐτὸν ἐλθεῖν, ἵνα, παραδοὺς αὐτῷ πᾶσαν τὴν δύναμιν, ἐκπέμψῃ πολεμήσοντα [q] τὸν υἱὸν Βοχορέως. ἐξελθόντος δὲ Αμεσσᾶ, ᾗ περὶ τὴν ἄθροισιν τῆς στρατιᾶς [r] βραδύναντος, ὡς οὐκ ἐπανήκει, τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ὁ βασιλεὺς πρὸς [s] τὸν Ιώαβον ἔλεγε, "οὐκ εἶ"ναι [t] σύμφορον ἀνέχεσθαι τῷ Σαβαίῳ δίδοναι· μὴ, γὰρ "μενος ἐν πλείονι παρασκευῇ, μειζόνων κακῶν ᾗ πρά"γματων αἴτιος, ἢ Αβεσάλωμος αὐτοῖς κατέῤῥηξε, γένη)· "μὴ προέμενε τοίνυν ἐπὶ μηδὲν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ παρασκευὴν "ἐὼν δυνάμιν, ᾗ τοὺς ἑξακοσίους μετ' Αβεσσαίου δὲ ἀδελ"φοῦ σου, δίωκε τὸν πολέμιον· καὶ ὅπου ποτ' ἂν αὐτὸν "καταλάβῃς ὄντα, παρόντι συμβαλεῖν. σπεύδουσι δ' "αὐτὸν φθάσαι, μὴ, πόλεις ὀχυρὰς καταλαβόμενος, "ἀγῶνας ἡμῖν ἐκ πολλοὺς ἰσρῶτας παράσχοι".

ζ'. Ιώαβος δ' οὐκ ἐπὶ μέλλειν ἔκρινεν· ἀλλὰ τὸν τε ἀδελφὸν καὶ τοὺς ἑξακοσίους [v] παραλαβὼν, καὶ ὅση λοιπὴ δύναμις ἦν ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις ἕπεσθαι κελεύσας, ἐξώρμησεν ὀπίσω [x] Σαβαῖον. ἤδη δ' ἐν [y] Γαβαῶ· κώμη δ' ἔστιν αὕτη σταδίους ἀπέχουσα πεντήκοντα τῶν Ιεροσολύμων· γενομένου, [z] πολλὴν Αμεσσᾶ δύναμιν ἀγαγόντος, ἀπιλύτησεν αὐτῷ. περιζωσάμενον δὲ μάχαιραν, καὶ θώρακα ἐνδεδυμένον Ιώαβον, προσιόντα ἀσπάσασθαι Αμεσσᾶ, φιλοτέχνως τὴν μάχαιραν αὐτομάτως ἐκ τῆς θήκης ἐπίσησεν ἐκπεσεῖν· βασάσας δ' αὐτὴν κάτω τῆς γῆς, καὶ τῇ ἑτέρᾳ τὸν Αμεσσὰν ἐγγὺς γινόμενον ὡς καταφιλήσων δὲ γνοὺς λαβόμενον, ᾗ προσιόντα εἰς τὴν γαστέρα πλήξας ἀπέκτεινεν. [a] ἀσεβὲς ἔργον διαπραξάμενος καὶ παντελῶς ἀνόσιον, ἀγαθὸν νεανίαν [b] καὶ συγγενῆ καὶ μηδὲν ἀδικήσαντα ζηλοτυπήσας τῆς στρατηγίας καὶ τῆς παρὰ τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὸν ἰσοτιμίας. διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν δὲ τὸν Αβένηρον ἐφόνευσεν. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν αὐτοῦ τὸ παρανόμημα πρόφασις ὑπῆρχεν [c] σύγγνωστον εἶναι δόξαι ποιεῖν, ὁ ἀδελφὸς Ασαὴλ [d] ἀνδρειχθεὶς νομιζόμενος· ᾗ δ' Αμεσσᾶ φόνος οὐδὲν

Joabus, ad Sabæum perſequendum profectus; Ameſſam, ei obviam factum interficit. 2 Regum, c. 20.

Eo ultra tempus præſcriptum morante, Joabo imperat ut Sabæum perſequatur.

Ameſſam ad copias colligendas mittit.

Davides concubinas ſuas in cuſtodiam dat. 2 Regum, c. 20.

Sabeus Iſraëlitas à Davide abducit. 2 Regum, c. 20.

k Ενδεκα μοίρας ἔχει,] Juxta *S. Literas* δέκα. Videſis *J. Clericum* ad 2 *Sam.* c. 20.

* *Nos vero unam*,] Vel ſcribendum ἡμεῖς νος &c. vel de ſingulis Iſraëlitarum tribubus eſt intelligendum. HAV.

l Πρεσβύτεροι ἐσμὲν] Καὶ πρωτότοκος ἐγὼ ἢ σὺ LXXII.

m Σαβαῖος,] Σαχίας *Vat.* paſſim. Σαβεὶ LXXII.

n Τὰς ἐπιμελουμένας,] Τοῖς ἐπιμελουμένοις ſolus *Vat.*

o Οὐκ ἐπλησίαζεν αὐταῖς.] Οὐκ ἔτ' ἐπλ. *Samb.*

p Ἐκέλευσέ τε,] Ita *Vat.* & *Epiphan.* in *cæteris* ἐκέλευσε ᾗ τρ.

q Τὸν υἱὸν Βοχορέως.] Τὸν Σαβαῖον υἱὸν Βοχορέως legiſſe videtur *Vet. Interpr.*

r Βραδύναντος,] Βραδυνόντος *Big.* & *Samb.*

s Τὸν Ιώαβον] Articulum non agnoſcit *Vat.*

t Σύμφορον] Συμφέρον *Vat.*

v Παραλαβὼν,] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* παρελάβε in *Editis*. commode ſatis.

x Σαβαῖον.] *Coll. Big.* & *Voſſ.* Σαβεὶ.

y Γαβαῶ· κώμη δ' ἔστιν αὕτη σταδίους ἀπέχουσα πεντήκοντα] Ita cum *Vat.* ut ſupra, p. 363. §. 3. in *reliquis* Γαβαών. HUDS. Lib. v. Ant. Jud. c. (*I.*) §... Γαβαωνῖ) ᾗ κατοικοῦντες ἴσγισε τοῖς Ιεροσολύμοις· vid. etiam lib. VIII. c. 12. §. 5. SPANH.

z Πολλὴν Αμεσσᾶ δύναμιν] Οὐ πολλὴν Αμεσσᾶ δύναμιν ἀγαγόντος juxta *Epiphanium*, qui vertit, *occurrit ei Amaſa ut ſalutaret eum, non multo adhuc exercitu congregato.*

a Ασεβὲς ἔργον] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* deeſt ἀσεβὲς, ut & ᾗ ante παντελῶς.

b Καὶ συγγενῆ] Ita cum *Vat.* & *Vet. Interpr.* in *reliquis* νεανίαν συγγενῆ.

c Σύγγνωστον εἶναι δόξαι ποιεῖν,] Sic *Vat. Samb.* & *Baſ.* in *cæteris* σύγγνωστον.

d Ἀνδρειχθεὶς νομιζόμενος·] Eo modo *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ἀνδρειχθεῖς in *Editis*, *Aliiſque*.

e Δὲ

ὑδὲν τοιῦτον ἔχε ⸂ϖ⸃ρακάλυμμα. ἀποκλείνας [c] ⸂ὴ⸃ τ ⸂στρα⸃τηγὸν ἐδίωκε τ Σαβαῖον, καταλιπὼν ἕνα [f] πρὸς τῷ νεκρῷ· βοᾷν ἐντελάμενον πρὸς τὸν στρατιὰν, ὅτι πεθνηκε μὲν Αμεσσὰς δικαίως ⸂ϵ⸃ μετ' αἰτίας [g] κολαζόμενον, εἰ ⸂ὴ⸃ φρονεῖτε τὰ ⸂τ⸃ βασιλέως, ἕπεσθε αὐτὸς τῷ στρατηγῷ Ιωάβῳ, καὶ Αβεσσαίῳ τῷ τούτου ἀδελφῷ. κειμένου ⸂ὴ⸃ τοῦ σώματος ⸂ἐπὶ⸃ τ ὁδοῦ, καὶ παντὸς ⸂τ⸃ πληθους [h] ἐπ' αὐτὸ συρρέοντος, καὶ οἷα ὄχλος φιλεῖ, ἐθαύμαζον πλέον [i] ⸂ϖ⸃οησόμενοι, βαστάσας ἐκεῖθεν ὁ φύλαξ, καὶ κομίσας εἰς τι χωρίον ἀπωτάτω τ ὁδοῦ, πέμψιν αὐτῷ ⸂ϵ⸃ καλύπτει ἱματίῳ. τούτου γιγνομένου, πᾶς ὁ λαὸς ἠκολούθησε τῷ Ιωάβῳ. διώξαντι ⸂δ⸃ αὐτῷ ⸂ἀφ⸃ὰ πάσης τ [k] Ισραηλίτιδος χώρας τ Σαβαῖον, δηλοῖ τις ἐν ὀχυρᾷ πόλει τυγχάνειν αὐτὸν, [l] Αβελμαχέα λεγομένην. ⸂ϖ⸃ορευόμενον ⸂δ⸃ ἐκεῖ, καὶ τῇ στρατιᾷ ⸂ϖ⸃εικαθίσας τὴν πόλιν, καὶ [m] χαράκωμα ⸂ϖ⸃ερὶ αὐτὴν πηξάμενον, ὑπορύσσειν ἐκέλευσε τοῖς στρατιώταις τὸ τεῖχος, καὶ καταβάλλειν αὐτό. μὴ δεξαμένων ⸂γὰ⸃ αὐτὸν τ ἐν τῇ πόλει, χαλεπῶς πρὸς αὐτοὺς [n] ⸂διε⸃τίθει.

η'. Γυναῖόν τι σῶφρον καὶ σοφὸν, [o] ἐπ' ἐχάτης ἤδη τὴν πατρίδα κειμένην θεασάμενον, ἀναβὰν ἐπὶ τὸ τεῖχος, ⸂ϖ⸃ροσκαλεῖται ⸂ἀφ⸃ὰ τῶν οἰκιτῶν τ Ιώαβον. ⸂ϖ⸃ροσελθόντος ⸂δ⸃ ἤρξατο λέγειν, "ὡς ὁ "Θεὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀποδείξειεν, "ἵνα τοὺς πολεμίους [p] τοὺς Εβραίων ἐξάρωσι καὶ πα- "ρέχωσιν αὐτοῖς εἰρήνην ἁπάντων. σὺ ⸂γ⸃ ἀπαιδεύτως μη- "τρόπολιν Ισραηλιτῶν καταβαλεῖν καὶ πορθῆσαι, μη- "δὲν ἐξαμαρτοῦσαν". ὁ ⸂δ⸃ [q] ἵλεως μὲν εὔχεται τ Θεὸν [r] αὐτῷ ⸂ἁμ⸃ένειν· "[s] αὐτὸς ⸂δ⸃ ἄτως ἔχειν, εἶπεν, ὡς "μηδένα ⸂γ⸃ λαὸν φονεῦσαι, ἀλλ ὅπως πόλιν ἐξελεῖν βούλε- "ται τηλικαύτην. λαβὼν μέντοι παρ' αὐτῶν τ ἀνταπό- "δοσιν τῷ βασιλεῖ πρὸς τιμωρίαν [t] Σαβαῖον υἱὸν τοῦ "Βοχορίου, παύσεσθαι [v] τ πολιορκίας καὶ τὴν στρατιὰν "ἀπάξειν". ὡς ⸂δ⸃ ἤκουσεν ἡ γυνὴ [x] τὰ ⸂ϖ⸃ρὸς τοῦ Ιωάβου, μικρὸν ἀπιχεῖν δεηθεῖσα· τὴν γὰ κεφαλὴν ὑφ' ἕως αὐτῷ [y] ῥιφθήσεσθαι τοῦ τείχους. καταβαίνει πρὸς τοὺς πολίτας, καὶ "βούλεσθ', εἶπεν, κακοὶ κακῶς μὴ "τέκνων ἀπολέσαι ⸂ϵ⸃ γυναικῶν ὑπὲρ ἀνθρώπου πονηροῦ "καὶ μηδὲ τίς ἐστι γνώριμος, καὶ τοῦτον ἔχειν ἀντὶ Δαυίδου "[z] τοσοῦτ' ἀπεργασαμένου [a] ὑμᾶς βασιλέως, καὶ πρὸς δύ- "ναμιν τοσαύτην ⸂ϵ⸃ τηλικαύτην ἀντάρειν μίαν πόλιν"; πείθει τὸν κεφαλὴν ἀποτεμόντας ⸂γ⸃ [b] Σαβαίου, ῥίψαι ταύτην εἰς τὸ Ιωάβου στράτευμα. τούτου γιγνομένου [c] σημάνας ἀνακλητικὸν ὁ τοῦ βασιλέως στρατηγὸς, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. καὶ ⸂ϖ⸃αραγενόμενος εἰς Ιεροσόλυμα, παντὸς ἀποδείκνυται πάλιν τοῦ λαοῦ στρατηγός. καθίζησι ⸂γ⸃ ⸂δ⸃ [d] Βαναίαν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τ σωματοφυλάκων ⸂δ⸃ τ ἑξακοσίων, [e] Αδώραμον ⸂δ⸃ ἐπέτρεψεν ἐπὶ τ Φόρων, καὶ [f] Σαβάθην ⸂δ⸃ Αχίλαον ἐπὶ τ [g] ὑπομνηματογράφων· [h] Σουσὰν ⸂γ⸃ γραμματέα, Σάδωκον ⸂γ⸃ ⸂δ⸃ Αβιάθαρον ἀπέφηνεν ἱερεῖς.

autem imperatore Sabæum perſequebatur, uno relicto apud cadaver: cui juſſerat clamare ad exercitum, Ameſſam quidem juſte peremptum eſſe, meritoque ſupplicio affectum, qui vero regi faverent Joabum, cui exercitus imperium dederat, fratremque ejus Abeſſæum ſequi debere. Cum autem corpus *mortui* ad viam jaceret, totaque multitudo ad id conflueret, majorique, ut in vulgo fieri ſolet, admiratione tenerentur prope adſtantes, cuſtos *ei appoſitus* cum *corpus* inde tuliſſet, & in agrum procul à via aſportaſſet, illic depoſitum veſte operit. Quo facto omnes perrexerunt Joabum ſequi. Illi vero, dum per totam regionem Iſraëliticam Sabæum perſequitur, indicat quidam eum ſe recepiſſe in urbem munitam quæ Abelmachea vocabatur. Cum autem illuc ſe contuliſſet & exercitu urbem obſediſſet, vallo etiam ei circumjecto, imperavit militibus ut muros ejus ſuffoderent & everterent. nam quod urbis iſtius cives eum *portis patentibus* non exceperant, valde eis iraſcebatur & ſuccenſebat. *Joabus Abelmacheam obſidet. 2 Regum, c. 20.*

8. Verum muliercula quædam, proba ſimul & ſapiens, cum patriam in extremum periculum adductam cerneret, conſcenſis mœnibus Joabum per milites ad colloquium evocat. Cumque *ille* acceſſiſſet, dicere exorſa eſt, "quod Deus reges & exercitus duces conſtituerit, ut Iſraëlitarum hoſtes è "*finibus ſuis* amoverent, facerentque ut pacem cum "omnibus colerent. Tu vero conaris primariam "Iſraëlitarum urbem, quæ nihil deliquerit, expugnare & depopulari." Atque ille quidem Deum propitium ſibi permanere precatur: "ipſum vero "non ita ſe habere, dicebat, ut è populo quempiam perditum iret, nedum ſibi in animo eſſe ut "urbem adeo magnam exciſam velit: ſed, ſi ipſi "ad ſupplicium dederetur Sabæus Bochoriæ filius, "qui contra regem rebellaverat, ab obſidione diſceſſurum & exercitum abducturum eſſe." Ubi Joabi verba acceperat mulier, ipſum obteſtata ut pauliſper à vi deſiſteret (fore enim *dicebat* ut caput perduellis de muro ipſi confeſtim projiceretur) ad cives deſcendit: & cum dixiſſet, "vultiſne "mali cum liberis & conjugibus male perire propter hominem improbum & plane ignotum; "eumque pro Davide, cujus tanta in vos exſtant "beneficia, in regem habere, unamque urbem tam "magno validoque exercitui reſiſtere?" perficit, ut illi abſciſſum Sabæi caput ad Joabi milites projicerent. Tum *Joabus* regii exercitus dux, ubi receptui cecinerat, obſidionem ſolvit: & Hieroſolyma reverſus denuo copiis univerſis præficitur. Quin & rex Banajam præpoſuit ſatellitibus *regiis* & ſexcentorum cohorti; voluitque ut Adoramus eſſet à tributis, & Sabathes & Achilaus à commentariis: atque Suſam ſcribam conſtituit, & Sadocum & Abiatharum pontifices. *Sabæo caput abſciſſum. Davidis officia. 2 Regum, c. 20.*

o Δὲ τ στρατηγὸν] Δ' αὐτὸν, *idiotismo Hen. & Busb.*
f Πρὸς τῷ νεκρῷ·] Sic cum *MSS.* in *Editis* ϖρὸς τ νεκρόν.
g Κολαζόμενον,] Ita *Big.* & *Gen.* κολαζόντις *Baſ. Samb.* & *Vat.* Illa καὶ μετ' αἰτίας κολαζόμενον non agnoſcit *Vet. Interpr.*
h Επ' αὐτὸ συρρέοντος,] Επ' αὐτῷ *Big. Samb.* & *Vat.* Mox aliud quiddam in ſuo codice habuiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit, *ſuper eum conflueret, & cum quadam defuncti miſericordia moraretur & Joabum ſequi tardaret.*
i Προσισάμενοι,] Ita in *iiſdem MSS.* ισάμενοι in *Editis.*
k Ισραηλίδος χώρας] Ισραηλιτῶν *Big. Coll. Voſſ. Samb.* & *Vat.*
l Αβελμαχέα] Αβελμαχᾶ in nonnullis *MSS.* Videſis *Clericum* ad *2 Sam.* c. 20. Αβὲλ πόλις τ Παλαιστίνης, νῦν Αβελᾶ ὀνομαζομένη. *Theodoret.* ΕΡΩΤ. λϑ'.
m Χαράκωμα ϖερὶ αὐτὴν] Χάρακας *Vat.* Χάρακα *Hen.* & *Busb.*
n Διατιθέις.] Forte διετίθετο. COCC.
o Επ' ἐχάτης] Εν ἐχάτῃ *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* ἐν ἐχάτοις *Vat.*
p Τοὺς Εβραίων ἐξάρωσι] Τῶν Εβραίων *Vat.*
q Ιλεως μὲ εὔχεται] Ιλεων *Big.* & *Samb.*
r Αὐτῷ ἁμένειν·] Ita *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* αὐτῶν in *Editis*, *Aliiſque.*
s Αὐτὸς ⸂δ⸃ ἄτως ἔχειν,] Αὐτὸς ⸂δ⸃ ἐχ' ὅτως ἔχειν, εἶπεν, ὡσί τινα ⸂γ⸃ λ. *Vat.*
t Σαβαῖον υἱὸν ⸂γ⸃ Βοχορίου] *Coll. Big.* & *Voſſ.* Συβεὲ υἱὸν ⸂γ⸃ χοβορίου.
v Τῆς πολιορκίας] Τὴν πολιορκίαν *Vat.*
x Τὰ ϖρὸς τοῦ Ιωάβου,] Illud τὰ ex *Cod. Samb.* & *Coll. Voſſ.*
y Ριφθήσεσθαι] Ριφήσεσθαι τὴν ⸂γ⸃ πολιμίαν *Big. Samb.* & *Vat.*
z Τοσαῦτ' ἀπεργασαμένου] Τὰ τοσαῦτα *Big.* & *Samb.* ⸂γ⸃ τὰ τοσαῦτα *Vat.*
a Ὑμᾶς βασιλέως,] Ημᾶς *Big.* & *Vat.*
b Σαβαίου.] *Coll. Big.* & *Voſſ.* ut paſſim Συβεᾶ.
c Σημάνας ἀνακλητικὸν] Σημάνας *Busb. Hen.* & *Vat.*
d Βαναίαν ὁ βασιλεὺς] Βανίαν *Big.* & *Samb.*
e Αδώραμον] Ita cum *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* Αδόραμον *Samb.* Αδέραμον in *Editis.* Αδόραμον juxta *Epiphanium.*
f Σαβάθην] Ita in *Editis.* Σαφάθην καὶ Αχίλαον *Big.* & *Samb.* Σαβάκην καὶ Βαχιλαὴν juxta pleroſque *Epiphanii* libros. Ιωαφατὸν ὁν Αχιλάϑ *Vat.* forſan è *Sacro Volumine.*
g Υπομνηματογράφων·] Υπομνημάτων *Vat.*
h Σουσὰν ⸂γ⸃] Συβεὲ *Big.* & *Samb.*

CAP.

CAP. XII.

Ut fame liberati erant Hebræi, cum Gabaonitis ſatisfactum eſſet pro cæſis civibus: & quæ res contra Palæſtinos præclare geſtæ erant à Davide viriſque ejus fortibus.

Fames ob Sauli in Gabaonitas ſævitiam. 2 Regum, c. 21.

POſt hæc autem, fame regionem premente, Davides ſupplex à Deo petiit ut populi miſereretur, & cauſam morbi ejuſque remedium indicare vellet. Cumque prophetæ reſpondiſſent, "poſtulare Deum ut Gabaonitæ vindicarentur, quos "Saulus rex deceptos præter jus & fas interemerat, non ſervato juramento quod illis olim Jeſus "imperator & ſenatus juraverat; at vero, ſi Gabaonitis pœnas pro cæſis civibus, quas ipſi voluerint exigere, permittat rex, ſe cum illis in gratiam rediturum & populum à calamitate liberaturum promittebat." Tum, ut hæc Deum requirere ex prophetis intellexerat, Gabaonitas ad ſe accerſit, eoſque interrogabat, quid ſibi fieri vellent. Cum vero illi ſeptem Sauli ſobolis homines ad ſupplicium depoſcerent, rex perquiſitos eis tradidit, ita ut Memphiboſtho Jonathæ filio parceretur. Poſtquam vero viros acceperant Gabaonitæ, *illos* pro arbitrio pœnis mulctarunt. Quo facto Deus cœpit illico pluere, & terram ad fructuum productionem revocare liberatam ab ea quæ fuerat ſiccitate; rurſuſque rerum copia & abundantia affluit Hebræorum regio. Aliquanto autem poſt bello Palæſtinos rex adoritur; & commiſſo prælio cum eos in fugam vertiſſet, *magno impetu* illos perſequutus ſolus relictus eſt. Cumque jam defatigatus eſſet, forte ab uno ex hoſtibus conſpectus eſt, nomine quidem Acmone, Araphæ vero filio. Et hic quidem erat de genere Gigantum. Lanceam autem gerens, cujus manubrium trecentos ſiclos pendebat, atque thoracem catenatum & gladium, *è fuga* converſus in eum irruit, quaſi certus occidere hoſtium regem. nam præ laſſitudine pæne fatiſcebat. At Abeſſæus Joabi frater, qui derepente apparuit, regem quidem jacentem protexit, hoſtem vero *victum* interfecit. Ægre autem tulit populus, quod parum abfuerit quin rex *vitæ* diſcrimen adierit: eumque jurejurando obſtrinxerunt principes, non iterum egreſſurum eſſe ſecum in prælium, ne, ſi ex fortitudine pugnandique ardore mali aliquid gravioris paſſus fuerit, omnia ab ipſo manantia populo perirent & interciderent beneficia, non ſolum quæ ab eo jam acceperant, ſed & quæ vitâ ipſius longius productâ porro acceperi eſſent.

Cum Palæſtinis tribus immanis ſtaturæ pugnant totidem Iſraëlitæ. 2 Regum, c. 21.

2. Palæſtinis autem *iterum* ad urbem Gazaram congregatis, rex, quamprimum hoc cognovit, exercitum in ipſos expedivit. At tunc quidem ſtrenuiſſime dimicavit & laudem præclaram adeptus eſt Sobacchis Chettæus, unus ex iis quos fortiſſimos habuit Davides. nam eorum multos occidit qui ſe ex Gigantibus ortos eſſe gloriabantur, & propter fortitudinem magnifice de ſe ſentiebant, effecitque ut Hebræi ſuperiores *è pugna* diſcederent. Atque poſt cladem iſtam acceptam Palæſtini bellum redintegrarunt: ac, miſſo in eos à Da-

ΚΕΦ. ιϛ'.

Ὡς δὲ λιμῷ ἀπηλλάγησαν Ἑβραῖοι, τὰ Γαβαωνιτῶν δίκαια λαβόντων ὑπὲρ τῶν ἀνηρημένων· οἷά τε καλῶς ἀθλήσαντες κατὰ τῶν Παλαιστίνων ὑπὸ τῷ Δαυίδῃ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἀνδρείων.

ΜΕτὰ δὲ ταῦτα τῆς χώρας λιμῷ [i] φθειρομένης, ἱκέτευσε Δαυίδης τὸν Θεὸν ἐλεῆσαι τὸν λαὸν, καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῷ καὶ τὴν ἴασιν φανερὰν ποιῆσαι τῆς νόσου. τῶν δὲ προφητῶν εἰπόντων, "βούλεσθαι τὸν Θεὸν δικίας "τυχεῖν τοὺς Γαβαωνίτας, οὓς Σαοὺλος ὁ βα"σιλεὺς ἀποκτείνας ἠσέβησεν ἐξαπατήσας, καὶ τοὺς ὅρ"κους αὐτοῖς οὓς ὁ στρατηγὸς Ἰησοῦς ὤμοσε καὶ ἡ γερου"σία μὴ φυλάξας· [k] ἐὰν τοίνυν δίκην δῶσιν αὐτοὶ δέ"ξασθαι οἱ Γαβαωνῖται λαβεῖν ὑπὲρ τῶν ἀνηρημένων, παύ"σειν αὐτοῖς ὀργὴν, διαλλαγήσεσθαι καὶ τὸν ὅχλον "ἀπαλλάξειν τῶν κακῶν ἐπηγγέλλετο". ὡς οὖν ταῦτα ἔμαθε τῶν προφητῶν ἔμαθεν ἐπιζητεῖν τὸν Θεὸν, μεταπέμπεται τοὺς Γαβαωνίτας, καὶ τίνος βούλονται τυχεῖν, ἐπηρώτα. τῶν δ' ἐκ τοῦ γένους τοῦ Σαούλου ἐκλαβεῖν ἐπὶ παῖδας ἀξιωσάντων πρὸς τιμωρίαν, ὁ βασιλεὺς ἀναζητήσας, παρέδωκεν αὐτοῖς, Μεμφιβόσθου φεισάμενος τοῦ Ἰωνάθου παιδός. σφαλαβόντες δ' οἱ Γαβαωνῖται τοὺς ἄνδρας, ὡς ἐβούλευντο ἐκόλασαν. ἤρξατο δ' ὕειν σφαγὴν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν γῆν πρὸς γονὴν καρπῶν ἀνακαλεῖν, ἀπολύσας τοῦ πρότερον αὐχμοῦ. καὶ πάλιν ἐθήνησεν ἡ τῶν Ἑβραίων χώρα. στρατεύεται δὲ [l] μετ' ὀλίγον χρόνον ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Παλαιστίνους, καὶ συνάψας μάχην αὐτοῖς καὶ τρεψάμενος, ἐμονώθη διώκων. καὶ γυμνούμενος [m] ἔκλυτος ὤφθη ὑπό τινος τῶν πολεμίων, [n] Ἀκμονος μὲν τέκνομα, Ἀραφὰ δὲ παιδός. οὗτος μὲν καὶ ἀπόγονος τῶν γιγάντων. ἔχων δὲ καὶ ξυστὸν, οὗ [o] τὸν λαβὸν συνέλκειν ἔφασκον τριακοσίους σίκλους, καὶ θώρακα [p] ἁλυσιδωτὸν καὶ ῥομφαίαν, ὥρμησεν ἐπισπάσας ὡς ἀποκτείνων τὸν τῶν πολεμίων βασιλέα. παρεῖτο γὰρ ὑπὸ τοῦ κόπου. ἐπιφανεὶς δ' ἐξαίφνης Ἀβεσσαῖος [q] ὁ Ἰωάβου ἀδελφὸς τὸν βασιλέα μὲν ὑπερήσπισε πεσόντα κείμενον, ἀπέκτεινε δὲ τὸν πολέμιον. ἤνεγκε δ' ἐπὶ τῷ παρ' ὀλίγον κινδυνεῦσαι τὸν βασιλέα χαλεπῶς τὸ πλῆθος. καὶ οἱ ἡγεμόνες ὤρκωσαν αὐτὸν μηκέτι εἰς μάχην ἀπαντῆσαι σὺν αὐτοῖς, μὴ, δι' ἀνδρείαν καὶ προθυμίαν παθών τι τῶν δεινῶν, στερήσῃ τὸν λαὸν τῶν δι' αὐτὸν ἀγαθῶν, ὅσα τε ἤδη παρέσχηκε, καὶ ὅσων ἔτι μεθέξουσι πολὺν βιώσαντος χρόνον.

Β'. Συνελθόντων [r] δὲ τῶν Παλαιστίνων εἰς [s] Γαζάεσαν πόλιν, ἀθύμως ὁ βασιλεὺς ἔπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς στρατιάν. ἠγωνίσατο δὲ τότε καὶ σφόδρα ἠνδρίσατο [t] Σοβακχὶς ὁ Χεττᾶιος, εἷς τῶν περὶ Δαυίδην ἀνδρειοτάτων. ἀπέκτεινε γὰρ πολλοὺς τῶν αὐχούντων γενέσθαι τοὺς Γίγαντας, καὶ μέγα ἐπ' ἀνδρείᾳ φρονούντων, αἴτιός τε τῆς νίκης τοῖς Ἑβραίοις ἐγένετο. καὶ μετ' ἐκείνην τὴν ἧτταν, πάλιν ἐπολέμησαν οἱ Παλαιστῖνοι. καὶ στρατιὰν ἐπ' αὐτοὺς Δαυίδης

i Φθειρομένης,] Διαφθειρομένης *Vat.*

k Ἐὰν τοίνυν δίκην] Εἰ τοίνυν *Vat.*

l Μετ' ὀλίγον χρόνον] Μετὰ πολὺν χρ. *Big. Samb. & Vat.*

m Ἔκλυτος ὤφθη] Ἔκλυτος Heſych. ἔνδοξος, τίμιος· melius itaque γυμνούμενος, ἔκλυτος ὤφθη ita verti debuit: *conſpicuus factus*, niſi ἔκλυτος idem hic ſit quod ἐκλελυμένος diſſolutus, nempe diſſolutum eſt, & hic interruptum; erat enim jam labore diſſolutus *Ruſinus*, omiſit *Gelenius*. Ἄλωτ. lib. I. c. 19. §. 3. μεγίθει συμβοηθῶν ἐταλαίπωρον ἔκλυσθαι. SPANH.

n Ἀκμονος μὲν] Ἰεσσὶ μὲν τέκνομα, Ραφὰ δὲ παιδὸς *Vat.* ut puto ex LXXII. Juxta *Epiphanium*, Ἀχιμὼν μ. τ. Ἀσαφάτου δὲ π.

o Τὸν λαβὸν συνέλκειν] Forte ἡ λαβὴ vel ὅλκη συνέλκει. COCC.

p Ἁλυσιδωτὸν] Lege ἁλυσιδέτου. COCC.

q Ὁ Ἰωάβου ἀδελφὸς] Articulum inſerui ex *Big. Samb.* & *Vat.*

r Δὲ τῶν Παλαιστίνων] Οὖν τῶν Π. *Vat.*

s Γαζάεσαν πόλιν,] *Al.* Γάζασαν & Γάζεσαν. HUDS. Γιζὲ LXX. Γάζαν leg. Gelen. Γαζαεσὶ tamen legitur inf. lib. VIII. c. 6. § 1. & lib. XII. c. XI. §. 2. ubi Ἀζᾶ ὄρους, *Ruſin.* Gazara. 1 Maccab. IX. 15. Ἀζώτου ὄρους· *Ruſin. hîc*: uſque ad Gazara, ut proinde legerit μέχρις Γαζάρας· cujus mentio hîc fit. SPANH.

t Σοβακχὶς ὁ Χεττᾶιος,] Σοβάκχης *Big.* & *Samb.* Σοβοχαῖος *Vat.* mox Χωσαθαῖος pro Χεττᾶιος legendum cenſet *Schotanus.*

v Ni-

δὲ πέμψαντος, ἠείσθησε [v] Νεφάνος ὁ συγγενὴς αὐτοῦ. μονομαχήσας γὰρ τῷ πάντων ἀνδρειοτάτῳ [x] τῶν Παλαιστίνων, ἀπέκτεινεν αὐτὸν, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς φυγὴν ἔτρεψε· πολλοί τε αὐτῶν ἀπέθανον μαχόμενοι. ὀλιγίστου δὲ χρόνου, [y] ἐστρατοπέδευσαν [z] πρὸς τῇ πόλει τῶν ὅρων τῆς Ἑβραίων χώρας οὐκ ἄπωθεν. ἦν δέ τις αὐτοῖς ἀνὴρ, τὸ μὲν ὕψος ἐξ πηχῶν· δακτύλους δὲ ἐν [a] ἑκατέρῳ τῶν βάσεων καὶ τῶν χειρῶν ἐνὶ πλείοτέρους εἶχε τῶν κατὰ φύσιν. οὐκ ἄπο οὖν πεμφθείσης ἐπ' αὐτοὺς ὑπὸ Δαυίδου στρατιᾶς, τούτῳ [b] μονομαχήσας Ἰωνάθης ὁ [c] Σαμᾶ υἱὸς, ἀνεῖλέ τε αὐτὸν· καὶ, τῆς ὅλης νίκης ῥοπὴ γενόμενος, δόξαν ἀρετῆς ἀπηνέγκατο. καὶ ἔστι γὰρ ὁ Παλαιστῖνος ἤυχε τῶν Γιγάντων ἀπόγονος εἶναι. μὴ ἀπὸ τούτου τοῦ μάχου, οὐκ ἔτι τοῖς Ἰσραηλίταις ἐπολέμησαν.

γ'. Ἀπηλλαγμένος δὲ ἤδη πολέμων ὁ Δαυίδης καὶ κινδύνων, καὶ βαθείας [d] ἀπολαύων τὸ λοιπὸν εἰρήνης, ᾠδὰς εἰς τὸ Θεὸν καὶ ὕμνους [e] συνετάξατο, μέτρα ποικίλα. τὰς μὲν γὰρ [f] τριμέτρους, τὰς δὲ πενταμέτρους ἐποίησεν. ὄργανά τε κατασκευάσας ἐδίδαξε πρὸς αὐτὰ τοὺς Λευίτας ὑμνεῖν τὸ Θεὸν, κατά τε τοὺς τῶν καλουμένων Σαββάτων ἡμέρας, καὶ τὰς ἄλλας ἑορτάς. ἡ δὲ τῶν [g] ὀργάνων ἰδέα τοιαύτη τίς ἐστι τὸν τρόπον. ἡ μὲν [h] κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπλεται πλήκτρῳ· ἡ δὲ [i] νάβλα, δώδεκα φθόγγους ἔχουσι, τοῖς δακτύλοις κρέπεται. κύμβαλά τε οὖν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα. καὶ πρὸς μὲν τούτων ὀλίγον ἡμῖν, ὥστε μὴ τελέως ἀγνοεῖν τοὺς τῶν προειρημένων ὀργάνων φύσιν, ἀρκούντως λέλεκται.

δ'. Τῷ δὲ βασιλεῖ πάντες ἦσαν οἱ περὶ αὐτὸν ἀνδρεῖοι. τούτων δὲ οἱ ἀγαθοὶ καὶ λαμπροὶ τὰς πράξεις ὀκτὼ καὶ τριάκοντα. ὧν πέντε μόνον διηγήσομαι τὰ ἔργα. φανερὰς γὰρ καὶ τὰς τῶν ἄλλων ἀρετὰς δηλώσουσιν οὗτοι ποιήσαντες. δυνατοὶ γὰρ ἦσαν οὗτοι καὶ [k] χώρας ὑπάρξαι καὶ μεγάλων ἐθνῶν κρατῆσαι. πρῶτος μὲν οὖν, [l] Ἰέσσαιος υἱὸς [m] Ἀχεμάνης. ὃς πολλάκις εἰς τὴν διάταξιν ἐμπεσὼν τῶν πολεμίων, καὶ πρὶν [n] ἀναπαύσασθαι τὸ μαχόμενος, πρὶν [o] ἀναιρεθῆναι αὐτῶν κατέβαλε. μετ' αὐτὸν δὲ Ἐλεάζαρος υἱὸς [p] Δωδείου, ὃς ἦν μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν [q] Ἀρασάμῳ. οὗτός ποτε, τῶν Ἰσραηλιτῶν καταπαλαιόντων τὸ πλῆθος τῶν Παλαιστίνων καὶ φυγόντων, μόνος ἔμεινε· καὶ συμπεσὼν τοῖς πολεμίοις ἀπέκτεινεν αὐτῶν πολλοὺς, ὡς ὑπὸ τοῦ αἵματος κοπιάσαι τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ τῇ δεξιᾷ, καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας ἰδόντας παραμένους ὑπ' αὐτοῦ [r] τοὺς Παλαιστίνους, καταβάντας ἀπὸ τῶν ὀρέων, διώκειν, καὶ θαυμαστὴν καὶ ἀξιόλογον τότε νίκην ἄρασθαι, τοῦ μὲν Ἐλεαζάρου πίπτοντος, ἑπομένου δὲ τοῦ πλήθους καὶ σκυλεύοντος τοὺς ἀναιρεθέντας. τρίτος δὲ ἦν Ἰλᾶ μὲν υἱὸς, [s] Σεβὰς δὲ ὄνομα. καὶ ἦτος ἐν τοῖς περὶ Παλαιστίνους ἀγῶσιν, εἰς τόπον Σιαγόνα λεγόμενον [t] αὐτῶν διαταξαμένων, ὡς οἱ

vide exercitu, ſtrenue ſe geſſit Nephanus ipſius cognatus. ſingulari enim certamine cum fortiſſimo Palæſtinorum congreſſus, ipſum interemit, & reliquos terga dare coëgit: cum plurimi ipſorum in acie ceciderant. Nec longo poſt intervallo caſtra metati ſunt ad urbem quæ non longe à finibus Hebræorum regionis diſtabat. Habebantque ſecum hominem ſex quidem cubitos altum: cui vero in utroque pede & utraque manu digiti erant plures quam naturæ conveniret. Huic itaque Jonathas Samæ filius, ex exercitu contra illos à Davide miſſo *prodiens*, duello congreditur, ipſumque peremit: &, cum magnum momentum attulerit ad totam victoriam, præcellentis fortitudinis gloriam retulit. nam & Palæſtinus iſte ſe à Gigantibus prognatum eſſe jactabat. Poſt hanc autem pugnam tum demum Iſraëlitas bello laceſſere deſierunt *Palæſtini*.

3. Jam vero Davides, bellis & periculis perfunctus, pacemque deinceps profundam agitans, odas in Deum hymnoſque compoſuit, vario carminum genere. etenim tam verſus trimetros adhibuit, quam pentametros. Et cum inſtrumenta *diverſa* confecerat, Levitas docuit ad ea Dei laudes canere, non ſolum Sabbatorum, ut appellantur, die, ſed & aliis feſtis ſolennibus. Iſta autem inſtrumenta hujuſmodi ſunt ſpecie. Cinyra quidem, decem intenſa chordis, plectro percutitur: nabla vero, duodecim ſonos habens, digitis pulſatur. Cymbala ad hæc ærea erant magna lataque. Atque de illis quidem hæc à nobis eatenus dicta ſufficiant, ne prorſus ignorata eſſet inſtrumentorum iſtorum natura.

Hymni Davidis & muſica inſtrumenta. 2 Regum. c. 22.

4. Porro omnes, quos circa ſe habuit rex, ſpectatæ erant fortitudinis. Horum vero maxime illuſtres, magnæque ob res præclare geſtas celebritatis octo præcipue & triginta erant. quorum quinque tantum ob egregia facinora commemorabo. ex illis etenim abunde perſpectæ erunt cæterorum virtutes. nam iſti adeo viribus pollebant, ut & regiones ſubigere & gentes magnas debellare potuerint. Et quidem primus *illorum* Jeſſæmus Achimæi filius. qui, non ſemel in hoſtium aciem ſe conjiciens, pugnandi finem prius non fecit, quam nongentos ex illis occidiſſet. Secundum hunc fuit Eleazarus filius Dodeiæ, qui cum rege erat apud Araſamum. Hic, cum aliquando Iſraëlitæ hoſtium multitudine conſternati eſſent in fugam, unicus ſubſtitit: & cum hoſtibus congreſſus *tam* multos illorum cæcîdit, ut cruore gladius ejus dextræ adhæſerit; & Iſraëlitæ, ubi viderant Palæſtinos ab ipſo in fugam verſos, deſcenſu facto è montibus, eos perſequerentur, & tunc mirandam plane celebremque victoriam reportarent, Eleazaro quidem ſtragem edente, multitudine vero *duntaxat* ſequente & cæſos ſpoliante. Tertius autem erat Ili quidem filius, nomine vero Sebas. Et hic in quodam cum Palæſtinis prælio, cum, in loco qui

Quos habuerit Davides fortiſſimos. 2 Regum, c. 23.

[v] Νεφάνος ὁ συγγενὴς] Νεφὰν *Big.* & *Samb.* Εφὰν *Vat.* & *Epiphan.* adeo ut ex ἠείσθησε Εφὰν factum exiſtimarem ἠείσθησε Νεφάν.

[x] Τῶν Παλαιστίνων,] Τῶν omittit *Vat.*

[y] Ἐστρατοπέδευσαν] Ἐστρατεύσαντο *Vat.*

[z] Πρὸς τῇ πόλει] *Scaliger* πρὸς τῇ Γίτθᾳ πόλει, ut conſtat ex *S. Literis.* HUDS. Forte πρός τινι πόλει. COCC.

[a] Ἑκατέρῳ] Forte ἑκατέρα. COCC.

[b] Μονομαχήσας Ἰωνάθης] Sic *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* μονομαχεῖ in *Editis.*

[c] Σαμᾶ υἱὸς,] Σαμὰ *Big.* & *Samb.* dein τοῦ ἀδελφοῦ adjiciunt *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* forſan è *S. Litcris.* illa verba margini adſcripta habet *Samb.* ſed non agnoſcit *Epiphan.*

[d] Ἀπολαύων τὸ λοιπὸν] Sic *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ἀπολαῦσαι perperam in *reliquis.*

[e] Συνετάξατο,] Συνετάξαντο *Big.* & *Samb.*

[f] Τριμέτρους,] Vide *Annott.* ad hanc vocem alibi & G. *Voſſium* de *Artis Poëticæ Natura* & *Conſtitut.* c. XIII. §. 2. & 5.

[g] Ὀργάνων ἰδέα] Sic *MSS.* in *Editis* ὀργάνων ἐστὶν ἰδέα τοιαύτη τις τὸν τῆς.

[h] Κινύρα,] Ita cum *Samb.* & *Big.* κινύρᾳ in *aliis*, minus recte, ut oſtendit *Bochartus* in *Colon. Phœnic.* l. 2. c. 7.

[i] Νάβλα,] Conf. inf. lib. 8. c. 3. §. 8. SPANH.

[k] Χώρας ὑπάρξαι] Ita *Big.* & *Samb.* χώραν in *Editis*, *Aliiſque.*

[l] Ἰέσσαιος υἱὸς] Ita *Vat.* in *Editis*, *Aliiſque* Ἰοσαμος. Ἰίττεος juxta *Epiphanium.*

[m] Ἀχεμάνης.] Ἀχεμμαὶς *Big.* & *Samb.* Ἀχιμαὶς *Epiphan.* Ἀχεμὶς legit *Schotanus* in *Bibl. Hiſt. S. Tom.* 2. p. 680.

[n] Ἀναπαύσασθαι μαχόμενος,] Ἀναπαύσαιτο *Big.*

[o] Ἀναιρεθῆναι αὐτῶν] Ὀκφασεῖς ſolus *Vat.*

[p] Δωδείου,] Δώδου *Epiphan.*

[q] Ἀρασάμῳ.] Γεραμμω *Vat.* in *Epiphanii* codicibus varie, *Sarpha*, & *Sarcha* & *Reſpha.*

[r] Τοὺς Παλαιστίνους,] Illud τοὺς è *MSS.* ut & mox illa ὑπ' αὐτοῦ ἐμοῦ. quæ etiam *Epiphanius* agnoſcit.

[s] Σεβὰς ὄνομα.] Κισαβαῖος vel Κισαβαῖος in *MSS.* apud *Epiphanium* habemus *Semeas filius Eli.*

[t] Αὐτῶν διαταξαμένων,] Ita cum *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* αὐτῷ in *reliquis.*

qui Maxilla dicitur, acies ex adverſo conſtitiſſent, poſtquam Hebræi rurſus copiis illorum perterriti fugere cœperant, ſolus inſtar exercitus & aciei conſtitit: & alios quidem illorum ſternebat, alios vero, ipſius vim & impetum non ſuſtinentes, ſed in fugam ſe conjicientes, inſectatus eſt. Atque has quidem res manibus pugnaque tres iſti præclare geſſerunt. Quo vero tempore, cum rex eſſet Hieroſolymis, ex inopinato venit Palæſtinorum exercitus bellum *ei* illaturus, Davides quidem in arcem
Vide pag. 371. §. 1.
aſcendit, ut ante diximus, Dei oraculum de bello conſulturus; caſtris vero hoſtium in ea valle poſitis quæ uſque ad Bethleem urbem pertingit, viginti ſtadiis ab Hieroſolymis diſtantem, Davides ſociis dicebat, bonam aquam habemus in patria mea, maxime in puteo portæ vicino, *ſubinde* mirans, an quiſquam eam inde ſibi bibendam afferret, *quod* ſane *ſe* malle, quam ut magnam opum vim *ſibi* daret. tres iſti viri, hiſce auditis, è veſtigio excurrerunt, &, cum per media hoſtium caſtra prorupiſſent, ad Bethleem venerunt; hauſtaque *de puteo* aqua rurſus *eadem* per caſtra ad regem reverſi ſunt. * adeo ut Palæſtini, eorum audacia animique fortitudine attoniti, quieverint, nihilque in ipſos auſi fuerint, etiamſi eos præ paucitate contempſerant. Cum autem allata eſſet aqua, bibere noluit rex, † dicens, ipſam ad ſe periculo & ſanguine hominum advectam eſſe, ideoque haud fas eſſe ut eam biberet. Deo autem inde libavit, eique pro virorum incolumitate gratias egit. Poſt hos fuit Abeſſæus Joabi frater. nam & hic una die DC. hoſtes interfecit. Quintus Banajas, genere ſacerdos. à duobus enim fratribus, inter Moabitas illuſtribus, provocatus, ſtrenuitate ſua illos ſuperavit. Ac rurſus, cum vir genere Ægyptius, ſtupendæ magnitudinis, eum provocaſſet, inermis armatum & ſuo ipſius gladio percuſſum interemit. nam cum ipſi haſtam extorſiſſet, & vivum adhuc & pugnantem ſpoliaſſet, ſuis ipſum armis confecit. Quin & hoc facinoribus ejus jam memoratis accenſeri meruit, aut ut primum illorum, ſi magnanimitatis ratio habeatur, aut ut *illis* par. Deo enim *terris* nivem mittente, *forte* in puteum quendam lapſu cecidit leo. cumque *puteo* os anguſtum eſſet, illo nive occluſo in manifeſto erat vitæ periculo. Itaque de exitu & ſalute deſperans rugire occœpit. At Banajas fera audita (tunc enim *illac* iter faciebat) atque eo, unde clamor, profectus, cum in puteum deſcendiſſet, repugnantem ictu baculi, quem in manibus geſtabat, continuo occidit. Reliqui autem triginta tres etiam pari virtute præditi erant.

Εβραῖοι πάλιν τὴν δύναμιν φοβηθέντες σὺν ἔμειναν, ὑπῆρξε μόνῳ ὡς φράτρωμα ἡ πέτρα· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν κατέβαλεν, τοὺς δ' ὑπερηφανίας αὐτὸ τῷ ἰσχυῷ ἐπὶ τῷ βίαι, ἀλλ' εἰς φυγὴν ἐπιστραφέντας [v] ἐδίωξε. ταῦτα μὲν ἔργα χειρῶν ἐν μάχῃ οἱ τρεῖς ἐπεδείξαντο. καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἐν [x] Ιεροσολύμοις ὄντι τῷ βασιλέως, ἐπῆλθεν [y] ἡ τῶν Παλαιστίνων δύναμις πολεμοῦσα, Δαυίδης μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀνῆλθεν, ὡς προεφήκαμεν, πυθόμενος παρὰ θεοῦ περὶ πολέμου· ἡ δὲ τῶν ἐχθρῶν παρεμβολὴ ἐν τῇ κοιλάδι κειμένης, ἡ μέχρι [z] πόλεως Βηθλεὲμ διατείνει, [a] σταδίους Ιεροσολύμων ἀπεχούσης εἴκοσι, ὁ Δαυίδης τοῖς ἑταίροις, καλὸν ὕδωρ, εἶπεν, ἔχομεν ἐν τῇ πατρίδι μου, καὶ μάλιστα τὸ [b] πρὸς τῷ λάκκῳ τῷ πρὸς τῇ πύλῃ, θαυμάζων, εἴ τις ἐξ αὐτοῦ πίοι [c] αὐτὸ κομίσας, μᾶλλον ἐθελήσειν, ἢ εἰ πολλὰ χρήματα [d] δίδοιη. ταῦτ' ἀκουσαντες οἱ τρεῖς ἄνδρες ἦσαν, ὥρμησαν [e] ἐκδραμόντες, καὶ διὰ μέσου τοῦ τῶν πολεμίων ὁρμήσαντες στρατοπέδου, ἦλθον εἰς Βηθλεὲμ, καὶ, τοῦ ὕδατος ἀρυσάμενοι, πάλιν διὰ τῆς παρεμβολῆς ἐπέστρεψαν πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς τοὺς Παλαιστίνους, καταπλαγέντας αὐτῶν τὸ θράσος ἐπὶ τῇ δυψυχίαν, ἠρεμῆσαι, [f] καὶ μηδὲν ἐπ' αὐτοὺς πολμῆσαι, καταφρονήσαντας τῆς ὀλιγότητος. κομισθέντος δὲ τοῦ ὕδατος σὺν ἔπιεν ὁ βασιλεὺς, κινδυνεύειν ἡ αἵματα φήσας ἀνθρώπων αὐτὸ κεκομίσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ προσήκειν [g] αὐτὸ πιεῖν. ἔσπευσε δὲ ἀπ' αὐτοῦ τῷ Θεῷ, καὶ πρὸ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνδρῶν [h] ἠυχαρίστησεν αὐτῷ. μετὰ τούτους ἦν ὁ Ιωάβου ἀδελφὸς Αβεσσαῖος. καὶ γὰρ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τῶν πολεμίων ἐξακοσίους ἀπέκτεινεν. πέμπτος Βαναίας, ὁ ἱερεὺς τῷ γένει. προκληθεὶς γὰρ ὑπ' ἀδελφῶν Δισιμίων ἐν τῇ Μωαβίτιδι χώρᾳ κατ' ἀρετὴν ἐκράτησεν αὐτῶν. καὶ πάλιν αὐτὸν ἀνδρὸς Αἰγυπτίου τὸ μέγεθος, θαυμαστὸν τὸ μέγεθος, προκαλεσαμένου, γυμνὸς [i] ὡπλισμένον, τῷ δόρατί τε ἐκείνου βαλὼν, ἀπέκτεινε. προελόμενος γὰρ [k] αὐτὸν ἄοντα, καὶ ζῶντα ἔτι ἐν μαχόμενον σκυλεύσας, τοῖς ἰδίοις αὐτὸν ὅπλοις διεχρήσατο. προσεμνήσθη δ' ἄν τις αὐτοῦ ἐν τῷ τῶν προφημένων πράξεσιν, ἢ ὡς [l] πρῶτον αὐτῶν κατ' δυψυχίαν, ἢ ὡς ὅμοιον. νίφοντος γὰρ τοῦ Θεοῦ, λέων εἰς τινα λάκκον ἐλισθὼν ἐνέπεσε. χειμῶνος δ' ὄντος τοῦ χωρίου, δῆλος ἦν ἀφανὴς ἐσόμενος, ἐμφραγέντος αὐτοῦ τῇ χιόνι. πόρον οὖν οὐδένα βλέπων ἐξόδου καὶ σωτηρίας, ἐβρυχᾶτο. τοῦ δ' ἡμέρος ἀκούσας ὁ [m] Βαναίας, ᾤδευε γὰρ τότε, καὶ πρὸς τὸν βόθρον ἐλθὼν [n] καταβὰς εἰς τὸ χάσμον, πλήξας αὐτὸν μαχόμενον τῷ μὴ χεῖρας ξύλῳ, προσεχρήσατο ἀπέκτεινε. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τριάκοντα [o] τρεῖς, τοιοῦτοι τὰς ἀρετὰς ὑπῆρχον.

ν Ἐδίωξε.] Ἐδίωκε *Big.* & *Samb.*

ξ Ιεροσολύμοις ὄντος τοῦ βασιλέως,] Vide 2 *Regum*, c. 23. v. 13. & *Schotanum* in *Bibl. Hiſt. S.* Tom. II. p. 681. ut & *Cedrenum*, p. 86. & *Glycam*, p. 180.

ψ Ἡ τῶν Παλαιστίνων δύναμις πολεμοῦσα, Δαυίδης μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀνῆλθεν,] Hæc omnia abſunt in *Coll. Big.* & *Voſſ.*

ζ Πόλεως Βηθλεὲμ διατεινούσης,] Βηθλεέμων πόλεως *Big.* (& *Coll. Voſſ.*) Βηθλεέμης πόλεως *Vat.*

α Σταδίους Ιεροσολύμων ἀπεχούσης εἴκοσι,] At Bethleemum longius aberat, 6. videlicet miliaria Romana Hieroſolymis. REL.

β Πρὸς τῷ λάκκῳ] Ἐν τῷ λάκκῳ *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) *Vat. Busb.* & *Hen.*

γ Αὐτὸ κομίσας,] Αὐτῷ *Busb.* & *Hen.*

δ Διδοίη.] Δοίη *Big. Samb.* & *Vat.*

ε Ἐκδραμόντες,] Εἰσδραμόντες *Vat.*

* *Adeo ut Paleſtini*,] Ita ut Pal. eorum fiduciam & magnanimitatem obſtupeſcentes, quia ſic pauci eos contemnerent, à dimicatione ceſſarent, *Epiphan.* Attonitis audacia tanta barbaris, nec auſis paucitatem eorum contemnere, *Gelen.*

ζ Καὶ μηδὲν] Vid. Lib. de Maccab. §. 3.

† *Dicens, ipſum ad ſe periculo & ſanguine hominum advectam eſſe*,] Dicens ſe nolle hominum ſanguinem bibere, qui aquam vitæ ſuæ periculo petierunt, *in S. Literis.*

η Αὐτὸ πιεῖν.] Αὐτῷ *Samb.*

θ Ηυχαρίστησεν αὐτῷ.] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* ἠυχαριστήσας.

ι Ωπλισμένον,] Sic *Vat.* & *Vet. Interp.* ὡπλισμένου τῷ δόρατι, τὸ ἐκείνου λαβὼν ἀπ. in *Editis.* ὡπλισμένου, δόρατί τε τῷ ἐκ. λ. ἀπ. *Big.* & *Samb.*

κ Αὐτὸν ἄοντα,] Αὐτῷ τ' ἄοντα *Big. Samb.* & *Vat.*

λ Πρῶτον αὐτῶν] Sic *Vat.* &, ut puto, *Vet. Interpr.* αὐτῶν in *reliquis.*

μ Βαναίας,] Βανίας paſſim *Big.* & *Samb.* ut & LXXII.

ν Καταβὰς] Καὶ καταβὰς *Vat.*

ξ Τρεῖς,] Τρεῖς abeſt *Big. Samb.* & *Vat.* agnoſcit tamen *Epiphan.* & quidem rectè.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Οπ Δαυΐδης ἀριθμήσας, ὁ λαὸς τὴν πυρείαν ἀνεδέξατο· καὶ ὡς αὐτὴν ὁ θεὸς ἐκώλυσεν ἐλεῶν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Δαυΐδης [p] βυλόμενος γνῶναι πόσαι μυριάδες εἰσὶ τοῦ λαοῦ, τῶν [q] Μωϋσέως ἐντολῶν ἐκλαθόμενος, [r] ὃς προεῖπεν, ἐὰν ἐξαριθμηθῇ τὸ πλῆθος, ὑπὲρ ἑκάστης κεφαλῆς αὐτὸ τῷ Θεῷ [s] τελέσαι ἡμίσικλον, προσέταξεν Ἰωάβῳ τῷ στρατηγῷ, πορεύεσθαι πάντα [t] τὸν ὄχλον ἐξαριθμῆσαι. τοῦτο δὴ οὐκ ἀναγκαῖον [v] εἶναι φήσαντος τοῦτο ποιῆσαι, οὐκ ἐπείθη· προσέταξε γὰρ μηδὲν [x] μελλήσαντα, βαδίζειν ἐπὶ τὴν ἐξαρίθμησιν τῶν Ἑβραίων. Ἰώαβος γὰρ, τοὺς ἄρχοντας τῶν φυλῶν παραλαβὼν καὶ γραμματεῖς, ἐπῆλθε τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν χώραν, καὶ τὸ πλῆθος ὅσον ἦν καταγνόντας, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱερουσάλυμα πρὸς τὸν βασιλέα, μὴ μῆνας ἐννέα καὶ ἡμέρας εἴκοσι, καὶ τὸν ἀριθμὸν [y] ἀπέδωκε τῷ βασιλεῖ τοῦ λαοῦ χωρὶς τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς, ἐξαριθμῆσαι γὰρ αὐτὴν οὐκ ἔφθασεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν Λευιτῶν φυλήν. [z] μετενόησε γὰρ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν Θεὸν [a] ἁμαρτών. λῆξε γὰρ τῶν ἄλλων Ἰσραηλιτῶν ἀριθμὸς ἐννήκοντα μυριάδες, ὥστε βαστάζειν καὶ στρατεύεσθαι δυναμένων· ἡ δὲ Ἰούδα φυλὴ καθ' ἑαυτὴν [b] πεντεκαίδεκα μυριάδες ἦσαν.

β'. Τῶν δὲ προφητῶν δηλωσάντων [c] τῷ Δαυΐδῃ ὅτι δι' ὀργῆς ἐστιν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἱκετεύειν ἤρξατο καὶ παρακαλεῖν δυνατὴν γίνεσθαι καὶ συγγνώσκειν ἡμαρτηκότι. Γὰδον δὲ τὸν προφήτην ἔπεμψεν ὁ Θεὸς πρὸς αὐτὸν, τρεῖς αἱρέσεις προτείνας, ὅπως ἐκλέξηται τούτων ἣν ἂν δοκιμάσῃ· πότερον λιμὸν γενέσθαι καὶ τὴν χώραν ἐπὶ [d] ἔτη ἑπτὰ, ἢ τρεῖς μῆνας [e] πολεμίους ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἡττηθῆναι, ἢ [f] λοιμὸν ἐπισκῆψαι καὶ νόσον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας τοῖς Ἑβραίοις. ὁ δὲ εἰς ἀμηχανον ἐκλογὴν μεγάλων κακῶν ἐμπεσὼν [g] ἐλυπεῖτο, καὶ σφόδρα ἦν συγκεχυμένος. ὃ δὴ προφήτης, τὸν θεὸν ἐξ ἀνάγκης γνόντα, φήσας [h] κελεύσαι δυσκολέναι πρὸς τὸν, ἵνα ἀπαγγείλῃ τὴν αἵρεσιν αὐτὸ τῷ Θεῷ· λογισάμενος ὁ βασιλεὺς, ὡς εἰ λιμὸν αἱτήσειεν [i] ἔδοξε τοῦτο πεποιηκέναι τοῖς ἄλλοις, αὐτῷ [k] μὲν ἀφόβως, ὅτι πάλιν αὐτὸς ἐγκεκλεισμένον ἔχοι σῖτον, ἐκείνοις δὲ βλαβερῶς, ἂν δέ γε ἕλοιτο τοὺς τρεῖς μῆνας [l] νικωμένοις αὐτοῖς, ὅτι τοὺς ἀνδρειοτάτους [m] ἔχων περὶ αὐτὸν ἐν φρουρᾷ, [n] καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν φοβούμενος, εἵλετο τὸν πόλεμον, [o] ἡτήσατο τὸ πάσῃ κοινὸν ἐν βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἀρχομένοις, ἐν ᾧ τὸ δέον ἴσον ἀπάντων γίνεται, προειπὼν ὅτι πολὺ κρεῖττον εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ χεῖρας ἐμπεσεῖν ἢ τὰς τῶν πολεμίων.

γ'. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ προφήτης, [p] ἀπήγγελλε τῷ Θεῷ.

CAP. XIII.

Quod populus, cum eum numerasset Davides, luit supplicium: atque ut illud divina cohibuit misericordia.

CÆterum cum Davidi regi in animo esset cognoscere quot myriadibus constaret populus, immemor mandatorum Moysis, qui prædixerat, ut, si populus numeraretur, in singula ejus capita sicli semissis Deo offerri deberet, Joabo copiarum duci imperavit, ut regionem obiret & multitudinis universæ censum ageret. Illo vero dicente, nihil necesse esse ut hoc faceret, regi non persuadetur; sed jussit ut omni absque mora proficisceretur ad Hebræos recensendos. Joabus autem assumptis *ad hoc negotium* principibus tribuum & scribis, cum Israëlitarum terram perlustrasset, & quanta fuit *illorum* multitudo computasset, post menses novem & dies viginti Hierosolyma reversus est ad regem, eique numerum *recensiti* populi retulit, absque tribu Benjamitica: nam eam nondum ad censum vocaverat, nedum tribum Leviticam. quippe regem, ut qui in Deum deliquerit, facti pœnituit. Erat autem Israëlitarum numerus nongenta millia *hominum* qui arma ferre & militiæ nomen dare poterant: Judæ vero tribus seorsim quadraginta millia conficiebat.

Populum numerari jubet Davides. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

2. Deinde cum Davidi declarassent vates, Deum ipsi periratum esse, supplex orare cœpit & obsecrare, ut propitius fieret sibique noxam ignosceret. Tum Deus ad ipsum misit Gadum vatem, qui tres optiones ad eum deferret; ut harum unam eligeret quam maxime omnium probaret; an velit suis in finibus septem annos fame laborare, an dum bellum gereret tres menses hostibus cedere, an Hebræos pestilentiæ morbo grassante tribus diebus cum eo conflictari. Ille vero, quod inter mala adeo gravia difficilis esset electio, *animi* discruciabatur, atque valde confusus erat. At cum vates dixisset, necesse esse ut hoc fieret, jussisseque statim responsum dare, ut optionem ab eo factam Deo renunciaret: rex, secum reputans, quod, si famem optaret, contra alios *hoc* facere videretur, dum ipse quidem extra metum esset, ut qui multum frumenti reconditum haberet, illi vero pessime acciperentur; sin autem per tres menses ipsos debellari eligeret, quod à viris fortissimis stiparetur, & loca ei essent præsidiis munita, propterea nihil timentem bellum elegisse *diceretur*; malum infligi voluit regibus cum subditis commune, unde par metus omnibus incutitur, præfatus melius esse in Dei quam hostium manus incidere.

Pestem præ cæteris malis eligit Davides. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

3. Ista cum vates accepisset, *ea* Deo nunciatum ivit.

Pestis sævit in Israëlitas. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

p Βυλόμενος γνῶναι] Βουληθεὶς *Hen.* & *Busb.*

q Μωϋσέως] *Sc.* mandatorum, quæ per Moysen dederat Deus, oblitus; *Exod.* c. 30. v. 12. Vide *Schotanum* in *Bibl. Hist. S. Tom.* 2. p. 740. Τῆς Μωϋσέως ἐντολῆς legisse videtur *Vetus Interpr.*

r Ὃς προεῖπεν,] Εἰπόντος ἐὰν *Hen.* & *Busb.*

s Τελέσαι ἡμίσικλον,] Τελέσειν juxta *Epiphanium*, atque ita expresse legit *Cedrenus* (p. 69.) ex ipso *Josepho*.

t Τὸν ὄχλον ἐξαριθμῆσαι.] Τὸν στρατὸν in suo codice habuisse videtur *Epiphan.*

v Εἶναι φήσαντος] Εἶναι deest *Vat.*

x Μελλήσαντα,] Μελήσαντα *Big.* & *Samb.* μελήσαντος *Vat.* nec μελλήσαντα nec μελήσαντα agnoscit *Epiphan.* qui vertit, *sed jussit numerum Hebræorum insigniter adimpleri.*

y Ἀπέδωκε τῷ βασιλεῖ] Ἐπέδωκε *Big. Samb.* & *Vat.*

z Μετενόησε γὰρ] Aut verba plusquam in suo codice habuit *Epiphanius*, aut, quod raro ab illo factum, de ingenio addidit: nam vertit, *pœnituit autem Davidem quod dinumerasset populum, eo quod deliquisset in Deum.*

a Ἁμαρτών.] Ἁμαρτῶν solus *Samb.*

b Πεντεκαίδεκα μυριάδες ἦσαν.] Judæis centum millia detraxit, & Israëlitis addidit. *Schotanus* in *Bibl. Hist. S. Tom.* 2. p. 741. τέσσαρες χιλιάδες *Epiphan.*

c Τῷ Δαυΐδῃ] Τῷ deest *Vat.* ut & mox ὁ Θεός.

d Ἔτη ἑπτά,] Ita in *S. Literis* juxta *textum Hebr.* in 2 *Sam.* c. 24. at τρία ἔτη LXXII. ut & tam in *textu Hebr.* quam *Gr.* 2 *Paralip.* c. 21. Videsis *Bochartum* in *Hieroz.* Part. 1. L. 2. c. 28.

e Πολεμίους ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν] Ita cum *Big.* & *Samb.* & non πολεμήσας cum *Editis*: quòd illud usitatius sit in prosa quam hoc.

f Λοιμὸν ἐπισκῆψαι] Sup. lib. IV. c. 6. §. 12. λοιμῷ ταύτῃ ἐπισκήψαντος αὐτοῖς ὑπὸ Θεοῦ τὴν νόσον· Ἐπισκῆψαι apposite usus hac voce de Peste à Deo immittenda; sic Æschylus Pers. v. 717. λοιμὸς τις ἦλθε σκηπτὸς· & Sophocl. Oedip. Tyr. v. 27. -- ὁ γὰρ πυρφόρος θεὸς Σκῆψας ἐλαυνὴ λοιμὸς ἔχθιστος πόλει SPANH.

g Ἐλυπεῖτο,] Sic *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* ἐλιπεῖτο in *reliquis.*

h Κελεύσαντος χωρεῖναι] Κελεύοντος *Vat.*

i Ἔδοξε τοῦτο] Δόξειε *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

k Μὲν ἀφόβως,] Μέντοι *Vat.*

l Νικωμένοις αὐτοῖς,] *Coll. Voss.* & *Big.* νικομένους αὐτούς.

m Ἔχων περὶ αὐτὸν] Ita cum *Vat.* & *Vet. Interpr.* in *reliquis* ἔχοι.

n Καὶ διὰ τοῦτο] Καὶ ὡς διὰ τοῦτο *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.*

o Ἡτήσατο τὸ πάσῃ] Ἡτήσαιτο πάσῃ *Big.* & *Samb.*

p Ἀπήγγελλε τῷ Θεῷ.] Ἀπήγγειλε *Samb.* (*Cocc.*) *Busb.* & *Hen.*

ivit. Tum ille peſtem & interitum immiſit Hebræis. Uno autem modo non obierunt: neque ita ut facile fuerit morbum cognoſcere. Sed malum quidem unum erat; ipſos vero ex innumeris cauſis & occaſionibus, cum nihil conſilii capere poterant, abripiebat. Alius enim ſuper alium interibat, & ægritudo clam ingruens mortem quam ocyſſime afferebat. aliis quidem derepente cum graviſſimis doloribus & acerbo cruciatu animam efflantibus: nonnullis vero iis quæ paſſi ſunt maceratis, & ne ad ſepulturam quidem relictis, ſed ipſo morbo plane conſumptis. alii rurſus ſubito tenebris ob oculos obortis præfocati ejulabant; nonnullique, domeſticorum alicui juſta ſolventes, ſepultura nondum abſoluta moriebantur. Peſte autem mane exorſa & uſque ad prandii tempus graſſante, abſumpta ſunt *hominum* ſeptuaginta millia. Jamque angelus manum ſuam in Hieroſolyma intendit, ut ea etiam eodem malo multaret. At rex ſaccum indutus humi jacebat, Deum obſecrans oranſque ut peſtem ſedaret, & jam mortuis contentus de cætero quieſceret. Oculis autem in aërem ſublatis, conſpectoque angelo qui Hieroſolyma *ſublimis* ferebatur gladio etiam evaginato, ad Deum exclamabat, "ſe utpote paſtorem dignum eſſe ſuppli-"cio, greges vero ſervari *meruiſſe*, ut qui nihil *ma-*"*li* commiſerint:" ſuppleꝛque poſcebat ut ira in ipſum domumque ipſius patriam univerſam ſæviret, populoque parceret.

Sedatur pœnitentiam agente Davide. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

4. Tum Deus, precibus *iſtis* exauditis luem compeſcuit: ac, miſſo ad eum Gado vate ei præcepit ut confeſtim aſcenderet in aream Oronnæ Jebuſæi, araque conſtructa illic Deo ſacrificia perageret. Davides autem hoc auditò quod mandatum erat non neglexit, ſed illico ad locum ſibi condictum properabat. At Oronnas, in frumento triturando occupatus, ut vidit regem cum filiis *ſuis* omnibus verſus ſe tendentem, ad ipſum accurrebat. Erat autem genere quidem Jebuſæus, Davidis vero præcipuus amicus: quapropter nihil mali adverſus illum admiſit, cum urbem evertebat, ut paulo ante indicavimus. Porro Oronna percontante, cur ad ſervum dominus accederet, reſpondebat, ad emendam ex eo aream, ut in ea altare Deo exſtrueret, & ſacra faceret. At ille, & aream & aratra & boves in holocauſtum ſe ei largiri, dicebat, Deumque precari lubenti animo ut ſacrificium acciperet. Rex vero ajebat ſe illum ſimplicitatis ergo & magnanimitatis diligere, illumque à ſe gratiam iniiſſe: illum autem obſecrabat ut *certo* pretio iſta omnia ſibi addiceret, haud enim fas eſſe gratuitas hoſtias immolare. Cum vero Oronnas dixiſſet ſe facturum eſſe quicquid *ille* vellet, quinquaginta ſiclis aream ab illo emit *rex*, araque exſtructa rem divinam fecit & ſolida cremavit ſacrificia, & victimas pacificas obtulit. unde placatus eſt Deus, iterumque propitius factus. Contigit autem ut hic locus eſſet in quem Abra-

Ubi olim Iſacus ara erat admotus, & ubi poſtea conditum eſt Templum.

mus olim filium ſuum Iſacum adduxit, ut eo ſolidum faceret ſacrificium; &, cum ad puerum ju-

ὁ δὲ τὸ λοιμὸν καὶ τὴν φθορὰν ἔπεμψε τοῖς Ἑβραίοις. ἀπέθνησκον δ' ὁ μονοτρόπως· ὅθ' ὥστε ῥᾴδιον καταγνῶναι γνώμῃ τὴν νόσον. ἀλλὰ τὸ μὲν κακὸν ἓν ἦν, μυρίους δ' αὐτοὺς αἰτίας καὶ προφάσεις ἔθ' ὑπενόησαν δυναμένους ἀνήρπαζεν. ἄλλος γὰρ ἐπ' ἄλλῳ διεφθείρετο, καὶ λανθάνον ἐπερχόμενον τὸ δεινὸν ὀξείαν τὴν πλοῦτον ἐπέφερε. τοὺς μὲν αἰφνιδίως μετ' ἀλγημάτων σφοδρῶν καὶ πικρᾶς ὀδύνης τὴν ψυχὴν ἀφιέντων· ἐνίων δὲ καὶ μαραινομένων τοῖς παθήμασι, καὶ μηδ' εἰς κηδείαν ὑπολειπομένων, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ κάμνειν εἰς τὸ παντελὲς δαπανωμένων. οἱ δ' [q] αἰφνίδιον σκότος αὐτοῖς τὰς ὄψεις ὑποδραμόντος προπηγεῖς [r] ἀπώμωζον· ἔνιοι δὲ, τῶν οἰκείων τινὰ κηδεύοντες, [s] ἐναπέθνησκον ἀτελέσι τοῖς ταφαῖς. ἀπώλοντο δὲ, ἑξαμέρου ἕωθεν τὸ λοιμικὸν νόσου φθείρειν αὐτοὺς ἕως [t] ὥρας ἀρίστου, [v] μυριάδες ἑπτά. ἐξέτεινε δὲ ὁ ἄγγελος τὴν χεῖρα [x] ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, τὸ δεινὸν κἀκεῖσε πέμπων. ὁ δὲ βασιλεὺς σάκκον [y] ἐνδεδυμένος ἔκειτο κατὰ τῆς γῆς, ἱκετεύων τὸν Θεὸν καὶ δεόμενος ἤδη λωφῆσαι, καὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ἀρκεσθέντα παύσασθαι. ἀναβλέψας δὲ εἰς τὸν ἀέρα ὁ βασιλεὺς, καὶ θεασάμενος τὸν ἄγγελον ἐπ' αὐτοῦ φερόμενον ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ μάχαιραν ἐσπασμένον; εἶπε πρὸς τὸν Θεόν· "ὡς αὐτὸς "ἔγω δίκαιος κολασθῆναι ὁ ποιμὴν, τὰ δὲ πρόβατα σώ-"ζεσθαι, μηδὲν ἐξαμαρτόντα". καὶ ἀντιβολῶν τὸν ὀργὴν εἰς αὐτὸν καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ πᾶσαν ἀποσκήπτειν, φείδεσθαι δὲ τοῦ λαοῦ.

δ'. Κατανύσας δὲ ὁ Θεὸς τὸν [z] ἱκεσίας, ἔπαυσε τὸν λοιμόν· καὶ πέμψας Γάδον τὸν προφήτην, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναβῆναι θυσιαστήριον εἰς [a] τὸν ἄλω τοῦ Ἰεβουσαίου [b] Ὁρόννα, καὶ οἰκοδομήσαντα βωμὸν ἐκεῖ τῷ Θεῷ [c] θυσίας ἐπιτελέσαι. Δαυίδης δ' ἀκούσας οὐκ ἠμέλησεν, ἀλλ' ὡς [d] ἔπεισθεν ἐπὶ τὸν [e] παρηγγελμένον αὐτῷ τόπον. [f] Ὁρόννας δὲ τὸν σῖτον ἀλοῶν, ἐπεὶ τὸν βασιλέα προσιόντα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ πάντας ἐθεάσατο, προσδεξάμενος αὐτὸν καὶ προσεκύνησεν. ὢν δὲ τὸ μὲν γένος Ἰεβουσαῖος, φίλος δ' ἐν τοῖς μάλιστα Δαυίδου· [g] καὶ Δι' ἣν τότ' αὐτὸν ὁδὸν εἰργάσατο δεινὸν, ὅτι τὴν πάλιν κατεσκεύασε, ὡς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδηλώσαμεν. ὁ δὲ Ὁρόννα πυθανομένου τί [h] παρεῖη πρὸς τὸ δεῖλον ὁ δεσπότης, εἶπεν, ὠνήσασθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ἄλω, ὅπως βωμὸν ἐν αὐτῇ κατασκευάσῃ τῷ [i] Θεῷ, καὶ παύσῃ θυσίαν. ὁ δὲ, καὶ τὴν ἄλω, [k] εἶπε, καὶ τὰ ἄροτρα καὶ τοὺς βόας εἰς ὁλοκαύτωσιν χαρίζεσθαι, καὶ τὸν Θεὸν ἡδέως εὔχεσθαι τὴν θυσίαν [l] προσέσθαι. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀγαπᾷν μὲν αὐτὸν τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν, ἔλεγε, καὶ δέχεσθαι τὴν χάριν· τιμὴν δ' αὐτὸν ἠξίου λαμβάνειν πάντων. ἃ γὰρ εἶναι δίκαιον προσῆκε θυσίαν ὑπὲρ λεῖν. ὁ δὲ Ὁρόννα φήσαντος ποιεῖν ὅ, τι βούλοιτο, πεντήκοντα σίκλων ὠνεῖται παρ' αὐτοῦ τὴν ἄλω· καὶ, οἰκοδομήσας τὸν βωμὸν, ἱερούργησε καὶ ὁλοκαύτωσε, καὶ θυσίας ἀνέωξεν εἰρηνικάς. κατεπραΰνετο δὲ τότοις τὸ θεῖον, καὶ πάλιν ἵλεως γίνεται. σωθεὶς δ' εἰς ἐκεῖνον ἀγαγεῖν τὸν τόπον Ἀβραμον τὸν ὑὸν αὐτοῦ Ἰσαακον ὥστε ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μέλλοντος ἀποσφάττεσθαι τοῦ παιδὸς κριὸν ἐξαίφνης ἀναφανῆναι

q Αἰφνίδιον σκότος] Αἰφνιδίως juxta *Epiphan.*

r Ἀπώμωζον·] Ita *Big.* in *ceteris* ἀνείμωζον.

s Ἐναπέθνησκον] Hoc ipſo verbo utitur *Thucydides* in deſcriptione peſtis Athenienſis. ἐπαπέθνησκον habent *Big. Samb.* & *Vat.*

t Ὥρας ἀρίστου,] Ita & LXXII. inter *ſex horas* coërcet *Theodoret.* in 2 *Regum*, ΕΡΩΤ. μγ'. Vide *Bochartum* in *Hieroz.* Part. 1. L. 2. c. 38. *Schotanum* in *Bibl. Hiſt.* Tom. 2. p. 743. & *J. Clericum* ad 2 *Sam.* c. 24.

v Μυριάδες ἑπτά.] Χιλιάδες ἑβδομήκοντα apud *Cedrenum.*

x Ἐπὶ τὰ Ἱερουσόλυμα,] Καὶ ἐπὶ τὰ *Vat.*

y Ἐνδεδυμένος ἔκειτο] Ἐνδυσάμενος ἔκειτο κατὰ γῆς ſolus *Vat.*

z Ἱκεσίας,] Ita cum omnibus *MSS.* ἱκετείας in *Editis.*

a Τὴν ἄλω τοῦ Ἰεβουσαίου] Conf. ſup. cap. 3. §. 3. SPANH.

b Ὁρόννα.] Alibi (in *Annott.* ad p. 371. §. 3.) Ὀρόννα. At *Bochartus* (in *Hieroz.* Part. 1. Lib. 2. c. 38.) malit hic Ὀρόνα & illic Ὀρόδνα reſcribere. Ὀρνᾶ *Vat. Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & LXXII. Ὀρωνᾶ *Hen.* & *Busb.* in *Epiphanii* codicibus varie, Oronna, Orpha, Orna & Orphni. Vide *Annott.* ad p. 371. §. 3.

c Θυσίας ἐπιτελέσαι.] Θυσίαν *Vat.*

d Ἔπεισθεν] Ita *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Samb.* & *Vat.* ἔπεισεν libavit in ſuo codice habuit *Epiphanius.* facili errore pro ἔπεισθεν vel ἔπεσθεν. in *Editis*, *Aliiſque* ἔπεμψεν.

e Παρηγγελμένον] Sic *Samb.* (*Cocc.*) & *Vat.* in *reliquis* προηγγελμένον.

f Ὀρόννας] Eo modo *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* in *ceteris* Ὀρόννα.

g Καὶ Δι' ἣν] Ea de re ſup. cap. 3. § 3. SPANH.

h Παρεῖη πρὸς τὸ δεῖλον] Πρεῖη *Big.* & *Samb.* παρέχοι *Hen.* & *Busb.*

i Θεῷ,] Ita in omnibus *MSS.* & in aliquot *Epiphanii* libris. in *ceteris* & in *Editis Gr.* κυρίῳ.

k Εἶπε,] Εἶπεν αὐτῷ *Vat.*

l Προσέσθαι.] Προσήκεσθαι *Samb.* (προσοίσεσθαι *Coll. Voſſ.*) προσενέγκασθαι *Big.*

m Ἐκελ-

νῆναι παρεσῶπα τῷ βωμῷ, ὃν Ϛ καπέφυσεν ὁ Αβραμος ἀντὶ Ϝ παιδὸς, ὡς προφήκαμεν. ὁρῶν δ' ὁ βασιλεὺς Δαυίδης, τῆς ἰσχῆς αὐτῷ τὸν Θεὸν ἐπήκοον γεγενημένον, καὶ τὴν θυσίαν ἡδέως προσδεξάμενον, [m] ἔκρινε τὸν τόπον ἐκεῖνον ὅλον βωμὸν προσαγορεῦσαι Ϝ λαῷ παντὸς, καὶ [n] οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ Θεῷ. ταύτην ἰσχὺς ἀφῆκεν εἰς τὸ γενησόμενον τὴν φωνήν. ὁ γὰρ Θεὸς τὸν προφήτην ἀποστείλας πρὸς αὐτὸν, ἐκεῖ ναὸν ἔλεγεν οἰκοδομήσειν αὐτῷ τὸν υἱὸν, τὸν μέλλοντα μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν διαδέχεσθαι.

verſo: "Hoc tibi prædicit Deus, fore ut naſcatur "quidam de genere Davidis, Joſias nomine, qui "ſuper te mactabit iſtius ævi falſos ſacerdotes, ac "præterea horum impoſtorum & deceptorum at- "que impiorum oſſa ſuper te cremabit. Imo vero "ut iſti credant hoc ita eventurum eſſe, ſignum "illis prænunciabo mox ſecuturum. illico ara *hæc* "findetur, & omnis ſuper illam victimarum adeps "humi diffundetur." Cum hæc dixiſſet vates, Hieroboamus irritatus, protenſa *ab altari* manu, jubet illum comprehendi. At manus, quam *in eum* intenderat, ſubito langueſcebat; nec potuit eam denuo ad ſe retrahere: ſed torpore illi obriguit & mortua demittebatur. Porro diffiſſa eſt ara, & cuncta ex ea effuſa ſunt, ſicuti vates prædixerat. Cum autem *rex* intellexiſſet hominem eſſe veracem & ex Dei afflatu futura prænoſcere, rogavit eum ut Deum deprecaretur, quò ipſi reſtituatur dextra. Atque is quidem Deum orabat, ut hoc regi effectum redderet: ille vero, cum manus ad ſuum ſtatum rediiſſet, ea de re gaudens vatem obſecrabat, ut ſecum prandeat. Tum Jadon dicebat, "ſibi non liberum eſſe in domum ejus introire, "aut tantillum ex pane & aqua iſta in urbe degu- "ſtare. hoc enim ipſi Deum interdixiſſe, nec li- "cere eadem, qua venerat, via reverti, ſed per a- "liam iter ſibi faciundum," ajebat. Et illum quidem rex propter ejus abſtinentiam mirabatur: de ſe vero cœpit eſſe ſolicitus, ne res ſuæ, ex prædictis conjecturam faciendo, in pejus mutarentur.

Hieroboami manus aret. 3 *Regum*, c. 13.

εἶπε τάδε, πρὸς τὸ θυσιαστήριον πιόμενον τὰς λόγους. "ὁ Θεὸς ἐσεῖταί τινα προλέγει ἐκ τῶ Δαυίδ γένους, Ιωσίαν "ὄνομα, ὃς ἐπὶ σῶ θύσει τὰς ψευδοιερεῖς τὰς καθ' ἑκεῖνον "τὸν καιρὸν γενησομένους, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν λαοπλάνων τούτων καὶ "ἀπατεώνων καὶ ἀσεβῶν ἐπὶ σῶ καύσει. ἵνα μέντοιγε "πιστεύσωσιν ἔτοι τοῦθ' ὕτως ἔχειν, σημεῖον αὐτοῖς προφερῶ "γενησόμενον. ῥαγήσεται τὸ θυσιαστήριον παραχρῆμα, καὶ "πᾶσα ἡ ἐπ' αὐτῶ [P] πιμελὴ τῶν ἱερείων ἐπὶ γλῶ χυθήσε- "ται." ταῦτ' εἰπόντος τοῦ προφήτου, παροξυνθεὶς ὁ Ιεροβόαμος ἐξέτεινε τὴν χεῖρα, κελεύων συλλαβεῖν αὐτόν. ἐκτεταμένη δ' ἡ χεὶρ [q] εὐθὺς παρείθη, καὶ [r] οὐκ ἔτι ἴσχυεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν [s] ἀναγαγεῖν, ἀλλὰ νεναρκηκυῖαν καὶ νεκρὰν εἶχεν ἀπηρτημένην. ἐῤῥάγη τε καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ κατηνέχθη [t] πάντα ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς προεῖπεν ὁ προφήτης. μαθὼν δὲ ἀληθῆ τὸν ἄνθρωπον καὶ θείαν ἔχοντα πρόγνωσιν, παρεκάλεσεν αὐτὸν δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ ἀναζωπυρῆσαι τὴν δεξιὰν αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν ἱκέτευσε τὸν Θεὸν τοῦτ' αὐτῷ χαρίσασθαι. ὁ δὲ, τῆς χερὸς τὸ κατὰ φύσιν ἀπολαβούσης, χαίρων ἐπ' αὐτῇ τὸν προφήτην παρεκάλει δειπνῆσαι παρ' αὐτῷ. [v] Ιαδὼν δὲ ἔφη, "οὐκ ἐπιτρέπεσθαι εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ γεύσασθαι "ἄρτου καὶ ὕδατος ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. τοῦτο γὰρ αὐτῷ τὸ "θεῖον ἀπειρῆκέναι, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν ἦλθεν ὅπως μὴ δι' "αὐτῆς ποιήσηται τὴν [x] ὑποστροφὴν, ἀλλὰ δι' ἄλλης," ἔφασκε. τοῦτον μὲν οὖν ἐθαύμαζεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἐγκρατείας· αὐτὸς δ' ἦν ἐν φόβῳ, μεταβολὴν αὐτοῦ τῶν πραγμάτων ἐκ τῶ προειρημένων οὐκ ἀγαθὴν ὑπονοῶν.

CAP. IX.

ΚΕΦ. Θ'.

Quomodo Jadon vates alteri mentienti credens revertitur, ac poſtea à leone interimitur: & quibus verbis regi perſuaſit vates ſceleratus, ejuſque animum à Deo alienavit.

Ὡς ὁ προφήτης Ιαδὼν ἄλλῳ ψευσαμένῳ πεισθεὶς ὑπέστρεψεν, εἶτα ὑπὸ λέοντος ἀναιρεῖται· καὶ ποίοις λόγοις ὁ πονηρὸς προφήτης τὸν βασιλέα πείσας, τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ἀπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

De Bethelenſi vate qui Jadonem vatem contra Dei præceptum revocat. 3 *Regum*, c. 13.

ERat autem *ea* in urbe ſenex quidam improbus, falſus vates, quem in honore habebat Hieroboamus, deceptus ab illo ut qui omnia ad gratiam loqueretur. Hic quidem tum lecto erat affixus, quod præ ſenio eſſet viribus defectus. Cum vero ipſius filii ei omnia de vate narraſſent qui Hieroſolymis *illuc* venerat, quæque edita eſſent ſigna, utque Hieroboamus manum ſibi torpore enectam, ipſo Deum orante, ſanam ſalvamque denuo recepiſſet; veritus ne peregrinus *iſte* plus apud regem quam ille auctoritate polleret, & in majori haberetur veneratione, mandavit filiis ut è veſtigio aſinum inſtratum ad iter ſibi expedirent. Illis autem impigre juſſa exſequutis, inſcendit, vatemque ſubſequitur; atque eum ſub alta & umbroſa quercûs bene magnæ arbore quieſcentem nactus, primo ſalutavit, deinde eum reprehendebat quod ad ipſum non divertiſſet ut lauto hoſpitio exciperetur. Cumque ille reſpondiſſet, quod ſibi à Deo interdictum eſſet, ne apud quenquam ea in urbe *cibum potionemve* guſtaret. Atqui non apud me, inquit, te vetuit Deus menſæ hoſpitali admoveri. nam ego quoque vates ſum, eumque eadem qua tu religione vene-

Ἦν δέ τις ἐν τῇ πόλει πονηρὸς [y] πρεσβύτης [z] ψευδοπροφήτης, ὃν εἶχεν ἐν τιμῇ Ιεροβόαμος, ἀπατώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὰ πρὸς ἡδονὴν λέγοντος. ἔτυχε τότε μὲν κλινήρης διὰ τὸ ἀπὸ γήρως ἀσθένειαν. τῶν δὲ παίδων αὐτῷ δηλωσάντων τὰ περὶ τοῦ παρόντος ἐξ Ιεροσολύμων προφήτου, καὶ τῶν σημείων τῶν γενομένων, καὶ ὡς [a] παρεθεῖσαν αὐτῷ τὴν δεξιὰν Ιεροβόαμος ἔξαμένην πάλιν ἐκείνην ζῶσαν ἀπολάβοι· δείσας μὴ παραδοκιμήσειεν αὐτὸν ὁ ξένος πρὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ πλείονος ἀπολάβοι τιμῆς, προσέταξε τοῖς παισὶν ἅμα [b] ὑπισχνώμενος τὸν ὄνον ἕτοιμον πρὸς ἔξοδον αὐτῷ παρασκευάσαι. τῶν δὲ [c] παρασκευὴν ὁ προσετάγησαν, [d] ὑπιδὰς ἐδίωξε τὸν προφήτην· καὶ καταλαβὼν ἀναπαυόμενον ὑπὸ δένδρῳ βαθεῖ καὶ σκιὰν ἔχοντι δρυὸς μεγέθους ἡσπάσατο πρῶτον, εἶτα ἐμέμφετο, μὴ παρ' αὐτὸν εἰσελθόντα καὶ ξενίων μεταλαβόντα. ὡς δὲ φήσαντος κεκωλύσθαι πρὸς τοῦ Θεοῦ γεύσασθαι παρά τινι τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει. ἀλλ' ἀκὴ παρ' ἐμοὶ [e] εἶπεν πάντως ἀπηγορεύκει σοι τὸ θεῖον παραθέσθαι τράπεζαν. προφήτης γάρ εἰμι κἀγὼ, καὶ τῆς αὐτῆς σοι κοινωνὸς

μῶν Ιωὴλ αὐτὸν ἡμᾶς καλεῖσθαι ἐδίδαξεν.

o Απατεώνων] Sic *MSS.* ἀπαταιώνων in *Editis*.

p Πιμελὴ τῶν ἱερείων] ישן eſt in Codice Sacro, quod cinerem notat. Verum ישן pro pinguedine aliquando uſurpatur. REL.

q Εὐθὺς παρείθη,] Conf. lib. VI. c. 13. §. 8. SPANH.

r Οὐκ ἔτι ἴσχυεν] Eo modo, vel οὐκ ἔτ' ἴσχυσεν in pleriſque *MSS.* οὐκ ἔτι ἴσχυεν in *Editis Aliiſque*.

s Ἀναγαγεῖν,] Ἀγαγεῖν *Big.* & *Samb.*

t Πάντα ἀπ' αὐτοῦ,] Πάντα τὰ ἀπ' αὐτοῦ *Big. Samb.* & *Vat.*

v Ιαδὼν δὲ ἔφη,] Ιαδὼν δ' ἔφησεν *Big.* & *Samb.*

x Ὑποστροφὴν,] Ὑποστροφὴν *ſolus Vat.*

y Πρεσβύτης] Illud πρεσβύτης ex *Cod. MSS.*

z Ψευδοπροφήτης,] Ψεύδο προφήτου ἐκεῖνον εἶναι λέγει ὁ Ιώσηπος· ἢ Θεοδώρητος ἀληθῆ προφήτην εἶναι. *Glycas*, Annalium part. II. p. 187. Ἐγὼ δὲ τὸν Θεὸν μὲν καὶ τὰ ἄλλα προφήτην ὑπείληφα· ψευδέσι δὲ χρήσασθαι λόγοις πρὸς τὰ αὐθρωποι τὸν Θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο μόνον ψευδοπροφήτην εἶναι. *Theodoret.* in 3 *Regum*, ERΩT. μγ'. Quam multa in hac narratione *S. Hiſtoriæ* addat *Flavius*, oſtendit *Melch. Leydeckerus* de *Var. reipubl. Hebr. ſtatu*, Vol. 2. p. 36.

a Παρεθεῖσαν αὐτῷ τὴν δεξιὰν] Conf. lib. VI. c. 13. §. 8. SPANH.

b Ὑπισχνούμενος] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* ὑπισχνούμενος τὸν ὄνον καὶ ἕτοιμον in *Editis*.

c Παρασκευὴν] Iterum ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* παρασκευάσαντων in *Editis*. quod etiam ferri poteſt.

d Ὑπιδὰς ἐδίωξε] Ὑπιδὰς τὸν ὄνον ſoli *Hen.* & *Busb.*

e Εἶπεν πάντως] Εἶπεν hic inſerui cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* & ἔφη *Editorum* poſt τραπέζαν delevi, quod illud non agnoſcant *MSS.* & *Epiphan.*

f Aeu-

γωνὸς πρὸς αὐτὸν θρησκείας· καὶ πάρειμι νῦν ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεὶς ὅπως ἀγάγω σε πρὸς ἐμαυτὸν ἑστιασόμενον. ὁ δὲ, ψευσαμένῳ πεισθεὶς, ἀνέστρεψεν. [f] ἀφεστώτων δ' ἔτι καὶ φιλοφρονουμένων, ὁ Θεὸς ἐπιφαίνεται τῷ Ιαδῶνι· καὶ θεσπίζει τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ πεμφείαν ὑφέξειν ἔλεγε, καὶ παραπλὴν ἐδήλου. λέοντα γὰρ αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπερχομένῳ συμβαλεῖν [g] ἔφεσιν, [h] ὑφ' ἧς ἁλῶναι, καὶ τῆς ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι ταφῆς ἀμοιρῆσαι. ταῦτα δ' ἐγίνετο, οἶμαι, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν, [i] ὅπως μὴ προσέχοι τοῖς τοῦ [k] Ιαδῶνος λόγοις Ιεροβόαμος [l] ἐληλεγμένα ψεῦδος. πορευομένῳ τοίνυν τῷ Ιαδῶνι πάλιν εἰς Ιεροσόλυμα, συμβάλλει λέων· καὶ καταπατάσας αὐτὸν ὑπὸ τὰ κτήνη, ἀπέκτεινε. καὶ τὸ μὲν ὄνον ἀδεῶς ὅλως ἔβλαψε. θαπτόμενον δὲ ἐφύλαττε κἀκεῖνον καὶ τὸ τοῦ προφήτου σῶμα, μέχρις ἂν τινες τῶν ὁδοιπόρων ἰδόντες ἀπήγγειλαν ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν τῷ ψευδοπροφήτῃ. ὁ δὲ, τὸν ἑαυτοῦ πεμψας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν τὸ σῶμα, καὶ πολυτελῶς [m] μὲν κηδείας ἠξίωσεν, ἐνετείλατο δὲ τοῖς παισὶ καὶ αὐτὸν ἀποθανόντα σὺν ἐκείνῳ θάψαι· λέγων, ἀληθῆ μὲν εἶναι πάντ' ὅσα προεφήτευσε κατὰ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν, [n] ὑπεριδήσεσθαι δ' αὐτὸς μὴ τὴν πλάνην ταύτην σὺν ἐκείνῳ ταφεὶς, τῶν ὀστῶν ἂν γνωσθησομένων. [o] κηδεύσας οὖν τὸν προφήτην, καὶ ταῦτα ἐντειλάμενος τοῖς ἰδίοις, πονηρὸς ὢν καὶ ἀσεβὴς, προσέστη τῷ Ιεροβοάμῳ· καὶ, "τί δήποτ' ἐπαρέχθης, [p] εἶπεν, ὑπὸ τοῦ ἀνοήτου λόγων;" ὡς δὴ καὶ τὸ βωμὸν τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ καὶ τὴν αὐτοῦ χεῖρα διηγήσαιτο ὁ βασιλεὺς, θεῖον ἀληθῶς καὶ προφήτην ἄρασθαι δοκαλῶν, ἤρξατο ταύτην αὐτοῦ τὴν δόξαν ἀναλύειν κακουργῶν, καὶ πιθανοῖς τὸν γεγονότων χρώμενος λόγοις βλάπτειν αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν. [q] ἐπιχειρῶ γὰρ πείθειν αὐτὸν ὡς ὑπὸ κόπου μὲν ἡ χεὶρ [r] αὐτοῦ ναρκήσαι, βασάζουσι τὰς θυσίας· εἶτ' ἀνεθεῖσα πάλιν [s] εἰς τὴν αὐτῆς ἐπανέλθοι φύσιν· τὸ δὲ θυσιαστήριον, ὂν καινὸν καὶ δεξάμενον θυσίας πολλὰς καὶ μεγάλας, ῥαγείη καὶ πέσοι διὰ βάρος τῶν ἐπενηνεγμένων. ἐδήλου δ' αὐτῷ καὶ τὸν θάνατον ἐκ τῶν σημείων ταῦτα προειρηκότος, ὡς ὑπὸ λέοντος [t] ἀπόλοιτο· ὅτως ἔδεν ἔτ' εἶχεν, ἔτ' ἐφθέγξατο προφήτης. ταῦτ' εἰπὼν, πείθει τὸν βασιλέα, καὶ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ τελέως ἀποστρέψας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ [v] καὶ τῶν δικαίων καὶ ὁσίων ἔργων, ἐπὶ τὰς ἀσεβεῖς πράξεις παρώρμησεν. οὕτως δ' ἐξύβρισεν εἰς τὸ θεῖον καὶ παρενόμησεν, ὡς οὐδὲν ἄλλο καθ' ἡμέραν ζητεῖν, ἢ τι καινὸν καὶ μιαρώτερον τῶν ἤδη τετολμημένων ἐργάσηται. καὶ τὰ μὲν περὶ Ιεροβοάμου ἐπὶ τοσοῦτον παρόντος [x] ἡμῖν δεδηλώσθω.

ror: atque nunc adsum ab eo missus ut te mihi convivam abducam. Ille vero, fide mentienti habita, *cum eo* reversus est. Adhuc autem illis prandentibus blandoque sermone sese oblectantibus, Deus apparet Jadoni; & quod contra mandatum ejus fecisset, dicebat, pœnam daturum esse, simulque qualis foret *ipsi* denunciabat. nam leonem ipsi digredienti in via occursurum esse edixit, foreque ut ab eo interimeretur, atque expers esset sepulturæ in majorum suorum monumentis. Hæc autem, Deo ita volente, contigisse arbitror, quo minus Hieroboamus animum adverteret Jadonis verbis, cum falsi esset redargutus. Jadoni igitur Hierosolyma redeunti obviam fit leo, ipsumque à jumento detractum necavit. Atque asinum quidem nihil omnino læsit, adsidens vero & eum custodiebat & vatis cadaver, donec quidam illac transeuntes id conspicati in oppidum venerunt, atque falso vati rem nunciarunt. Tum ille, filiis suis in hoc missis, corpus ejus in urbem reportavit, ipsumque magnificis cohonestavit exsequiis; suisque filiis præcepit, ut se, cum mortuus fuerit, eodem in sepulchro conderent: dicens, vera quidem esse omnia quæ ille vaticinatus est contra urbem illam & altare & sacerdotes & falsos vates; ipsum vero injuria post mortem fore immunem, si cum eo sepeliretur, utpote quod ossa illorum dignosci non possent. Cum itaque justa vati persolvissent, atque filiis ista mandasset, improbus & impius, Hieroboamum adit: ac, "quid ita perturbatus es, inquit, "istius insipientis sermonibus?" Postquam vero rex quæ altari suæque manui acciderant illi enarrasset, hominem vere divinum vatemque optimum appellans, cœpit *iste* hanc ejus *de illo* opinionem vafre & malitiose agendo labefactare, & verisimilibus de iis quæ facta erant rationibus utendo veritatem eorum debilitare. Conabatur enim ei persuadere manum quidem ejus lassitudine obtorpuisse, dum victimas portaret; ac deinde, cum paululum quievisset, ad se rediisse: altare vero, quippe recens exstructum & multis magnisque victimis ei impositis, ex nimio onere rerum ei incumbentium disruptum cecidisse. Porro ipsi etiam mortem ejus nunciabat, qui signa ista prædixerat, ut scilicet à leone occisus periit: adeo ut nihil habuerit vel loquutus fuerit quod vatem arguebat. His dictis regi persuasit, &, cum animum ejus prorsus à Deo avertisset & à sanctis justisque operibus, ad iniquitates agitandas eum perpulit. Adeo autem in Deum contumelios us erat & injurios us, ut quotidie id sibi negotii dari quæsiverit, ut novo aliquo magisque detestabili scelere semet obstringeret. Atque ista quidem nobis de Hieroboamo in præsens dicta sunto.

Jadon vates à leone occisus. 3 Regum, c. 13.

Bethelensis vates subdole agit cum Hieroboamo, ut metum ejus discuteret.

Adeo nihil de impietate remisit Hieroboamus, ut pejor indies evaserit. 2 Regum, c. 13.

[f] Αφεστώτων] Ita cum *Hen.* & *Busb.* in *reliquis* ἀφεστώτων.

[g] Εφεσιν,] Εφεζον *Vat.*

[h] Υφ' ἧς] Sic cum *MSS.* ἀφ' ἧς in *Editis.*

[i] Οπως μὴ] Haud dubie apparet (*inquit Sabellicus*) ad elevandam Jadonis fidem, Bethlejum senem in urbem eum retraxisse, ut si à se decipi contigisset, assertæ divinationis apud regem coargueret. Cæterum ita numini placuisse credere par est, ut Hieroboamus & alii præsenti metu levati suæ impietatis aliquando meritas luerent pœnas.

[k] Ιαδῶνος] Hic loci Ιωάδου *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Ioël dicitur *Glyca*, ut ex verbis supra allatis constat. Rabbinis Iddò esse videtur, cujus mentio facta est 2 *Paralip.* c. 13. v. 22. ubi Addò dicitur *Interpretibus* LXXII.

[l] Εληλεγμένα] Ελεγχθεν ψεύδους *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1.

[m] Μὲν κηδείας] Illud μὲ deest *Vat.*

[n] Υπεριδήσεσθαι] Eo utique consilio (inquit *Zonaras*) cum eo sepeliri voluit, ut cum secundum prædictionem illius altare everteretur, & sacerdotum & pseudoprophetarum ossa igni traderentur, eam contumeliam ipse, juxta hominem divinum situs, effugeret.

[o] Κηδεύσας] Κηδευσάμενος *Gall.* 2.

[p] Εἶπεν,] Εἶπων *Vat.*

[q] Επιχειρῶ] Sic *Big. Samb. Vat. Vet. Interpr.* ἐπιχειρεῖ in *cæteris.*

[r] Αὐτοῦ ναρκήσαι,] Αὐτῷ *Vat.*

[s] Εἰς τὴν αὐτῆς] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* εἰς τὴν αὐτὴν in *reliquis.*

[t] Απόλοιτο·] Sic *Big.* & *Samb.* ἀπωλεῖτο *Vat.* ἀπώλετο in *Editis.*

[v] Καὶ τῶν δικαίων] Ita in omnibus *MSS.* aut καὶ τῶν ὁσίων ἔργων καὶ δικαίων. in *Editis* καὶ τῶν δικαίων καὶ θείων ἔργων.

[x] Ημῖν δεδηλώσθω.] Eo τούτοις ante ἡμῖν inserunt *Big. Samb.* & *Vat.* in textum ea non recepi, quod nec vola nec vestigium eorum apud *Vet. Interpr.*

CAP.

CAP. X.

De Roboamo: utque Deus pœnas ab eo exegit impietatis per Susacum.

Roboamus oppida condit munitque. 2 Paral. c. 10.

ROboamus autem Solomonis filius, qui ut ante diximus in duas tribus regnavit, urbes munitas magnasque condidit, Bethleem, & Etame, & Thecoë, & Bethsur, & Socho, & Odollam, & Ipan, & Maresam, & Zipha, & Adoraïm, & Lachis, & Azeca, & Saraïm, & Elom, & Chebrona. Has quidem in sorte Judæ primas ædificavit. Alias vero magnas insuper instauravit in sorte Benjamitide. & cum eas muniviſſet, & præsidia in omnibus constituit & duces; multumque frumenti & vini & olei, aliaque ad victum *necessaria* in unaquaque urbe largiter recondidit: ac præterea scuta & lanceas in multas *hominum* myriadas. Atque ad eum in Hierosolyma sese aggregarunt sacerdotes & Levitæ ex omnibus Israëlitarum finibus, & quotquot alii è populo boni erant & justi, relictis suis sedibus, ut Deum *more patrio* Hierosolymis colerent. ægre enim tulerant ut ad vitularum venerationem adigerentur, quas fecerat Hieroboamus. Atque ita per tres annos auxerunt regni Roboami vires. Cum autem cognatam quandam in matrimonium duxisset, & tres ex ea liberos sustulisset, duxit postea & aliam, ipsamque cognatam, Machanam nomine, ex filia Abesalomi Thamara natam; filiusque ex illa ei nascitur, quem Abiam vocavit. Quin & liberos complures suscepit ex aliis uxoribus: omnium vero maxime amavit Machanam. Nam uxores quidem habuit legitimas octodecim, concubinas vero triginta: & ex his filii ei geniti sunt duodetriginta & filiæ sexaginta. Voluit autem ut ei in regnum succederet Abias Machanæ filius, ejusque fidei thesauros urbesque munitissimas credidit.

Ad Roboamum sacerdotes & Levitæ conveniunt. 2 Paral. c. 11.

Roboami uxores & liberi. 2 Paral. c. 11.

Roboamus etiam Deum suis flagitiis irritat. 3 Regum, c. 14.

2. Plerumque autem fieri arbitror, ut malorum & iniquitatis causa hominibus sit rerum magnitudo, earumque in melius mutatio. Nam Roboamus, cum vidisset regnum suum tanta cepisse incrementa, in omne nefas & scelus abiit, Deique cultum & religionem sprevit, adeo ut populus ei subjectus facta ejus iniqua imitatus fuerit. Ita enim comparatum est, ut cum principum moribus subditorum etiam mores corrumpi soleant; utque hi relicta sua modestia, quippe quæ illorum petulantiam redarguat, principum vitia non aliter atque virtutes sequantur. nisi enim eadem, quæ re-

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ Ροβοάμου· καὶ ὡς ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ἀσεβείας ἀφῆκε Σύσακον ἐπιμώρησεν.

Ὁ δὲ Σολομῶνος υἱὸς Ροβοάμης, ὁ τῶν δύο φυλῶν βασιλεὺς ὡς προεφήκαμεν, ὠκοδόμησε πόλεις ὀχυρὰς τε καὶ μεγάλας, [y] Βηθλεέμ, καὶ [z] Ητεμὲ, καὶ [a] Θεκωὲ, καὶ [b] Βηθσὺρ, καὶ [c] Σωχὼ, καὶ [d] Οδολλὰμ, [e] Ιπὰν, καὶ [f] Μαρησὰν, καὶ [g] Ζιφὰ, καὶ Αδωραΐμ, καὶ [h] Λαχὶς, καὶ [i] Αζηκὰ, καὶ [k] Σαραΐμ, καὶ [l] Ηλὼμ, καὶ Χεβρῶνα. ταύτας μὲν ἐν τῇ Ιούδα κληρουχίᾳ πρώτας ὠκοδόμησε. κατεσκεύασε δὲ [m] καὶ ἄλλας μεγάλας, ἐν τῇ [n] Βενιαμίτιδι κληρουχίᾳ. καὶ τείχεσι, φρουρᾷ τε κατίσχυσεν [o] ἐν ἀπάσαις ἡγεμόνας, σῖτόν τε πολὺν καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ταῦτα ἄλλα πρὸς ἀφθονίαν· ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων δαψιλῶς ἀπέθετο· πρὸς δὲ τούτοις [p] θυρεοὺς καὶ σιδηρᾶς εἰς πολλὰς μυριάδας. συνῆλθον δὲ οἱ φυλαὶ πᾶσι τοῖς Ισραηλίταις ἱερεῖς πρὸς αὐτὸν εἰς Ιεροσόλυμα καὶ Λευῖται, καὶ εἴ τινες ἄλλοι ἐκ πάσης ἦσαν ἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, [q] καταλιπόντες αὐτῶν τὰς πόλεις ἵνα θρησκεύσωσιν ἐν Ιεροσολύμοις τὸν Θεόν. ἐκ γὰρ ἠδέως εἶχον προσκυνεῖν ἀναγκαζόμενοι τὰς δαμάλεις, ἃς Ιεροβόαμος κατεσκεύασε. καὶ ἤυξησαν τὴν Ροβοάμου βασιλείαν ἐπ' ἔτη τρία. γήμας δὲ συγγνώμη τινὰ καὶ τρεῖς παισάμενος ἐξ αὐτῆς παῖδας, ἦγεν ὕστερον καὶ τὴν ἐκ τοῦ Αβεσαλώμου θυγατρὸς Θαμάρης, [r] Μαχάνην ὄνομα, καὶ αὐτὴν ἔσαν συγγνώμη· καὶ πάσης ἄρρεν ἐξ αὐτῆς αὖπω γίνεται, ὃν Αβίαν προσηγόρευσε. [s] τέκνα δὲ εἶχεν καὶ ἐξ ἄλλων γυναικῶν πλείονα· πασῶν δὲ μᾶλλον ἔστερξε τὴν [t] Μαχάνην. εἶχε δὲ τὰς μὲν νόμῳ συνοικίσιος αὖπω γυναῖκας, ὀκτωκαίδεκα· παλλακὰς δὲ, [v] τριάκοντα. καὶ υἱοὶ μὲν αὖπω γενέσθαι ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, θυγατέρες δὲ ἑξήκοντα. ἀφάδοκον δὲ ἀπέδειξε [x] τῆς βασιλείας τὸν ἐκ τῆς Μαχάνης Αβίαν, καὶ τοὺς θησαυροὺς αὖπω καὶ τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ὑπέστησεν.

β'. Αἴτιον δ' οἶμαι πολλάκις γίνεται κακῶν καὶ παρανομίας τοῖς ἀνθρώποις τὸ τῶν πραγμάτων μέγεθος, καὶ ἡ πρὸς τὸ βέλτιον αὐτῶν τροπή. τῷ γὰρ βασιλείαν αὐξανομένῳ ἔτω βλέπων Ροβοάμης, εἰς ἀδικίας καὶ ἀσεβεῖς ἐξετράπη πράξεις, καὶ τὸ [y] ὑπ' αὐτῷ λαὸν μιμητὰς ἡδέως τῶν ἀνομημάτων. συνδιαφθείρεται γὰρ τὸ τῶν λεχομένων ἦθος [z] τοῖς τῶν ἡγεμόνων τρόποις, καὶ ὡς ἔλεγχον τὸ ἐκείνων [a] ἀσελγείας τὴν αὐτῶν σωφροσύνην ἀθετοῦντες, ὡς ἀρετῇ [b] τὰς κακίας αὐτῶν ἕπονται. ὁ γὰρ

ἔνεστιν

---

y Βηθλεὲμ,] Ita etiam in LXXII. juxta *Exemplar. Rom.* Βαιθσεὲμ in *Alexandr.*

z Ητεμὲ,] Αἰτὰν LXXII. *Rom.* Αἰτανὶ *Alex.* in *Epiphanii* libris *Itham* aut *Itam.*

a Θεκωὲ,] Ita cum *MSS.* & LXXII. Θεκὼς in *Editis.* & infra Θέκωα. si quis Θεκωὲ malit, non repugnabo. HUDS. Conf. de Vita §. 75. SPANH.

b Βηθσὺρ,] Βαιθσυρὰ LXXII.

c Σωχὼ,] Σοχὼθ LXXII. *Rom.* Σοκχὼθ *Alex.* HUDS. Conf. supr. Lib. VI. c. 9. §. 1. SPANH.

d Οδολλὰμ,] Ita cum LXXII. & *Veritate Hebr.* Οδολὰμ in *Editis Josephi* & *MSS.*

e Ιπὰν,] Sic plerique *MSS.* in *Aliis Editisque* Εἰπὰν. at *Hippam* dant *Epiphanii Cod.* Ut mihi locus hic mendi suspectus sit, faciunt *Interpretes* LXXII. qui *Veritati Hebraïcæ* conformiter habent καὶ τὴν Γέθ. Forsan Γεθθὰν aut Γιτθὰν scribendum.

f Μαρησὰν,] Μάρεσαν *Big.* & *Gall.* 1. Μαρισὰν LXXII.

g Ζιφὰ,] Καὶ τὴν Ζιφὰ *Samb. Vat. Gall.* 1. 2. καὶ τὴν Ζὶφ LXXII. HUDS. Conf. Lib. VI. c. 13. §. 2. Pro *Ethame* Rufin. *Jeam*, item *Odollam*, *Hipam*, *Maresam.* pro *Azeca* & *Saraïm* Rufin. *Retheram.* Vid. 2 Chron. XI. 5. SPANH.

h Λαχὶς,] Ita *Big. Gall.* 1. 2. *Epiphanii Codd.* & LXXII. Λαχεὶς in *Editis Aliisque.*

i Αζηκὰ,] Non dubito quin καὶ Ζηκὰ tam *Editorum* quam *MSS.* factum fuerit ex καὶ Αζηκὰ, cum urbem Αζηκὰ tribui Judæ adscribat *Eusebius*, & καὶ τὴν Αζηκὰ habeant LXXII.

k Σαραΐμ,] Nolui quidquam mutare, licet Σαρὰμ habeant *MSS* & Σαρὰ LXXII. Corrupte in *Epiphanii* libris *Zethuram* & *Zeteram.*

l Ηλὼμ,] Αἰλὼν LXXII. *Rom.* Αἰωλὼν LXXII. *Alex.* & *Veritas Hebr.*

m Καὶ ἄλλας μεγάλας,] At 2 Chron. XI. 10. urbes hæ, quas recensuit nominatim Josephus, partim in Juda, partim in Benjamin dicuntur esse sitæ. REL.

n Βενιαμίτιδι] Ita cum *MSS.* Βενιαμὶδι in *Editis.*

o Ἐν ἁπάσαις] Illud ἐν deest *Vat.*

p Θυρεοὺς] Sic melioris notæ *MSS.* in *Aliis Editisque* θυρεοὺς καὶ σιεγμάσας. HUDS. *Gen.* θυρεοὺς· vel θυρεοὺς καὶ σιεγμάσας· Conf. sup. lib. VII. c. 2. §. 2. & inf. c. 12. §. 1. σιεγμάσιν. SPANH.

q Καταλιπόντες] Ita cum *Big. Samb. Gall.* 1. 2. & *Vet. Interpr.* κατέλειπον καὶ τὰς αὐτῶν πόλεις in *Editis Aliisque.*

r Μαχάνην] In *S. Literis* (2 *Paralip.* c. 11? v. 20.) dicitur Μααχὰ θυγάτηρ Αβεσαλώμου. In melioribus *Epiphanii* libris *Machan*, in aliis *Maachan.*

s Τέκνα δὲ εἶχεν] Τέκνα δὲ καὶ ἐξ ἄλλων γυναικῶν πλείονα· πασῶν *Vat.* & *Samb.* commode satis, commate posito post σωφρονέστε. Sed pro vulgata lectione faciunt *Epiphanii* libri.

t Μαχάνην.] Ita ex *MSS.* in *Editis* Μαχὰν.

v Τριάκοντα.] Ἑξήκοντα juxta LXXII. & *Veritatem Hebraïcam.*

x Τῆς βασιλείας] Illud τῆς ex *MSS.*

y Ὑπ' αὐτῷ] Ὑπ' αὐτὸν *Vat. Hen.* & *Bush.*

z Τοῖς τῶν ἡγεμόνων] Ita cum *Big.* & *Samb.* τοῖς τῶν ἡγεμόνων *Vat.* in *Editis* τοῖς ἡγεμόσιν.

a Ασελγείας] Ασεβείαν solus *Vat.*

b Ταῖς κακίαις] Τῇ κακίᾳ *Vat.*

ἔνεστιν ἀποδέχεσθαι δοκεῖν τὰ τ̃ βασιλέων ἔργα, μὴ ταὐτὰ περίεργος. τ̃ῳ τοίνυν συνέβαινε καὶ τοῖς ὑπὸ Ροβοάμῳ τεταγμένοις, ἀσεβοῦντ@ αὐτ῀ καὶ παρανομοῦντ@, ἀπουδάζειν μὴ προσκρούσωσι τῷ βασιλεῖ, θέλοντες εἶναι δίκαιοι. πρωτον ὑπ [d] τ̃ εἰς αὐτὸν ὕβρεων ὁ Θεὸς ἀπιπέμπει τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα [e] Σέσακον. [f] περὶ ἃ πλανηθεὶς [g] Ἡρόδοτ@ τὰς πράξεις αὐτ῀ Σεσώστρι προσάπτει. ἔτ@ γὰ ὁ Σέσακ@, πέμπτῳ ἔτει τ̃ Ροβοάμ βασιλείας, ἐπιστρατεύεται μετὰ πολλῶν αὐτῷ μυριάδων. ἅρματα μὲν γὰ αὐτῷ χίλια καὶ διακόσια τ̃ ἀριθμὸν [h] ἐξεκαλέσθει, ἱππέων δ μυριάδες ἑξ, [i] πεζῶν δ μυριάδες τετρακόντα. τούτων τὰς πλείστας Λίβυας [k] ἐπήγετο καὶ Αἰθίοπας. ἐμβαλὼν οὖ εἰς τὴ χώραν τ̃ Ἑβραίων, καταλαμβάνεται τὰς ὀχυρωτάτας τ̃ Ροβοάμ βασιλείας [l] πόλεις ἁμαχητί. κ῀ ταύτας ἀσφαλισάμεν@, ἔρχεται ἐπὶ τὴν Ἱεροσόλυμα.

γ'. Ἐγκεκλεισμένω [m] δ῀ τ῀ Ροβοάμ καὶ τ῀ πλήθους ἐν [n] αὐτοῖς διὰ τὴ Σουσάκου [o] στρατείαν, καὶ τ̃ Θεὸν ἱκετεύόντων δοῦναι νίκην καὶ σωτηρίαν, [p] οὐκ ἔφασαν τὸν Θεὸν [q] παρέξειν μετ' αὐτῶν. ὁ δ῀ προφήτης Σαμμίας ἔφησεν αὐτοῖς τὸν Θεὸν ἀπειλεῖν ἐγκαταλείψειν αὐτοὺς, ὡς καὶ αὐτοὶ τὴν θρησκείαν αὐτ῀ [r] κατέλιπον. ταῦτ' ἀκούσαντες, [s] εὐθὺς ταῖς ψυχαῖς [t] ἀνέπεσον· καὶ μηδὲν ἔτι σωτήριον ὁρῶντες, ἐξομολογεῖσθαι πάντες ὥρμησαν, ὅτι δικαίως αὐτοὺς ὁ Θεὸς ὑπερόψεται, γνωμένους περὶ αὐτὸν ἀσεβεῖς, καὶ [v] συγχέοντας τὰ νόμιμα. κατιδὼν δ῀ αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἕτως διακειμένους, καὶ τὰς ἁμαρτίας [x] ἀνθομολογουμένους, οὐκ ἀπολέσειν αὐτοὺς εἶπεν διὰ τὸν προφήτην· ποιήσειν μέντοιγε τοῖς Αἰγυπτίοις ὑποχειρίους, ἵνα μάθωσι, πότερον ἀνθρώπῳ δουλεύειν ἐστὶν ἀπονώτερον ἢ Θεῷ. [y] παραλαβὼν δ῀ Σέσακ@ ἁμαχητὶ τὴν πόλιν, δεξαμένου Ροβοάμ διὰ τὸν φόβον, οὐκ ἐνέμεινε ταῖς ὑπομέναις συνθήκαις· ἀλλ' ἐσύλησε τὸ ἱερὸν, καὶ τοὺς θησαυροὺς ἐξεκένωσε τ῀ Θεῦ καὶ τοὺς βασιλικούς, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου μυριάδας ἀναριθμήτους βαστάσας, καὶ μηδὲν ὅλως [z] ὑπολιπών. [a] ἀφεῖλε δ῀ καὶ τοὺς χρυσοῦς θυρεοὺς καὶ τὰς ἀσπίδας ἃς κατεσκεύασε Σολομὼν ὁ βασιλεύς· οὐκ εἴασε δ῀ καὶ τὰς χρυσᾶς φαρέτρας, ἃς ἀνέθηκε Δαυίδης τῷ Θεῷ, λαβὼν αὖθις καὶ τ῀ [b] Σωφήνης βασιλέως. καὶ [c] τοῦτο ποιήσας ἀνέστρεψεν εἰς τὰ οἰκεῖα. μέμνηται δ῀ ταύτης τ῀ στρατείας καὶ ὁ Αλικαρνασεὺς [d] Ἡρόδοτ@, ἀφὶ μόνου τ῀ δ῀ βασιλέως πλανηθεὶς ὄνομα, καὶ ὅτι ἄλλοις τε πολλοῖς ἐπῆλθεν ἔθνεσι καὶ τὴν Παλαιστίνων Συρίαν ἐδουλώσατο, λαβὼν

ges, faciant, haud erit ut facta ab iis approbare videantur. Iis itaque qui Roboamo paruerunt hoc ipsum accidebat, ut, dum is impie ageret legesque violaret, illi operam dederint, ne regis animum offenderent, justi esse studentes. Deus autem Susacum Ægyptiorum regem mittit, qui contumeliarum in ipsum pœnas exigeret. de quo in errorem lapsus Herodotus ejus res gestas Sesostridi attribuit. Hic enim Susacus anno regni Roboami quinto exercitum * contra illum adduxit multis *militum* myriadibus constantem. Illum enim *ex Ægypto* comitati sunt currus numero quidem mille ducenti, equitum vero sexaginta millia, peditumque † quadringenta millia. Adductorum plerique Libyes erant & Æthiopes. Cum igitur in Hebræorum regionem irrupissent, validissimas Roboami urbes absque pugna cepit: iisque præsidio firmatis, postremo Hierosolyma invasit.

IV. *Susaci regis Ægypti expeditio in Judæam.* 3 *Regum*, c. 14. 25. & c. 2 *Paral.* c. 12.

3. Cum autem Roboamus populusque in urbe inclusi tenerentur ob Susaci expeditionem, Deoque supplicarent, ut victoriam illis daret & salutem, Deum, ut ab illis staret, adducere non potuerant. Illis vero dixit Samæas vates Deum ipsis denunciasse, se illos deserturum esse, prout ipsi cultum ejus & religionem deseruerunt. Ubi hæc audiverant, statim animis conciderunt; nullamque spem salutis reliquam cernentes, confiteri omnes cœperunt, jure Deum facturum esse si illos despexerit, qui in illum impii exstiterunt, legisque instituta perturbarunt & contaminarunt. Deus autem, cum eos videret ita animis affectos & delicta invicem confitentes, vati dicebat, fore ut illos non perdat, subditurum tamen esse Ægyptiis, ut intelligant utrum horum facilius sit, homini servire an Deo. Cum autem Susacus urbem absque pugna in suam potestatem redegisset, Roboamo præ metu eum *intra* muros accipiente, pactis quibus convenerant non mansit, sed Templum diripuit, thesaurosque cum Deo sacros tum regios exinanivit, myriadibus innumeris auri argentique exportatis, ut nihil prorsus relictum esset. Quin & aurea scuta detraxit & clypeos quos Solomon rex fecerat; ac ne pharetras quidem aureas reliquit, quas Davides à Sophone rege acceptas Deo dedicaverat. Ac, cum hæc perpetrasset, domum reversus est. Hujus autem expeditionis meminit etiam Herodotus Halicarnassensis, in solo ‡ regis nomine errans, *refertque* illum gentes alias complures invasisse; atque Syriam Palæstinam sibi subjecisse, cunctis in ea regione hominibus sine prælio captis. Manifestum autem est, quod nostram gen-

Susacus; captis Hierosolymis Temploque spoliato, discedit. 3 *Regum*, c. 14. 2 *Paral.* c. 12.

Herodoti hac de re testimonium.

c Ταὐτὰ ἀφέντες.] Ita cum *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ταῦτα in *Editis Aliisque.*

d Τῶν εἰς αὐτὸν] Τῆς π. ἀ. ὕβρεως *Big.*

e Σέσακον.] Συσάκιμον & infra ubique Συσάκιμ@ *Vat.* vide p. 443. §. 1.

f Περὶ ἃ πλανηθεὶς,] Neutiquam hinc sequitur (ut male existimarunt *viri Eruditi*) pro eodem rege utrumque à *Josepho* habitum: quin immo pro diversis habitos palam est, quorum alteri alterius res gestas per errorem tribuerit *Herodotus.* Si credidisset *Josephus*, quod volunt, utrumque fuisse revera eundem, & tantum *Sesostrim* nominari ab *Herodoto*, qui *Susacus* nominatur ab *Hebræis*, simpliciter absque erroris crimine id memorasset, quum exigua sit discrepantia inter *Susacus* vel *Sisacus* & *Sesostris*, & in omnibus ferme *S. Scriptura* nominibus, quæ & apud *Græcos Scriptores* occurrunt longe major reperiatur. PERIZONIUS. quem vide hac de re fuse doctissimeque agentem in libro de *Ægyptiacis Originibus*, c. 8.

g Ἡρόδοτ@ τὰς πράξεις αὐτῷ Σισώστρι] Lib. II. c. II. &c. SPANH.

* *Contra illum adduxit multis* militum *myriadibus constantem.*] *Contra Hierosolyma* in *Vet. Interpr.*

h Ἐξεκαλέσθη,] Ἐκαλέσθη *Vat.*

i Πεζῶν δ] In *S. Literis* tantum dicitur *innumerabilis militum multitudo.*

† *Quadringenta millia.*] *Quadraginta millia* apud *Epiphan.* forsan librariorum errore.

k Ἐπήγετο] Ἐπηγάγετο *Vat.* Forsan exciderint καὶ Τρωγλοδύται. Videsis 2 *Paralip.* c. 12. v. 2. & *Chronicon Paschale*, p. 93.

l Πόλεις ἁμαχητί.] Vocem πόλεις inseruimus ex *MSS.* HUDS. & COCC.

m Δὶ δ῀ Ροβοάμ] Illud δ abest *Vat.*

n Αὐτοῖς διὰ] Αὐτοῖς διὰ τὴν αὐτῶν στρατιὰν τὴν δ῀ Συσακίμ *Vat.*

o Στρατείαν,] Sic *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. στρατιὰν in *ceteris.*

p Οὐκ ἔφασαν] Ita *Big.* & *Samb.* in *Editis Aliisque* ἀλλ' οὐκ ἔφασαν.

q Παρέξειν] Ita ex *MSS.* pro ἀφελῆναι *Editorum.*

r Κατέλιπον·] Sic *MSS.* καταλείπει in *Editis.*

s Εὐθὺς ταῖς] Εὐθέως *Vat.*

t Ἀνέπεσον·] Ἀνέπεσαν *Samb.* ἀνέπαυσαν *Big.* & *Gall.* 1.

v Συγχέοντας] Συγχέαντας *Vat.*

x Ἀνθομολογουμένους,] Ἀνομολογημένους *Vat.*

y Παραλαβὼν] Παραλαβὼν δ ὁ Συσάκιμ@ *Vat.*

z Ὑπολιπών.] Ita *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* καταλιπὼν *Gall.* 1. 2.

a Περιεῖλε δ] Καὶ τὰ δόρατα χρυσᾶ ἃ ἔλαβεν Δαβὶδ ὁπ χειρὸς τ῀ παίδων Ἀδραζάρ βασιλέως Σωβά, κ῀ τὰ ὅπλα τὰ χρυσᾶ ἃ ἐποίησε Σολομών. *Chronic. Pasch.* p. 93.

b Σωφήνης βασιλέως.] Conf. sup. lib. VII. c. 5. §. 1. SPANH.

c Τοῦτο ποιήσας] Ταῦτα ποιήσας *Hen.* & *Busb.*

‡ *Regis nomine errans*,] *Sc.* Susaci, tanquam res ita gesta fuerit, sed non ab rege qui *Herodoto* est *Sesostris*, sed ab illo qui dictus fuit *Susacus.*

d Ἡρόδοτ@,] Lib. 2. c. 102. & 106.

gentem designare voluerit ab Ægyptio subactam. narrat enim hunc in terra illorum, qui semet sine pugna dediderant, columnas reliquisse, quibus pudenda muliebria ‡ insculpserat. Roboamus sane rex noster, priusquam Martis aleam experiretur, urbis deditionem ei fecit. Porro dicit Æthiopas ab Ægyptiis circumcisionem virilium accepisse. *adjecto*, "nam & Phœnices & Syrii qui sunt in "Palæstina, didicisse id ab Ægyptiis & ipsi con-"fitentur." cæterum constat, quod nulli alii circumcidantur in Palæstina Syri præterquam nos. Sed de *his* singuli ita loquantur, prout ipsis visum fuerit.

Roboamus pro scutis & clypeis aureis, à Susaco exportatis, parem æreorum numerum facit. 3 Regum, c. 14. 2 Paral. c. 12.

4. Post Susaci autem discessum, Roboamus rex pro aureis scutis & clypeis pari numero ære facta Regiæ custodibus commisit. Cumque ei non contigerit inter expeditiones illustres & res splendide gestas vitam agere, summa in quiete regnavit metu *tamen* conjuncta, quod perpetuo cum Hieroboamo inimicitias gereret. Obiit autem, cum vixisset annos quinquaginta & septem, & septemdecim ex illis in regno exegisset. vir insolens & imprudens, & qui patris amicorum consiliis non obsequutus magnam imperii partem amisit. Sepultus est Hierosolymis in regiis conditoriis. Ipsi vero in regnum successit filius Abias, anno duodevigesimo regni Hieroboami in decem tribus. Atque ista quidem hujusmodi exitum habuêre. superest vero ut deinceps dicamus de Hieroboamo, quemadmodum & ipse vitam finivit. Nam ille nihil reliqui faciebat, ut in Deum contumelias ederet, neque tandem quiescebat: sed aras super montes excelsos construere pergebat, atque sacerdotes ex vulgo creare.

Roboamus moritur, eique in regnum succedit Abias. 3 Regum, c. 15. 2 Paral. c. 13.

ἀμαχητὶ [e] τὰς ἀνθρώπους τὰς ἐν αὐτῇ. Φανερὸν δ' ὅτι τὸ ἡμέτερον ἔθνος βλέπων δηλοῖ κεχειρωμένον ὑπὸ τὰ Αἰγυπτίων. λέγω γὰρ ὅτι σήλας [f] κατέλειπεν, [g] ἐν τῇ τοῦ ἀμαχητὶ αἰδοῖα γυναικῶν ἐγγεάψας. Roboamus autem ipse dedit nostræ genti reges bello non victos. Manifestum autem est, quod nostram gentem intuens, Ægyptiis subjectam fuisse significet. dico enim quod columnas reliquerit, in quibus inscripsit pudenda mulierum. Ait autem Herodotus, quod Sesostris rex Ægyptiorum, cum per totum orbem terrarum victor transiret, populos quos bello non vicerat, sed qui sponte ei se dedebant, ut fortes & bellicosos honorabat, columnas in regionibus eorum erigens, in quibus & nomen suum & patriam, & quomodo eos subegerit, inscribebat. Quando autem absque bello & sine labore aliquos subegerat, in columnis pudenda muliebria inscribebat, ut ignavos & imbelles. Hoc ergo & Roboamus fecit, qui non bello, sed pacifice Ægyptiis subjectus est. Ait autem [h] Herodotus, quod [i] Æthiopes ab Ægyptiis circumcisionem virilium accepisse. "nam & Phœnices & Syrii qui sunt in "Palæstina, fatentur se ab Ægyptiis circumcisionem "didicisse." Manifestum igitur est, quod [k] nullæ aliæ gentes [l] in Palæstina Syriæ, præter nos solos, circumcidantur. Sed hæc quidem singuli prout voluerint, dicant.

4. Ἀναχωρήσαντος δὲ Σουσάκου, Ροβοάμος ὁ βασιλεὺς, ἀντὶ μὲν τῶν χρυσέων θυρεῶν καὶ τῶν ἀσπίδων χάλκεα ποιήσας, τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν παρέδωκεν τοῖς τοῦ [m] βασιλείου φύλαξιν. ἀντὶδὲ τοῦ μὴ στρατηλατεῖν ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς ἐν τοῖς πράγμασι λαμπρύνεσθαι, ἐβασίλευσεν ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ καὶ δέει, πάντα τὸν χρόνον ἐχθρὸς ὢν Ιεροβοάμῳ. ἐτελεύτησε δὲ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ, βασιλεύσας δ' αὐτῶν ἑπτακαίδεκα. τὸν τρόπον ἀλαζὼν ἀνὴρ καὶ ἀνόητος, καὶ διὰ τὸ μὴ πειθέσθαι τοῖς πατρῴοις φίλοις τῷ δεχθῶ ἀπολέσας. ἐτάφη δ' ἐν Ιεροσολύμοις ἐν τοῖς ταφοις τῶν βασιλέων. διεδέξατο δ' αὐτὸν τῆς βασιλείας ὁ υἱὸς Αβίας, ὄγδοον ἤδη καὶ δέκατον ἔτος Ιεροβοάμου τῶν δέκα φυλῶν [n] βασιλεύοντος. καὶ ταῦτα μὲν τοιοῦτον ἔσχε τέλος. τὰ δὲ περὶ Ιεροβόαμον ἀκόλουθα τούτων ἔχομεν, πῶς κατέστρεψε τὸν βίον, διεξελθεῖν. οὕτως γὰρ οὐ [o] διέλιπεν οὐδὲ [p] ἠρέμησεν εἰς τὸν Θεὸν ἐξυβρίζων, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ὑπὲρ τῶν ὑψηλῶν [q] ὀρῶν βωμοὺς ἀνιστὰς καὶ ἱερεῖς ἐκ τοῦ πλήθους ἀποδεικνὺς διετέλει.

4. Postquam autem Susacus discessit, Roboamus rex pro aureis scutis & clypeis æreos pari numero fecit, & custodibus regalium tradidit. Pro eo autem quod non exercitum ducere & in rebus gestis splendere, multa cum trepidatione & metu, cunctis diebus inimicus Hieroboamo, regnavit. Mortuus est autem, cum vixisset annos septemdecim & septem, & ex illis regnasset septemdecim. Hujusmodi autem vir arrogans & insipiens, & qui amicis paternis non obtemperans, juvenili consilio perdidit. Sepultus est in Hierosolymis in sepulchris regum. Successit autem in regnum ejus filius Abias, octavus decimus jam Hieroboami decem tribuum regis. Et hæc quidem hujusmodi finem habuerunt. Quæ autem circa Hieroboamum consequentia horum habemus, quomodo finivit vitam, dicere. Sic enim non destitit neque quievit in Deum contumelias agens, sed quotidie super montes excelsos aras erigens & sacerdotes ex populo constituens, semper erat.

De obitu filii Hieroboami. Quomodo Hieroboamum vincit Abias, qui haud multo post moritur, Asane in regnum succedente; utque, mortuo Hieroboamo, Nadabum ejus filium totumque Hieroboami genus perimit Basanes.

Hieroboamus uxorem ad Achiam vatem mittit. 3 Regum, c. 14.

FUturum autem erat, nec longo post intervallo, ut Deus ista flagitia pœnamque illis debitam in suum ipsius caput generisque sui universi recidere faceret. Cumque sub id tempus filius ejus ægrotaret, quem Obimen appellabant, uxori suæ mandat, ut, veste sua deposita habituque privato assumpto, ad Achiam vatem se conferret: (esse enim hunc virum in futuris prædicendis mirificum; nam & de regno sibi id quod accidit hunc ipsum indicasse) jussitque, ubi eò perveniret, ut quasi peregrina de filio percontaretur, an è morbo esset evasurus. Illa habitu mutato, prout à marito jussa fuerat, ad urbem Siluntem veniebat, illic enim Achias agebat. & cum in eo esset ut domum ejus intraret, cæcutientis & oculis præ senio torpentis, Deus ei apparuit utrumque indicans, & Hiero-

Περὶ πλούτης τοῦ υἱοῦ Ιεροβοάμου. ὡς Ιεροβοάμου ἠσθένησεν τὸν υἱὸν τοῦ Αβία, ὃς μετ' οὐ πολὺ τὸν βίον κατέστρεψε Ασάνου τὴν βασιλείαν διαδεχομένου· καὶ ὡς Ιεροβοάμου ἀποθανόντος, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Νάδαβον καὶ ἅπαν τὸ γένος Ιεροβοάμου διαφθείρει Βασάνης.

ΤΑῦτα δ' ἔμελλεν οὐκ εἰς μακρὰν τὰ ἀσεβήματα καὶ τὴν τιμωρίαν αὐτῶν ἅπασιν εἰς τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν καὶ τέκνων αὐτοῦ τὸ ἴδιον ἀναστρέψειν τὸ θεῖον. κάμνοντος δ' αὐτοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὸ παιδίον, ὃν [s] Ο-βίμου ἐκάλουν, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ προσέταξεν, τὴν στολὴν ἀποθεμένην καὶ σχῆμα λαβοῦσαν ἰδιωτικὸν, παρελθεῖν πρὸς Αχίαν τὸν προφήτην· εἶναι γὰρ θαυμαστὸν ἄνδρα περὶ τῶν μελλόντων προφητεῖν, καὶ γὰρ περὶ τῆς βασιλείας αὐτῷ τοῦτον δεδηλωκέναι· προσταχθεῖσα δὲ ἐκέλευσε περὶ τοῦ παιδὸς ἀναπυθέσθαι ὡς ξένην, εἰ διαφεύξεται τὴν νόσον. ἡ δὲ μεταχημαλισαμένη, καθὼς αὐτῇ προσέταξεν ὁ ἀνὴρ, ἦλθεν εἰς [t] Σιλὼ πάλιν. ἐκεῖ γὰρ διέτριβεν ὁ Αχίας. καὶ μελλούσης εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσιέναι, τὰς ὄψεις ἠμαυρωμένης διὰ τὸ γῆρας, ὑπεφάνειε

Concerning the riches of the son of Hieroboam. How Hieroboam fell sick of the son of Abia, who soon after ended his life, Asanes succeeding in the kingdom: and how Basanes, Hieroboam being dead, destroyed Nadabus his son and all the race of Hieroboam.

NOw these things he was about not long after to see, the punishment of his impieties and of all his sins upon his own head, and upon the heads of his children, returned by the divine power. And when his son, whom they called Obimus, was sick, he commanded his wife to put off her royal apparel, and to take upon her a private habit, and to go to Achias the prophet: for he was a wonderful man in foretelling things to come, and he had told him concerning his kingdom, that he should be king. And when he had given her these commands, he bade her inquire concerning the child, as a stranger, whether he should escape his disease. She, changing herself as her husband had commanded her, came to Silo again. For there Achias lived. And as she was going into his house, his eyes being dimmed with old age,

e Τὰς ἀνθρώπους] Τὰς δὲ αὐτῇ ἀνθρώπους.

f Κατέλειπεν, ἐν τῇ τοῦ ἀμαχητὶ διαδόντων αὐτὰς, αἰδοῖα γυναικῶν ἐγγεάψας.] Herodot. l. II. c. VI. SPANH.

g Ἐν τῇ τοῦ ἀμαχητὶ διαδόντων αὐτὰς, αἰδοῖα γυναικῶν ἐγγεάψας.] Illa ἐν τῇ τοῦ non agnoscit *Epiphan.*

‡ *Insculpserat.*] *Sc.* ad exprobrandam illis mollitiem. HUDS. Inde *Antigonam* vocat Antigonum turpiter sese dedentem Sosius lib. I. de Bello, ubi vide quæ notavimus. HAV.

h Φησὶ γάρ] In *Euterpe*, c. 104. hisce verbis: μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνουσι ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι.

i Αἰθίοπας παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι τὸν περὶ τῶν αἰδοίων περιτομήν. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ὁμολογοῦσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι.] Æthiopes & Syri Palæstini Circumcisionem ab Ægyptiis edocti. vid. Herodot. lib. II. c. CIV. SPANH.

k Μηδέτερα ἄλλα] Μηδέτερα *Big.*

l Τῶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ] Τῶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἢ μόνοι ἡμεῖς *Vat.*

m Βασιλείων] Quamvis *Epiphanius* habeat, *custodibus regalibus servanda tradidit*; malui tamen βασιλείων cum *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. quam βασιλέων cum *Editis*, præsertim cum *S. Literæ* (2 *Paralip.* c. 12. v. 10.) dicant, ea servanda accepisse τοὺς φυλάσσοντας τὰ πυλῶνα τοῦ βασιλέως. Vide *Theodoretum* in 3 *Regum*, ΕΡΩΤ. μϛ'.

n Βασιλεύοντος.] Βασιλεύσαντος *Vat.* qui ᾗ mox sequens non agnoscit.

o Διέλιπεν] Ita *MSS.* διέλειπεν in *Editis.*

p Ἠρέμησεν] Male in *Editione principe* ἠρέμισεν.

q Ὀρῶν βωμοὺς] Illud ὀρῶν ex *MSS.* & *Veteri Interprete.*

r Καὶ τῶν ὑπὸ αὐτῶν] Καὶ deest *Big. Samb.*

s Ὀβίμου ἐκάλουν,] Abimus juxta *Epiphanium.* Abiam LXXII. *Abijah* in *Verit. Hebr.*

t Σιλὼ] Σηλὼ in nonnullis *MSS.* vide *Annot.* ad p. 307. §. 2.

ὁ Θεὸς ἀμφότερα αὐτῷ μιμνήσκῃ, τῷ τε Ιεροβοάμου γυναῖκα πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένην, καὶ τί δεῖ πρὸ ὧν πάρεστιν ὑποκρίνασθαι. παρούσης δὲ τὴν γυναικὸς εἰς τὴν οἰκίαν ὡς ἰδιώτιδος καὶ ξένης, ἀνεβόησεν· "εἴσελθε, ὦ γύναι Ιε-"ροβοάμου, τί κρύπτεις σαυτήν; οὐ γὰρ Θεὸν ὑ λανθάνεις, "ὃς ἀφιξομένην τε μοι φανερὰν ἐδήλωσε, καὶ προσέταξε "τίνας ποιήσομαι τοὺς λόγους". ᵛ ἀπελθοῦσαν οὖν πρὸς τὸν ἄνδρα ἔφραζεν αὐτῷ ταῦτα λέγειν· "ἐπεὶ σὲ μέγαν "ὂν μικρὸν καὶ ᵘ μηδὲν ὄντος ἐποίησα, καὶ ἀποχίσας τὴν "βασιλείαν ἀπὸ τοῦ Δαυίδου οἴκου σοὶ παύτῃ ἐδωκα, σὺ "δὲ τούτων ἠμνημόνησας, καὶ τὴν ἐμὴν θρησκείαν κατα-"λιπὼν ˣ χωνεύτους θεοὺς κατασκευάσας ἐκείνους ʸ ἐπι-"μήσας· ἀτὼς σε πάλιν καθαιρήσω, καὶ πᾶν ἐξολο-"θρεύσω σου τὸ γένος, καὶ κυσὶ καὶ ὄρνισι βορὰν ποιή-"σω γενέσθαι. βασιλεὺς γὰρ ᶻ ἐξεγείρεταί τις ὑπ' ἐμοῦ τῶν "λαῶν πάντων, ὃς οὐδὲν ἀπολείψει τοῦ Ιεροβοάμου γέ-"νους. ᵇ μεθέξει δὲ τῆς πικρείας καὶ τοῦ πολίτου ἐκπεσὼν "τῆς ἀγαθῆς γῆς, καὶ διασπαρεὶς εἰς τοὺς ᶜ πέραν Εὐφρά-"του τόπους, ὅτι τοῖς βασιλέως ἀσεβήμασι κατηκολού-"θησε, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γενομένους ᵈ θεοσεκτεῖν θεούς, "τὴν ἐμὴν θυσίαν ἐγκαταλιπών. σὺ δέ, ὦ γύναι, ταῦτα "ᵉ θεσπίζεσθαι παρ' ἐμοῦ πρὸς τὸν ἄνδρα· τὸν δὲ υἱὸν κατα-"λήψῃ τεθνηκότα. ᶠ σοῦ γὰρ εἰσιούσης εἰς τὴν πόλιν, ἀπο-"λείψει τὸν ζῆν αὐτόν· ταφήσει δέ, κλαυσθεὶς ὑπὸ τοῦ "παντὸς πλήθους, κοινῷ πενθηθείς. καὶ γὰρ μόνος "ᵍ τῶν ἐκ τοῦ Ιεροβοάμου γένους ἀγαθὸς οὗτος ἦν." ταῦτα ʰ αὐτῷ θεσπίσαντος, ἐκπηδήσασα ἡ γυνὴ τεταραγμένη, καὶ τῷ τοῦ ⁱ θεσπισμένου παιδὸς θανάτῳ θελαλγὴς, θρηνοῦσα διὰ τῆς ὁδοῦ, καὶ τὴν μέλλουσαν ᵏ τοῦ τέκνου κη-δομένη τελευτὴν, ἀθλία τοῦ ᵏᵏ πάθους ἠπείγετο κακοῖς ἀμηχάνοις, καὶ ταχυδρομοῦσα μὲν ἀτυχεῖ χρωμένη διὰ ˡ τὸν υἱόν· ἔμελλε γὰρ αὐτὸν ἐπιχθεῖσα ἤδη τεθνεῶτα νεκρόν· ἀναγ-καία δὲ διὰ τὸν ἄνδρα. καὶ θεσπισθεῖσα, τὸν μὲν ἐκπε-πυθυῖα, καθὼς εἶπεν ὁ θεσπίτης, εὗρε· τῷ δὲ βα-σιλεῖ πάντα ἀπήγγελλεν.

β'. Ιεροβοάμου δὲ ᵐ οὐδὲν τούτων φροντίσαντος, πολλὴν ⁿ ἀριθμήσας στρατιὰν, ἐπὶ τὸν Ροβοάμου παῖδα, τὸν δύο φυλῶν τὴν βασιλείαν τοῦ πατρὸς διαδεξάμενον, ᵒ Α-βίαν ἐξεστράτευσε πολεμήσων. καταφρονῶ γὰρ ᵖ αὐτὸν διὰ τὴν ἡλικίαν. ὁ δὲ ἀκούσας τὴν ἔφοδον τὴν Ιεροβοάμου, πρὸς αὐτὸν ὑ κατεπλάγη· γνόμενος δὲ ἐπάνω καὶ τὴν νεότητος τῷ φρονήματι καὶ τὴν ἐλπίδος τοῦ πολέμου, στρατιὰν ᵠ ἐκλέξας ἐκ τῶν δύο φυλῶν, ἀπήντησε τῷ Ιεροβοάμῳ εἴς τινα καλούμενον ὄρος ʳ Σεμα-ρών. καὶ στρατοπεδευσάμενος ἐγγὺς αὐτοῦ τὰ πρὸς τὸν μάχην ˢ ἠτοίμαζεν. ἦν δὲ ἡ δύναμις αὐτοῦ, μυριάδες ᵗ τεσσαρακοντα· ἡ δὲ τοῦ Ιεροβοάμου στρατιὰ, διπλασίων ἐκείνης. ὡς δὲ τὰ στρατεύματα πρὸς τὸ ἔργα καὶ τοὺς κινδύνους ᵘ ἀντιπαρετάσσετο καὶ συμ-βαλεῖν ἔμελλε, στὰς ἐφ' ὑψηλοῦ τινος τόπου Αβίας, καὶ τῇ χειρὶ κατασείσας, τὸν λαὸν ἅπαντα καὶ τὸν Ιερο-

boami uxorem ſe eò contuliſſe, & quid ei de quibus ſciſcitatura adeſt reſpondere oportet. Muliere autem, tanquam peregrina & privata, ad domum ejus accedente, *vates* exclamavit; "ingredere, ô "uxor Hieroboami, cur teipſam diſſimulas? nam "Deum latere non potes, qui & me per viſionem "de adventu tuo præmonuit, præcepitque quibus "te verbis affarer." Cum itaque ad maritum reverteretur, juſſit ut hæc ei renunciaret: "quando-"quidem ego te magnum è parvo & de nihilo fe-"ci, abſciſſoque Davidicæ domui regno te dona-"vi, tu vero horum immemor, meoque cultu poſt "tergum rejecto, eò deveneris ut Deos *ex auro* "conflaveris eoſque colueris: ita ego te rurſum è "medio tollam, & omne genus tuum ad interne-"cionem perdam, faciamque ut à canibus ac vo-"lucribus *aeris* devoretur. quidam enim à me in "Iſraëlitas rex ſuſcitabitur, qui neminem ex Hie-"roboami genere ſuperſtitem eſt relicturus. Quin "& populus hujuſce ſupplicii particeps erit, ex-"cidet quippe felice terra, ſparſuſque per loca "Tranſcuphratenſia exſulabit, quod impietatis re-"gis ſocium ſe fecerit, deoſque ab illo factos ado-"rarit, ſacris meis relictis. Tu vero, ô mulier, i "properè ad maritum hæc illi enunciatum. Cæ-"terum filium invenies mortuum. nam ſimulac "pedem in urbem immiſeris, ille morietur; atque "ab univerſo deploratus populo ſepelietur, publi-"co luctu cohoneſtatus. nam & hic unicus erat "è ſtirpe Hieroboami in quo boni quidquam in-"ventum eſt." Ubi hæc ille vaticinatus fuerat, mulier perturbata, puerique jam dicti mortem ægre ferens, ſe proripuit, viam luctu & plangore complens; ac miſera malis ex *hac* calamitate urgebatur ineluctabilibus, feſtinatione utens filio quidem & ipsâ infelici (nam quo magis properaret, eo ipſum citius exſtinctum viſura erat) viro tamen neceſſariâ. Atque ita domum reverſa, filium quidem, prout vates dixerat, anima jam efflata mortuum offendit, regique cuncta enarravit.

Vates ei filii obitum prædixit, pœnamque Hieroboamo denunciat. 3 Regum, c. 14.

Uxor Hieroboami reverſa filium mortuum offendit. 3 Regum, c. 14.

2. At Hieroboamus nihil hæc curans, magnis delectibus habitis, exercitum in expeditionem eduxit ut bello perſequeretur Abiam Roboami filium, qui patri in regnum ſucceſſerat. ipſum enim, quod eſſet adoleſcentulus admodum, contempſit. Ille vero, audito adventu Hieroboami, haudquaquam perterritus eſt: ſed animo ſupra juvenis ætatem & ſupra quam hoſtis ſperaverat, cum exercitum è duabus tribubus collegiſſet, Hieroboamo occurrit in quodam loco qui mons Semaron appellatur. & prope illum caſtra metatus, omnia ad pugnam neceſſaria parabat. Secum autem habebat quadringenta millia: Hieroboami vero exercitus duplo major erat. Cumque jam milites ex adverſo ſtarent ad dimicandum & pericula ſubeunda accincti, atque in eo eſſent ut manus conſererent, Abias ex edito quodam loco, cum manu ſignificaſſet, populum & Hieroboamum rogavit ut priuſ*quam con-*

V. *Hieroboami contra Abiam expeditio. 2 Paral. c. 13.*

gre-

ᵛ Απελθοῦσαν] Απελθοῦσα in aliquot *MSS.*

ˣ Μηδὲν ὄντος] Ita cum *MSS.* μηδενὸς in *Editis.*

ʸ Χωνευτὰς] *Gen.* χωνευτούς, vel χωνευτάς. SPANH.

ᶻ Εγείρεται] Iterum ex *MSS.* in *Editis* ἔγειρε.

ᵃ Εξεγείρεταί τις] Sic *MSS.* ἐξαγείρεταί τις ὑπ' ἐμοῦ λαοῦ in *Editis.*

ᵇ Μεθέξει δὲ] Ita *Baſ. G. Vat.* & *Epiphan.* μεθέξειν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

ᶜ Πέραν Εὐφράτου] Πέραν τοῦ Εὐφράτου *Vat.*

ᵈ Θεοσεκτεῖν θεούς,] Ita *Vat.* quo modo, vel θεοσεκτεῖσθαι *Epiphan.* in *Editis Aliiſque* θεοσκυεῖ.

ᵉ Παραγγέλλεσθαι] Απαγγέλλεσθαι *Big. Samb.* & *Vat.*

ᶠ Σοῦ γὰρ εἰσιούσης] Σοῦ γὰρ ἰούσης *Vat.*

ᵍ Τῶν ἐκ τοῦ Ιεροβοάμου γένους] Sic οἱ ἐκ τοῦ ἰοῦν Λευὶ id eſt Levitæ Hebr. 9. REL.

ʰ Αὐτῷ θεοπτώσαντος,] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* favente *Epiphanio*, qui vertit, *hæc namque propheta perhibente* &c. ταῦτα δὲ in *Editis Aliiſque.*

ⁱ Θεσπισθέντος παιδὸς] Εἰρημένου *Vat.*

ᵏ Τοῦ τέκνου κοπτομένη τελευτὴν] Conf. lib. VII. c. 1. §. 6. SPANH.

ᵏᵏ Πάθους] Ita in *Editis Aliiſque.* τάχους *Big. Samb. Gall.* 1. 2. & *Vet. Interpr.*

ˡ Τὸν υἱόν·] Τὸν ἴδιον αὐτῆς *Vat.*

ᵐ Οὐδὲν τούτων] Οὐδενὸς *Big. Samb.* & *Vat.*

ⁿ Αριθμήσας] Αθροίσας *Big.* & *Vat.* forſanque *Epiphan.*

ᵒ Αβίαν] Is 3 *Regum*, c. 15. v. 1. *Abijam* dicitur in *Hebr.* Αβιῦ LXXII. 2 *Paralip.* c. 12. v. 16. *Abija*, & Αβιά.

ᵖ Αὐτὸν] Αὐτῷ *Big. Samb.* & *Vat.* & mox πρὸς αὐτόν.

ᵠ Επιλέξας] Επιλεξάμενος *Big.* & *Gall.* 1.

ʳ Σεμαρών.] ΣΑΜΑΡΩΝ in *Editis Aliiſque.* Σεμερὼν LXXII. 3 *Regum*, c. 16. v. 24. *Amorraeorum mons* in *Epiphanii* libris. Vide *Theodoretum* in 3 *Regum*, ΕΡΩΤ. μή.

ˢ Ητοίμαζεν.] Εὐτρέπιζεν *Vat.*

ᵗ Τεσσαρακοντα·] Ita etiam in *Hebræo*, 2 *Paralip.* c. 13. v. 3. Verum in *Vulgato*, LXXII. & *Epiphanii* libris *MSS.* habemus *quadraginta millia*, in *Editis* vero *ſexaginta millia.*

ᵘ Αντιπαρετάσσετο] Ita cum *Cod. Vat.* in *reliquis* ἀντεπαρετάσσετο.

Abie ad Iſraëlitas oratio. 2 Paral. c. 13.

grederentur ipſum audire vellent. Factoque *alto* ſilentio, orſus eſt dicere in hæc verba. "Vos quidem non ignoratis, quod Davidi ejuſque poſteris principatum dederit Deus in omne ævum; ipſe vero miror, quî factum ſit, ut, patre meo deſerto, voſmet Hieroboamo *ejus* ſervo adjunxeritis, & cum illo nunc *in aciem* prodeatis, contra eos, quos Deus regnaturos eſſe decreverat, pugnare parati, & quod reliquum eſt imperii *iis* auferre. Partem quidem ejus majorem etiam nunc Hieroboamus inique tenet: haud tamen erit ut longius aliquanto ea fruatur. Verum, cum præteritorum ſupplicium Deo dederit, ab iniquitatibus & contumeliis ceſſabit, quas huc uſque in eum admiſit, vobiſque auctor fuit ut eadem flagitia faceretis, qui nulla à patre meo injuria affecti, niſi quod in concione, malorum hominum conſiliis obſequutus, haud ita grata uſus fuerit alloquutione, illum quidem iræ ſpecie reliquiſtis, revera autem voſmet à Deo ejuſque legibus ſubduxiſtis. Atqui æquum erat adoleſcentulo populique tractandi ignaro, vel propter Solomonem patrem & illius in *Iſraëlitas* beneficia, veniam indulſiſſe, non ſolum ob verba duriuſcula *quæ ei forte exciderint*, ſed etiamſi eum ad facinus grave & odioſum impuliſſent ætas immatura rerumque agendarum imperitia. nam oportet parentum meritis poſterorum errata condonari. Vos vero eo tempore nullam eorum rationem habuiſtis, ac ne nunc quidem habetis: ſed adverſum nos venitis ingens ſane exercitus. Qua *quæſo* re freti victoriam exſpectatis, num aureis vitulis & aris in locis editioribus exſtructis, quæ non religionis ſed impietatis veſtræ indicia ſunt; an *militum* multitudo, qua nobis ſuperiores eſtis, ſpem vobis facit victoriæ? At nihil ſane valet vel myriadum vis in exercitu, ſi maleficiis *&* *ſceleribus* coopertus bellum gerat. nam in juſtitia ſola ac pietate firmiſſimam de hoſtibus victoriam reportandi ſpem ſitam eſſe contigit: quæ ſcilicet à nobis ſtant, qui jam inde à principio legis inſtituta ſervavimus, & noſtrum Deum coluimus; quem non manus artificis ex fragili materia fabricata eſt, nec *mala* regis ſcelerati mens ad populum decipiendum excogitavit, ſed qui ex ſe eſt, & principium rerum omnium & finis. Quamobrem nunc quoque vos adhortor ut reſipiſcatis, & meliora conſilia ſequuti à bello deſiſtatis; tandemque patria agnoſcatis inſtituta, & quod vos ad tantam felicitatis magnitudinem provexit.

σύλων ἢ τῶν τινῶν αὐτομόλων τοῖς Βαβυλωνίοις, ὑπὸ τὸ ὄρθρον ὥρμησαν διώκειν αὐτόν· καταλαβόντες δὲ οὐκ ἀπώλεσαν Ιεριχοῦντος, [b] ἐκύκλωσαν αὐτόν. οἱ δὲ φίλοι καὶ οἱ ἡγεμόνες οἱ συμφυγόντες τῷ Σεδεκίᾳ, ἐπεὶ τοὺς πολεμίους ἐγγὺς ὄντας εἶδον, καταλιπόντες αὐτὸν διεσπάρησαν, ἄλλος ἀλλαχόσε, καὶ σώζειν ἑαυτὸν ἕκαστος ἔγνω. βιλειφθέντα δ' αὐτὸν σὺν ὀλίγοις, [c] ζωγρήσαντες οἱ πολέμιοι μετὰ τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν, ἤγαγον πρὸς τὸν βασιλέα. προσμένοντα δ' αὐτὸν ὁ Ναβυχοδονόσορος ἀσεβῆ καὶ παράνομον ἀποκαλεῖν ἤρξατο, καὶ [d] ἀμνήμονα [e] τῶν πρόσω λόγων ὧν ἐποιήσατο, σώζειν αὐτῷ τὴν χώραν [f] ὑποδεχόμενον. ὠνείδιζε [g] δὲ ἀχαριστίαν, παρ' αὐτοῦ μὲν λαβόντι τὴν βασιλείαν, [h] Ιωαχίμου δὲ αὐτὴν ἄσμενον ἀφελόμενον ἐκείνῳ δῶναι, [i] χρησαμένῳ δὲ τῇ δυνάμει καὶ προσχόντος. ἀλλὰ μέγας, εἶπεν, ὁ Θεὸς, ὃς μισήσας σὸν τὸ τρόπον, ὑποχείριον ἡμῖν ἔδωκε. χρησίμενος δὲ τούτοις πρὸς Σεδεκίαν τοῖς λόγοις, τοὺς υἱοὺς ἐκέλευσε [k] παραχρῆμα καὶ τοὺς φίλους ἅπαντας, [l] αὐτοῦ τε Σεδεκίου καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων βλεπόντων. ἔπειτα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψας τῷ Σεδεκίᾳ, δήσας ἤγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ταῦτα αὐτῷ συνέβη, [m] ἃ [n] Ιερεμίας τε καὶ Ιεζεκιὴλ προεφήτευσεν αὐτῷ· ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται πρὸς τὸν Βαβυλώνιον, καὶ λαλήσει αὐτῷ κατὰ στόμα, καὶ ὄψεται τοῖς ὀφθαλμοῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν Ιερεμίας εἶπε· τυφλωθεὶς δὲ καὶ ἀχθεὶς εἰς Βαβυλῶνα, ταῦτα οὐκ εἶδε καθὼς Ιεζεκιὴλ ὁ προεῖπε.

γ'. Ταῦτα μὲν οὖν, ἱκανῶς ἐμφανίσαι δυνάμενα τὴν τοῦ Θεοῦ [p] φύσιν τοῖς ἀγνοοῦσιν, εἰρήκαμεν, ὅτι ποικίλη τ' ἐστὶ καὶ πολύτροπος, καὶ πάντα κατ' ὥραν [q] ἀπαντᾷ τεταγμένως, ἃ τε δεῖ γίνεσθαι [r] προλέγει· τήν τε τῶν ἀνθρώπων ἄγνοιαν καὶ ἀπιστίαν, ὑφ' ἧς εἴδεν [s] προϊδεῖν ἐάσαντα τοὺς ἀκουσομένους, ἀφύλακτοι ἢ τῇ συμφορᾷ παρεδόθησαν, ὡς ἀμήχανον αὐτοῖς εἶναι [t] τὴν ἐξ αὐτῶν πεῖραν διαφυγεῖν.

δ'. Οἱ μὲν οὖν ἐκ τοῦ Δαυίδου γένους βασιλεύσαντες ἔτους κατέστρεψαν τὸν βίον, [v] εἴκοσι μὲν καὶ εἷς γενόμενοι μέχρι τοῦ τελευταίου βασιλέως, ἔτη δὲ πάντες βασιλεύσαντες πεντακόσια καὶ δεκατέσσαρα καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα· ἐξ ὧν εἶχεν τὴν ἀρχὴν κατέχον ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς Σαοὺλος, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὑπάρχων.

ε'. Ὁ δὲ Βαβυλώνιος πέμπει τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν [y] Ναβουζαρδάνην εἰς Ιεροσόλυμα, συλήσοντα τὸν ναόν· προσελθὼν δὲ καὶ καταπρήσας αὐτόν τε καὶ τὰ βασίλεια, τήν τε πόλιν εἰς ἔδαφος καθελεῖν, καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν μεταχῆναι. ὃς, ἐλθὼν εἰς τοὺς Ιεροσολύμους [z] ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας, συλᾷ τε τὸν ναὸν, καὶ βαστάζει τὰ σκεύη τοῦ Θεοῦ χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ δὴ καὶ τὸν μέγαν λουτῆρα, ὃν Σολομὼν ἀνέθηκεν· ἔτι γε μὴν τοὺς στύλους τοὺς χαλκοῦς, καὶ τοὺς κεφαλοὺς αὐτῶν,

Babyloniis indicassent, *illi* diluculo ad eum persequendum exierunt; assequutique non procul ab Hierichunte, eum circumvenerunt. amici vero & duces, qui Sedeciæ fugæ se comites dederant, cum hostium in conspectum veniissent, ipso relicto alius aliò dilapsi sunt, & suæ quisque saluti consuluerunt. Ipsum vero, cum paucis relictum, ubi vivum ceperant hostes, una cum liberis & uxoribus ad regem perduxerunt. Postquam ad eum venerat, Nabuchodonosorus nequam & fœdifragum appellare cœpit, & verborum quæ antea fecerat immemorem, ut qui regionem sibi conservare promiserat. Quin & ingrati animi vitium ei exprobavit; quod regnum suo beneficio adeptus (illud enim Joachimo ereptum ei dederat) vires suas in largitorem converterit. Sed magnus, inquit, est Deus, qui, mores tuos aversatus, te nobis in manus tradidit. Cum autem his verbis Sedeciam increpuisset, jussit filios ejus & amicos è vestigio mactari in conspectu ipsius Sedeciæ aliorumque captivorum. Dein cum Sedeciam luminibus privasset, catenis vinctum Babylonem usque duxit. Atque ista ei acciderunt, quæ ab Hieremia & Iezecielo erant ipsi prædicta; quòd captus ad Babylonium adducetur, & præsens præsentem ore alloquetur, & oculis *suis* oculos ejus videbit. ista quidem etiam Hieremias loquutus est: occœcatus vero & Babylonem perductus eam non vidit, sicuti Iezecielus prædixit.

Sedeciam increpat Nabuchodonosorus.

Sedeciam excœcatum catenisque vinctum secum Babylonem duxit Nabuchodonosorus. 4 Regum, c. 39. Hieremiæ & Jezecielis complentur vaticinia. Jer. c. 32. & c. 34. & Ezech. c. 12.

3. Et hæc quidem narravimus, ut Dei natura satis explorata sit *rerum divinarum* imperitis; quod *scilicet* varia est & multimoda, & omnia statis temporibus & ordine servato eveniunt, eáque prædicit quæ eventura sunt: utque hominum inscitia & incredulitas perspectæ habeantur, quibus præpediti sunt quo minus causas futuras prospiciant, sed ex improviso in calamitates incidunt, nulla data ex earum periculo evadendi via.

4. Atque ita sane Davidici generis reges vitam finiverunt: numero quidem unus & viginti, *à primo* ad regem ultimum usque; regnarunt autem universi annos quingentos & quatuordecim, menses sex, & dies decem: ex quibus Saulus, rex illorum primus, principatum tenuit annos viginti, cum tamen ex eadem *cum cæteris* tribu non fuerit.

Quot & quamdiu reges Hierosolymis regnarint.

5. Porro Babylonius copiarum præfectum Nabuzardanem mittit Hierosolyma, ut templum *ornamentis suis* spoliaret: mandavitque, ut illi ignem subjiceret regiæque, ac *præterea* urbem solo æquaret, & populum transferret in Babyloniam. Qui, cum Hierosolyma venisset anno regni Sedeciæ undecimo, & templum diripit, & vasa Dei aurea argenteaque exportat, & labrum quoque magnum à Solomone dedicatum; ut & columnas æreas cum suis capitulis, & mensas aureas atque candelabra. His

[b] Ἐκύκλωσαν αὐτόν.] Ἐκυκλώσαντο *Big. Samb. Hen. & Busb.*

[c] Ζωγρήσαντες οἱ πολέμιοι μετὰ τῶν τέκνων] Ζωγρῆσαι Plato IX. de Legib. p. 868. B. SPANH.

[d] Ἀμνήμονα] Ἀγνώμονα in *MSS.* Sane paulo aliter quam in *Græcis* nostris legisse videtur *Epiphan.* qui vertit *impium & infelicem vocare cœpit, & jurisjurandi immemorem, quòd præbuerat ut ei provinciam custodiret.*

[e] Τῶν πρόσω λόγων] Forte τοῦ τῶν λόγων. COCC.

[f] Ὑποχόμενον.] Ὑποχόμενον *Big. Samb. & Gall. 1.*

[g] Δὲ καὶ ἀχαριστίαν,] Illud ἢ ex *MSS.*

[h] Ιωαχίμου] Ἰεχωνίου *Vat.*

[i] Χρησαμένῳ] Χρησάμενον *Big. Samb. Gall. 2. & Vat.*

[k] Παραχρῆμα] Malè infra distinguitur in *Gen.* παραχρῆμα lib. XI. c. 6. §. 11. παραχρῆμα unâ voce & ita Demosth. initio Olynth. 1. aliique. SPANH.

[l] Αὐτοῦ τε Σεδεκίου] Ὀφθῶντος αὐτοῦ τε Σαχχίου καὶ τῶν *Big. Samb. Hen. & Busb.* ὀφθῶντος αὐτοῦς τοῦ Σεδ. *Vat.* ὀφθῶντος Σαχχίου καὶ τῶν *Gall. 1.*

[m] Α Ιερεμίας τε καὶ Ιεζεκιὴλ προεφήτευσαν αὐτῷ· ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται] προεφήτευσαν αὐτῷ· ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται *Big. Samb. Hen. & Busb.* Conf. supr. c. 10. §. 2. SPANH.

[n] Ιερεμίας τε καὶ Ιεζεκιὴλ προεφήτευσαν αὐτῷ· ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* οἱ προφῆται προεφήτευσαν in *Editis.* Verba *Hieremiæ* exstant *cap.* 32. v. 4. *Babyloniæ regi in manum dabitur, eumque præsens præsentem & ore alloquetur & oculis aspiciet.* & *cap.* 32. v. 4. *captus ei traderis, & oculis istis Babyloniæ regis oculos videbis, & ille te ore suo alloquetur, ibisque Babylonem.* ista vero *Jezecieli* occurrunt *cap.* 12. v. 13. *eum Babylonem in Chaldæam terram perducam, quam neque videbit, & ibi morietur.*

[o] Προεῖπε.] Εἶπε *Vat.*

[p] Φύσιν τοῖς ἀγνοοῦσιν,] Alii distinguunt post φύσιν, & non post ἀγνοοῦσιν.

[q] Ἀπαντᾷ] Forte ποιεῖ ἀπαντᾶν. COCC.

[r] Προλέγει·] Προλέγειν *Big. Samb. & Vat.*

[s] Προϊδεῖν ἐάσαντα] Sic *MSS.* προϊδεῖν εἶδεν ἐάσαντα in *Editis.*

[t] Τὴν ἐξ αὐτῶν] Forte τὴν αὐτῶν. COCC.

[v] Εἴκοσι μὲν καὶ εἷς γενόμενοι μέχρι τοῦ τελευταίου βασιλέως, ἔτη δὲ πάντες βασιλεύσαντες πεντακόσια καὶ δεκατέσσαρα καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα·] A Rege Saulo ad exitium Sedeciæ anni DXIV. *Rufin.* annis nongentis & quatuordecim. SPANH.

[x] Καὶ ἡμέρας δέκα·] Ἡμέρας ις'. *Vat. Hen. Busb. & Zonar.*

[y] Ναβουζαρδάνην] Nabuzardan *Rufin.* SPANH.

[z] Ἑνδεκάτῳ ἔτει] Ἐνδωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας calamitatem illam accidisse dicit *Clemens Alexandrinus* in *Stromatum* lib. 1. p. 329. rectius, (ut inquit *Usserius* in *Chronol. S.* p. 26.) quam *Josephus.*

Templi direptio & conflagratio. 4 Regum, c. 25. Jer. 52.

His itaque ſublatis, templum incendit menſe quinto, die primo, anno regni Sedeciæ undecimo, regni vero Nabuchodonoſori XVIII. deinde & regiam igni cremavit, & urbem evertit. Incenſum autem eſt templum anno quadringenteſimo ſeptuageſimo, menſe ſexto, die decimo, poſtquam conditum fuerat: à populi vero ex Ægypto migratione, anni tunc mille effluxerant & ſexaginta duo, menſes ſex, & dies decem. Tempus autem omne, quod à diluvio uſque ad templi devaſtationem interceſſit, annorum erat mille nongentorum quinquaginta ſeptem, menſium ſex, & dierum decem: ab Adamo vero condito uſque ad ea quæ templo acciderant, anni *elapſi* ſunt ter mille quingenti tredecim, menſes ſex, & dies decem. Et quidem tantus erat horum annorum numerus: quæcunque vero acta fuerint, prout ſingula evenerant, explicavimus. Porro militiæ regis Babyloniorum præfectus, cum Hieroſolyma à fundamentis diruiſſet, & populum tranſtuliſſet, captivos fecit Saream ſummum pontificem, & Sophoniam ſecundarium pontificem, & duces templi cuſtodes (iſti autem tres erant) & eunuchum militibus præfectum, & ſeptem de Sedeciæ amicis, ejuſque ſcribam, & alios duces ſexaginta: quos omnes una cum vaſis *è templo* direptis ad regem deportavit in Reblatham Syriæ urbem. Atque illic rex pontifici & ducibus capita amputari juſſit: captivos vero *reliquos* omnes & in iſtis Sedeciam ipſe Babylonem duxit. Quin & vinctum ſecum deduxit Joſadochum ſummum pontificem, filium Sareæ ſummi pontificis, quem ad Reblatham Syriæ urbem Babylonius occidit, ut jam ante memoravimus.

6. Quum vero genus regum recenſuimus, & quinam fuerint indicavimus, quotque annos vixerint regnarintque, neceſſarium etiam viſum eſt dicere, quibus nominibus ſummi pontifices appellabantur, quique ſub regibus pontificatum obierunt.

Series ſummorum pontificum à templi conditu uſque ad ejus conflagrationem.

Et quidem primus omnium in templo, à Solomone exſtructo, pontifex erat Sadocus: ei vero in honorem filius ejus Achimas ſucceſſit, & poſt Achiman Azarias: hunc autem Joramus, Joramum vero Iſus, eumque Axioramus excepit: huic autem proximus Phideas, & Phideæ Soudeas, Soudeæ autem Iesylus, Iesylo

τὰς τε χρυσᾶς τραπέζας καὶ τὰς λυχνίας. Βασεάσους δὲ ταῦτα, ἀνῆψε τὸν ναὸν μηνὶ πέμπτῳ, [a] τῇ νουμηνίᾳ, ἐνδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας, ὀκτωκαιδεκάτῳ δὲ τῆς Ναβυχοδονοσόρου. ἐνέπεσε δὲ καὶ τὰ βασίλεια, καὶ τὴν πόλιν [b] κατέσρεψεν. ἐνεπρήσθη δὲ ὁ ναὸς [c] μετὰ τετρακόσια ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ μηνὰς ἕξ, καὶ δέκα ἡμέρας, ἀφ' οὗ κατεσκευάσθη· τῇ δὲ ἐξ Αἰγύπτου μεταναστάσει τοῦ λαοῦ τότε μὲν ἔτη χίλια ἑξηκονταδύο, μῆνες ἕξ, ἡμέραι δέκα. τῷ δὲ κατακλυσμῷ μέχρι τῆς ναοῦ πρῶτον ἁλώσεως, χρόνος μὲν ὁ πᾶς ἐτῶν [d] χιλίων ἐννακοσίων πεντήκοντα ἑπτὰ, [e] μηνῶν ἕξ, ἡμερῶν δέκα· ἐξ οὗ δὲ ἐγμνήθη Ἀδαμος μέχρι τοῦ τὸν ναὸν συμβάντων, ἔτη ἐστὶ [f] τρισχίλια πεντακόσια δεκαεπτά, μῆνες ἕξ, ἡμέραι δέκα. τοσοῦτον μὲν οὖν τὸ τούτων τῶν ἐτῶν πλῆθος· ὅσα δὲ ἐπράχθη, καθ' ἕκαστον τῶν συμβεβηκότων δεδηλώκαμεν. ὁ δὲ στρατηγὸς τοῦ [g] Βαβυλωνίων βασιλέως, κατασκάψας τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν λαὸν μετοικίσας, ἔλαβεν αἰχμαλώτους, τὸν ἀρχιερέα [h] Σαρέαν, καὶ τὸν [i] μετ' αὐτὸν ἱερέα [k] Σοφονίαν, καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὸ ἱερὸν ἡγεμόνας, τρεῖς δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ τὸν ἐπὶ [l] τῶν [m] ὡπλιτῶν ἄνδρα ἕνα, καὶ τοὺς φίλους τοῦ Σεδεκίου ἑπτὰ, καὶ τὸν γραμματέα αὐτοῦ, καὶ ἄλλους ἡγεμόνας ἑξήκοντα· οὓς ἅπαντας, μεθ' ὧν εὗρησε σκευῶν, ἀκόμιστε πρὸς τὸν βασιλέα εἰς [n] Ρεβλαθὰν πόλιν τῆς Συρίας. ὁ δὲ βασιλεὺς, τοῦ μὲν ἀρχιερέως καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐκέλευσεν ἐκεῖ τὰς κεφαλὰς ἀποτμηθῆναι· αὐτὸς δὲ πάντας τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὸν Σεδεκίαν ἤγαγε εἰς Βαβυλῶνα. δέσμιον δὲ [o] ἐπήγετο καὶ [p] Ιωσάδωκον τὸν ἀρχιερέα, ὄντα υἱὸν Σαρέα τοῦ ἀρχιερέως, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Βαβυλώνιος ἐν [q] Ρεβλαθᾷ πόλει τῆς Συρίας, ὡς ἕτερον ἡμῖν δεδήλωται.

ς'. Ἐπεὶ δὲ τὸ γένος διεξήλθομεν τῶν βασιλέων, καὶ τίνες ἦσαν δεδηλώκαμεν καὶ τοὺς χρόνους αὐτῶν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην καὶ τῶν ἀρχιερέων εἰπεῖν τὰ ὀνόματα, καὶ τίνες ἦσαν οἱ τὴν ἀρχιερωσύνην [r] καταδέξαντες ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσι. πρῶτος μὲν οὖν [s] Σάδωκος ὁ ἀρχιερεὺς ἐγένετο τοῦ ναοῦ, ὃν Σολομὼν ᾠκοδόμησε. μετ' αὐτὸν δὲ ὁ υἱὸς Ἀχιμᾶς Ἀζαδέχεται τὴν τιμὴν, [t] καὶ μετὰ Ἀχιμᾶν [v] Ἀζαρίας. τοῦτον δὲ [x] Ἰώραμος, τοῦ δὲ Ἰωράμου [y] Ἰσος, μετ' αὐτὸν [z] δὲ [a] Ἀξιώραμος. τοῦτον δὲ Φιδέας, τοῦ δὲ Φιδέα [b] Σουδέας, τοῦ δὲ Σουδέα [c] Ἰεσήλος, τοῦ δὲ Ἰεσήλου Ἰώραμος,

a Τῇ νουμηνίᾳ,] Juxta *Chronic. Alex.* p. 135. *menſe quinto, die nono, anno decimo nono Nebuchodonoſori*, prout in *S. Literis*. Hinc *Bernardus* (ut puto) in ora libri ſui reſcribi jubet, vel *ἰνάτῃ* ex *Miſnicis*, vel *δεκάτῃ* ex *Jerem.* c. LII. v. 12. Verum *S. Petitus* in *Animadverſ. ἀνεκδότοις* (ex *ἀλώσ.* l. 7. c. 16.) *Joſephum* reliquiſſe conjicit, *τῇ ἡ. Λαὶ μὶν. ια'. ἔτῃ* ϛ *Σιδ.* unde, ſcribarum incuria litera λ in ν mutata, poſtea formata fuerit vox *νουμηνίᾳ*.

b Κατέσρεψεν.] Κατέσκαψεν *Vat. Hen.* & *Busb.*

c Μετὰ τετρακόσια ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα,] Juxta quoſdam *Epiphanii* libros *μὴ* τετρακόσια. dein καὶ *μῆνας ἑ'. καὶ δέκα ἡμέρας* reſcribit *Petitus*. & mox infra v. 8. *μῆνας ἑ'. ἡμέρας δέκα*. HUDS. *Rufin.* CCCLXX. SPANH.

d Χιλίων ἐννακοσίων] Ita in omnibus *MSS.* tam *Græcis* quam *Latinis* & *Zonara*. *χιλίων ἐννακοσίων πεντήκοντα, μῆν. ἓξ, ἡμερῶν δέκα* in *Editis*. *Schotanus* (in *Bibl. Hiſt. S.* tom. 2. p. 1002.) legi jubet, *χιλίων ὀκτακοσίων πεντήκοντα ἑνός*. Videſis *Hottingerum* in *Hiſt. Sacr.* p. 347. HUDS. Mira confuſio in Chronologicis, nec ſibi ipſe conſtat, ſi alios locos conferas. Poſt *πεντήκοντα* quidam codices habent *ἑπτά*. Quum adeo corrupti ſint codices Joſephi, quis ſperet ſe certam tationem in conſtituendis temporibus apud Joſephum aſſecuturum? REL.

e Μηνῶν ἓξ,] Illa *μηνῶν ἓξ, ἡμερῶν δέκα* delet *Petitus*. & mox ſexta hinc linea ſeq. ſcribit *μῆνας ἑ'. ἡμέρας δέκα*.

f Τρισχίλια] Τετρακισχίλια *Samb.* & *Gall.* 2. *τετρακισχίλια πεντακαίδεκα Big.* probante *Iſ. Voſſio* in *Chronol. S.* p. 129. & *Jo. Pearſonio* in Epiſt. ad *Dodwellum*.

g Βαβυλωνίων βασιλέως] Τῶν ante Βαβυλωνίων delevimus, quod deſideretur in *MSS.*

h Σαρέαν,] Σίσιον *Big.* & *Samb.* Σαρίον *Vat.* quomodo *Samb.* & *Big.* mox infr. h. §. Σισᾶν in *aliquibus MSS.* Σαραίαν in *S. Literis*, 4 *Regum*, c. 25. v. 18.

i Μετ' αὐτὸν ἱερέα] Ita *Big.* & *Samb.* μετ' αὐτὸν in *cæteris*.

k Σοφονίαν,] Sic *Vat.* & *S. Litera*. Σεφονίαν in *Editis Aliiſque*. In *Epiphanii* libris *Joſedech* dicitur.

l Ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν εὐνοῦχον,] Nota Eunuchum inter primos Sedeciæ Miniſtros. *Rufinus*; & tres Eunuchos, qui erant ſuper armatos, ut legerit proinde: καὶ τρεῖς ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν εὐνούχους. SPANH.

m Ὁπλιτῶν εὐνοῦχον,] Eo modo in omnibus *MSS.* nec aliter legebat *Epiphan.* πλείσων perperam in *Editis*, forſan pro πολεμιστῶν. qua voce utuntur LXXII. *Jer.* c. 52.

n Ρεβλαθὰν πόλιν] Σαλαμαθὰ *Samb.* & *Gall.* 1. Σαβολαθὰ *Vat.* Σαχαβαθὰ *Gall.* 2.

o Ἐπήγετο] Sic *Big. Samb. Hen.* (*Cocc.*) & *Busb.* ἐπείγετο in *Editis Aliiſque*.

p Ιωσάδωκον] Ita *Big.* & *Samb.* Ιωσάδοκον *cæteris*. Ιωτάδαχον LXXII.

q Ρεβλαθᾷ πόλει] Hîc loci Ἀρεβαθὰ *Samb.* Ἀεβαθὰ *Big.* & *Vat.* Ἀεμάθα *Gall.* 1. 2.

r Καταδέξαντες ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσι.] Καταδείξαντες in omnibus *MSS.* HUDS. Forte καταλάβοντες. Vetus: *qui Pontificatum Regum temporibus habuerunt*. COCC.

s Σάδωκος ὁ] Ita cum *Big.* & *Samb.* prout ſupra, l. 8. p. 416. v. 9. Σάδοκος in *Editis Aliiſque*.

t Καὶ μετὰ Ἀχιμᾶν] Καὶ μετ' αὐτὸν *Vat.*

v Ἀζαρίας.] Ναζαρίας *Big.* & *Samb.* pro Ἀζαρίας, litera ν attracta ex voce præcedente.

x Ἰώραμος,] Quoniam poſt *Azariam* in *Seder Olam* ſequuntur *Joahaz* & *Jehojarib*, forſan *Joramus* & *Iſus* apud *Joſephum* ita commutandi, ut hic illi anteponendus. Nam *Iſus* non male reſpondebit *Joahaz*, qui contractiore pronunciatione in *Iſum* forte demigravit, ut & *Jehojarib* in *Joram. Selden.* de *Succ. in Pontif. Ebr.*

y Ισος,] Ισοῦ *Big. Samb.* & *Gall.* 2. Ιος *Busb.* & *Hen.* Οσὶς reponi jubet *S. Petitus*.

z Δὲ] Illud ὃ ex *MSS.*

a Ἀξιώραμος.] Τοῦτο ὃ Ἀελιωράμου *Big.* Ἀξιωράμου *Samb.* & *Gall.* 1. 2. Verum iſtud *Axioramı* nomen (ut inquit *Seldenus*) ſatis mirum eſt, & valde diſcrepat à *Jehoſaphat* in laterculo *Seder Olam*. Pro eo Ἰώραμος malit *Montacutius* in *Apparatu*, p. 219.

b Σουδέας,] Σουδαίας & mox Σουδαία *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. Nonne & hîc (inquit *Seldenus*) Σουδέας pro Ιωδέας, Ιυδέας, aut ſimili vocabulo *Jehojadem* more *Helleniſtarum* denotante, irrepſit? In *Seder Olam* poſt *Jehoiada* & *Phadea* (quibus in *Joſepho*

μῶ, Ιωϑάμης ὃ Οὐρίας, Οὐρίης δὲ Νηρίας, ᾧ ὃ Νηρία [d] Ωδέας, τούτου δὲ [e] Σαλλῆμος, Σαλλήμου δὲ Ελκίας, [f] Ελκία δὲ Σαρέας, τοῦ δὲ Ιωσάδακος ὁ αἰχμαλωτισθεὶς εἰς Βαβυλῶνα. ἅπαντες, παῖδες ὄντες πατρὸς, διεδέξαντο τὴν ἀρχιερωσύνην.

deæ vero Juelus, & Juelo Jothamus, & Jothamo Urias, & Uriæ Nerias, & Neriæ Odeas; hunc vero sequutus est Sallumus, & Sallumum Elcias, & Elciam Sareas, & hunc demum Josadocus, Babylonem in captivitatem ductus. Illi omnes, filii post patres, pontificatum acceperunt.

ζ. Παραγενόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα ὁ βασιλεὺς Σεδεκίαν μὲν εἶχεν, [g] ἄχρις οὗ ἐτελεύτησεν, ἐν εἰρκτῇ. ϑάψας δὲ αὐτὸν βασιλικῶς, τὰ σκεύη, τὰ ἐκ [h] τοῦ Ιεροσολύμων συληθέντα ναοῦ, ἀνέϑηκε τοῖς ἰδίοις ϑεοῖς· τὸν δὲ λαὸν [i] κατῴκισεν ἐν τῇ Βαβυλωνίτιδι χώρᾳ, τὸν δ' ἀρχιερέα ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν.

7. Rex autem Babylonem reversus Sedeciam, usque dum moreretur, in carcere conclusum tenebat. cumque ipsum magnifice sepelisset, vasa, quibus Hierosolymorum templum spoliaverat, diis dicavit suis: populum vero in Babyloniæ regione collocavit, atque pontificem è vinculis exemit. *Mors Sedecia.*

ΚΕΦ. Θ'.

Ὡς Ναβουζαρδάνης τοῖς Ιουδαίοις καταλειφθεῖσι Γοδολίαν ἐπέστησεν· ὃν μετ' ὀλίγον Ισμαὴλος ἀπέκτεινε. καὶ ὡς Ιωάννης, φυγαδευθεὶς Ισμαήλῃ, μετὰ τοῦ λαοῦ ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον· ὃς Ναβουχοδονόσορος, στρατεύσας ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους, ἐλαβεν αἰχμαλώτους καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα.

CAP. IX.

Quomodo Nabuzardanes Judæis relictis Godoliam præfecit; quem non multo post Ismaëlus occidit. Utque Joannes, Ismaëlo in fugam conjecto, cum populo in Ægyptum abiit; quos Nabuchodonosorus, cum expeditionem suscepisset in Ægyptios, captivos fecit, & in Babylonem abduxit.

Ο Δὲ στρατηγὸς Ναβουζαρδάνης, αἰχμαλωτίσας τὸν τῶν [k] Ιουδαίων λαὸν, τοὺς πένητας καὶ αὐτομόλους ἐκεῖ κατέλιπεν, ἀποδείξας αὐτῶν ἡγεμόνα [l] Γοδολίαν ὄνομα, [m] Αἰκάμου παῖδα τῶν εὖ γεγονότων, δικαιοσύνῃ δὲ καὶ δίκαιον. ἐπέταξε δ' αὐτοῖς τὴν χώραν [n] ἐργασομένοις, τῷ βασιλεῖ [o] τελέσειν φόρον ὡρισμένον. Ιερεμίαν δὲ τὸν προφήτην λαβὼν ἐκ τῆς εἰρκτῆς ἔπεμψεν εἰς Βαβυλῶνα σὺν αὐτῷ προπεμφθέντα. κεκελεῦκει γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως πάντ' αὐτῷ χορηγεῖν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ βούλοιτο, δηλοῦν αὐτῷ ποῦ μένειν διέγνωκεν, ἵνα τοῦτο [p] ἐπιτείλῃ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ προφήτης, οὐδ' ἕπεσθαι ἤϑελεν, οὔτ' ἀλλαχόσε ποῦ μένειν· [q] ἡδέως δ' εἶχεν ἐπὶ τοῖς [r] ἐρειπίοις τῆς πατρίδος, καὶ τοῖς παλαιπώροις αὐτῆς λείψανοις. γνοὺς δ' αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν ὁ στρατηγὸς, τῷ Γοδολίᾳ προσέταξε, ὃν [s] κατέλιπεν, πᾶσαν αὐτοῦ πεῖσαι πρόνοιαν [t] καὶ χορηγίαν ὅσων ἂν δέηται· δωρησάμενος δὲ αὐτὸν δωρεαῖς πολυτελέσιν, ἀπέλυσε. καὶ Ιερεμίας μὲν [v] κατέμεινεν ἐν πόλει τῆς χώρας [x] Μασφαθᾷ καλουμένῃ, προσκαλέσας τὸν Ναβουζαρδάνην, ἵν' αὐτῷ σωσαπολύσῃ τὸν μαθητὴν Βαροῦχον, [y] Νήρου δὲ παῖδα, ἐξ ἐπισήμου φύσει οἰκίας ὄντα, καὶ τῇ [z] πατρῴᾳ γλώττῃ διαφερόντως πεπαιδευμένον.

NAbuzardanes autem imperator, cum populum Judaïcum *sortis melioris* captivum abduxisset, *Nabuzardanes iis* pauperes & transfugas ibi reliquit; duce illis præposito, nomine Godolia, Aicami viri nobilis filio, æquo & justo. Illis vero imperavit, ut ex agris, cum eos coluissent, certum tributum regi penderent. Hieremiæ quoque vati, è carcere ad se accito, suasit ut secum Babylonem iret: (regem enim mandavisse ut omnia ei præberet) sin vero nolit, diceret ubinam habitare statuerat, ut regem literis ea de re certiorem faceret. At vates nec eum sequi volebat, nec ullibi terrarum habitare; sed contentus erat vitam agere inter ruinas patriæ & miserrimas ejus reliquias. Imperator autem, cognita ejus voluntate, cum Godoliæ ibi *cum imperio* relicto præcepisset summam ei curam adhibere, & quicquid desideraret *ei* suppeditare, eumque muneribus amplissimis ornasset, quocunque vellet ire permisit. Et quidem Hieremias commoratus est in istius regionis urbe, quæ Masphatha dicitur, Nabuzardane *prius* exorato, ut secum è carcere dimitteretur discipulus *ejus* Baruchus, Neri filius, ex illustri domo, & in patria lingua egregie doctus. *quos in terra Judæa reliquerat Godoliam præfecit.* *4 Regum, c. 25. Jer. c. 39. c. 40. & c. 52.* *Hieremiam solvit. Jer. c. 40.*

2. Cum autem ista fecisset Nabuzardanes, Babylonem ire contendit. At illi, qui obsessis Hierosolymis diffugerant, per regionem fusi dispersique, postquam Babylonios discessisse audiverunt, nonnul- *Judæi dissipati veniunt ad Godoliam. Jer. c. 40.*

sepho ordine inverso respondent *Phideas*, *Sudias*) sequitur *Zedecias*, cujus ne vestigium quidem in *Josepho*, adeo ut hujus series eam quæ est in *Seder Olam* deinceps uno semper anticipet.

c Ιωλὰς,] Ita cum *Samb.* & *Gall.* 1. 2. & mox Ιωήλας, quod *Joël* apud *Seder Olam* proximius sit Ιωηλὰς quam Ιωλὰς, quod in *Editis Aliisque*, & dein Ιώλας.

d Ωδέας,] Rescribendum Οσέας, quo nomine (inquit *Seldenus*) uti molliori *Hoschajah* satis exprimitur, pro quo in *Jer.* 42. 1. *Osaias* in *vulgata* substituitur.

e Σαλλῆμος,] Ita & mox Σαλλήμου in *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Σαλῆμος & Σαλλήμου *Gall.* 2. & *Sallum* in *Epiphanii* libris. Σάλδωμος & Σαλδήμου in *Editis Aliisque*. errore orto ex similitudine literarum Δ & Λ.

f Ελκία] Jam post *Elciam* deficit *Azarias*, qui eum sequitur in *Seder Olam*. In *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. *Sareas* abest & locum ejus obtinet Αζαρος. in *Epiphanii* versione *Aroch.* in *Vat. Hen.* & *Busb.* Αζαραάχως. quod forsan conflatum ex duobus nominibus. nam unum hîc loci excidisse manifestum est ex *Josephi* lib. xx. ubi octodecim fuisse scribit. Vide *Schotanum* in *Hist. S.* p. 2002. & *L. Cappellum* in *Chronol. S.* p. 278. ubi (ex collatione 1 *Chron.* 9 11. & *Nehem.* 11. 11.) censet *Azariam* & *Serajam* unum eundemque esse.

g Αχρις ἧς ἐτελεύτησεν,] De Jechonia è vinculis exempto infr. c. xi. §. 2. SPANH.

h Τοῦ Ιεροσολύμων] Ita cum *Big.* & *Samb.* Ἱεροσυλ. Ϝ ναοῦ in *Editis Aliisque*.

i Κατῴκισεν ἐν τῇ] Sic *MSS.* (& *Cocc.*) κατῴκησεν in *Editis*.

k Ιουδαίων λαὸν,] Ἑβραίων *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

l Γοδολίαν ὄνομα,] Γοδαλίαν *Samb.* & *Gall.* 1.

m Αἰκάμου] Ικάμου *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. Αχικάμου *Vat.* forsan ex LXXII.

n Ἐργασομένοις,] Ἐργαζομένοις *Big. Samb. Vat. Hen.* & *Busb.*

o Τελέσειν φόρον ὡρισμένον.] Τελεῖν *Vat. Hen.* & *Busb.*

p Ἐπιτείλῃ τῷ βασιλεῖ.] Ἐπιστελῇ *Vat.*

q Ἡδέως δ' εἶχεν] Ἡδέως δ' ἔχειν *Vat. Hen.* & *Busb.* Sed libenter habere dixit, *Epiphan.*

r Ἐρειπίοις] Ita in *plerisque MSS.* (& *Coccejo*) ἐρειπίοις in *Editis Aliisque*.

s Κατέλιπεν,] Κατέλιπεν, αὐτίκα πᾶσαν *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

t Καὶ χορηγίαν] Καὶ χορηγεῖν *Vat.* & forsan *Epiphanius*.

v Κατέμεινεν οὖν πόλει] Εἰς Δαιὰν post κατέμεινεν inserunt *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. εἰς Αδασὰν *Vat. Manet apud Godoliam* in versione *Epiphanii*. καὶ ἦλθε πρὸς Γοδολίαν LXXII. *Jer.* 40. v. 6.

x Μασφαθᾷ καλουμένῃ,] Μοσφοθὰ in *plerisque MSS. Masphat* in *Epiphanii* libris. Μασηφὰθ aut Μασηφὰ LXXII. HUDS. Conf. lib. vi. c. 4. §. 4. SPANH.

y Νήρου δὲ παῖδα,] Νηρίου LXXII.

z Πατρῴᾳ γλώττῃ] Πατρίῳ *Big. Vat. Hen.* & *Busb.*

a Ναβουζαρδάνης] Ναβουζαρδάνης ὁ ταῦτα *Vat.*

b Ὡρμησεν] Ὡρμησεν ἐπὶ τὰς *Baf.* & *Big.*

c Φυγόντες,] Ita in *Vet. Interpr.* & omnibus *MSS.* præter *Hen.* & *Busb.* in *Editis*, φυγόντες· ἐπειδὴ τὰς Β. ἤ. ἀναχωρησάντας, συλλεχθέντες &c.

nulloſque reliquiſſe, qui in Hieroſolymorum terra ſupererant, quibuſque datum erat ut ei culturam adhiberent, undique Maſphatham convenerunt ad Godoliam. Illorum autem duces erant, Joannes Careæ filius, & Jezanias, & Sarcas, præterque illos alii. Porro quidam erat Iſmaëlus ex ſtirpe regia, homo improbus & aſtutiſſimus; qui dum Hieroſolyma obſiderentur fuga dilapſus eſt ad Baalim Ammanitarum regem, & cum eo per illud tempus habitabat. Illis igitur, qui eò venerant, ſuaſit Godolias ut *ibi* manerent, poſito in præſens omni Babyloniorum metu. agriculturæ enim operam dantes nihil mali paſſuros eſſe. Iſta illis jurejurando confirmavit, adjiciens, eos ſe pro defenſore habere, adeo ut, ſi cui moleſtia crearetur, mature ei ſubveniretur; idque eis conſilii dedit ut urbes quaſcunque vellent habitatum irent, & *aliquot* cum ſuis mitterent, eaſque à fundamentis excitarent & incolerent: præmonuitque ut pararent, dum tempus eſſet, & frumentum & vinum & oleum, ne egerent quo hyeme veſcerentur. Hæc ad illos loquutus, dimiſit *eos* ad regionis loca, prout cuique viſum fuerit, habitanda.

Godolia Judæis bene conſulit. Jer. c. 40.

3. Cum autem ad gentes Judææ finitimas fama perlatum eſſet, quod Godolias omnes, è fuga ad eum reverſos, magna humanitate exceperit, terramque agros colentibus ea lege occupari ſiverit, ut *certum* Babylonio tributum penderent, ex illis etiam concurſus fiunt ad Godoliam, & regionem incoluerunt. Porro Joannes & qui cum eo erant duces, cum animadvertiſſent terram * *pace regi*, & Godoliæ benignitatem & humanitatem *perſpectam habuiſſent*, valde eum dilexerunt; dicebantque Baalim Ammanitarum regem miſſurum eſſe Iſmaëlum, qui ei dolo latenterque mortem inferret, ut ipſe Iſraëlitis imperaret. illum enim è genere regio ortum eſſe. Cæterum ipſum inſidiis liberatum iri ajebant, ſi eis permittat Iſmaëlum occidere, utpote nemine præterea conſcio futuro. Vereri enim ſe adjiciebant, ne, ipſo ab illo interfecto, funditus pereant populi Iſraëlitarum reliquiæ. Is vero ſe illis fidem non habere fatebatur, qui hujuſmodi inſidias ſibi ab homine beneficiis à ſe affecto paratas detulerunt. haud enim eſſe veriſimile, eum, qui in tanta rerum inopia nihil non eorum, quorum opus habuit, *à ſe* conſecutus eſt, adeo ingratum in benefactorem ſuum & impium inveniri, ut, cui ſcelus foret inſidiis ab aliis circumventum non ſervaſſe, is ſtuderet quæ reretque manu ſua illius cædem patrare. At vero ſi hæc pro veris habenda, ſatius eſſe dicebat ut ipſe ab illo

Judæorum principes fruſtra Godoliam monent de inſidiis ei paratis ab Iſmaëlo. Jer. c. 40.

ψανά πινα καλαλελοιπότας ἐν τῇ τ Ιερουσολύμων γῇ, καὶ τοὺς ταύτῃ ἐργαζομένους, συλλεχθέντες πανταχόθεν, ἦκον πρὸς τὸν Γοδολίαν εἰς [d] Μασφαθάν. ἡγεμόνες δὲ ἦσαν [e] ἐπ' αὐτοῖς, [f] Ιωάννης υἱὸς [g] Καρέᾳ, καὶ [h] Ιεζανίας, καὶ Σαρέας, καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις. ἐκ γὰρ βασιλικῆς γένους ἦν τὶς Ισμαὴλος, πονηρὸς ἀνὴρ καὶ δολιώτατος· ὃς, πολιορκημένων τ [i] Ιερουσολύμων, ἔφυγε πρὸς τ Αμμανιτῶν βασιλέα [k] Βααλεὶμ, καὶ [l] συνδιῆγε αὐτῷ τὸν χρόνον ἐκεῖνον. τούτους τοίνυν ἡγεμόνας αὐτοῦ Γοδολίας ἔπεισε μένειν αὐτίκα μηδὲν δεδιότας τοὺς Βαβυλωνίους. γεωργοῦντας γὰρ τὴν χώραν οὐδὲν πείσεσθαι δεινόν. τοιοῦτος ὁμοῦ αὐτοῖς διεβεβαιοῦτο· καὶ [m] προσετίθει αὐτὸν ἕξειν λέγων, ὥστε, εἴπις ἀσχολίαν, πύξεσθαι τ προθυμίας, [n] καὶ συνοικοδομεῖν εἰς ἣν ἕκαστος βούλεται πόλιν, [o] ἀποστέλλειν τε μὴ τ ἰδίων, καὶ ἀναλίζειν τὰ ἐδάφη, καὶ [p] κατοικεῖν· προεῖπέ τε παραινῶν ἀγοράζεσθαι αὐτοὺς, ἕως ἔτι καιρός ἐστι, [q] σῖτόν τε καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ὅπως ἔχωσι λαβὼν ἐκ χειμῶνος τρέφεσθαι. ταῦτα λαβόντες παρὰ αὐτοῦ, ἀπῆλθον [r] διὰ τ χώρας εἰς ὃν ἕκαστος ἐβούλετο τόπον.

γ'. Διαδραμούσης δὲ φήμης εἰς τὰ περὶ τὴν Ιουδαίαν ἔθνη, ὅτι τοὺς ἀπὸ τ Φυγῆς παρ' αὐτὸν ἐληλύθοτας Γοδολίας ἐδέξατο φιλανθρώπως [s] καὶ τὴν γῆν αὐτοῖς γεωργεῖν κατοικεῖν ἐφῆκεν, [s] ἐφ' ᾧ τελέσειν φόρον τῷ Βαβυλωνίῳ, συνέδραμον [t] καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν Γοδολίαν, καὶ τὴν χώραν καλὡκησαν. καταπονήσαντες δὲ τὴν χώραν, καὶ τὴν ἐν Γοδολίᾳ χρηστότητα & φιλανθρωπίαν, Ιωάννης καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἡγεμόνες, ὑπερηφάνησαν αὐτὸν, καὶ [v] Βααλεὶμ τ τ Αμμανιτῶν βασιλέα ἔλεγον [x] πέμψειν Ισμαῆλον [y] ἀποκτενοῦντα αὐτὸν δόλῳ [z] καὶ κρυφίως, ὅπως αὐτὸς ἄρχῃ τῶν Ισραηλιτῶν· εἶναι γὰρ [a] αὐτὸν ἐκ τ γένους τ βασιλικ. ῥᾳδίως γε μὴν ἔλεγον αὐτὸν τ ἐπιβουλῆς, ἂν αὐτοῖς [b] ἐφῇ κτεῖναι τὸν Ισμαῆλον, ὡς ἀδήλου γνωσομένου. δεδιέναι γὰρ ἔφασκον μὴ φονευθεὶς αὐτὸς ὑπ' ἐκείνου, παντελῆ ἀπώλεια γένηται τῶν [c] ὑπολειπομένων τ τῶν Ισραηλιτῶν ἰσχύν. ὁ δ' [d] ἀπιστεῖν αὐτοῖς ὡμολόγει, καὶ ἀνδρὸς εὖ πεπονθότος ἐπιβουλὴν τοιαύτην [e] ἐμφανίσαιεν. ἀ γὰρ [f] εἰκὸς εἶναι, ταῦτα παλαιὰν τοιαύτην ἐρημίαν ὧν [g] ἔχοιεν μὴ ἀναμαρτόντα, ἄτοπον πονηρὸν εἰς τ εὐεργετήσαντα καὶ ἀνόσιον εὑρεθῆναι, [h] ὥστ' ᾧ μὲν ἀδίκημα τὸ μὴ ὑπ' ἄλλων [i] ἐπιβουλευόμενον σῶσαι, [k] κατηδάζειν δὲ αὐτὸν αὐτόχειρα ζητεῖν αὐτὸ γενέσθαι. ἀ μὲν ἀλλ' εἰ ταῦτα ἀληθῆ [l] δεῖ δοκεῖν, ἄμεινον ἔφασκεν ἀποθανεῖν αὐτὸν [m] ὑπ' ἐκεί-

νου

d Μασφαθάν.] Μασφάτλω *Big.* Μασαφάτλω *Samb.* Μασαφάθλω *Gall.* 1. 2.

e Επ' αὐτοῖς,] Εν αὐτοῖς *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

f Ιωάννης] Ita in *Editis* & *Aliis.* Ιωάδης *Big. Samb.* & *Gall.* 1. In quibuſdam *Epiphanii* libris *Joad.* Ιωνὰν aut Ιωάναν aut Ιωάνας LXXII. *Johanan* in *Verit. Hebr.*

g Καρέᾳ,] Καρέᾳ *Big.* & *Samb.* Καρὴθ aut Καρηὶ aut Καρεὶ LXXII.

h Ιεζανίας,] Ita & LXXII. Ιωναζανίας *Big. Samb.* & *Vat.* ut & Σαρέας καὶ Ιωαζανίας *Big.* & *Samb.* inverſo ordine.

i Ιερουσολύμων,] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* Ιερουσολυμιτῶν in *Editis.*

k Βααλεὶμ,] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. favente *Epiphanio*, qui habet *Bachalim* aut *Vachalim.* Βαάλλω in *Editis Aliiſque.* Βελεισὰ aut Βελισὰ LXXII. *Bahalis* in *Verit. Hebr.*

l Συνδιῆγε αὐτῷ] Συνδιάγαγε *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

m Προσετίθει αὐτὸν ἕξειν λέγων,] Ita *Samb.* & *Gall.* 1. (*Coccejus*) atque ita forſan legerit *Epiphan.* qui vertit, *& hæc quoque juramento firmavit, adjiciens quia & ſolatium cunctis præberet, & ſi quis ab alio gravaretur, illius mereretur auxilium: ſuaſitque* &c. καὶ ὡδὶ ταῦτα λέγων αὐτὸν ἕξειν ὡς' εἴτις in *Editis Aliiſque.*

n Καὶ συνοικοδομεῖν] Illud καὶ ex *Big. Samb. Vet. Interpr.*

o Αποστέλλειν] Αποστελῶν *Big.* & *Samb. à prima manu.*

p Κατοικεῖν·] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. κατοικεῖν προεῖπε. ἀγοραζεσθαι δὲ αὐτοὺς in *Editis Aliiſque.*

q Σῖτόν τε καὶ οἶνον] Ita *Big.* & *Samb.* σῖτον καὶ in *ceteris.*

r Διὰγειν τ χώρας] Διάγειν ἀφ' τ χώρας *Vat.* in *Editis* ita diſtinguitur, ἀφάγειν τ χώρας, εἰς ὃν &c.

s Εφ' ᾧ τελέσειν φόρον] Εφ' ᾧ τελέσουσι *Vat.*

t Καὶ αὐτοὶ πρὸς τ Γοδολίαν,] Illud καὶ è *Big.* & *Samb.*

* Pace regi,] Illa *pace regi* ex *Epiphanio* adjeci.

v Βααλεὶμ] Βαάλιμον *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. in *Editis* Βαάλλω. Vide p. præced. §. 2.

x Πέμψειν Ισμαῆλον] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. πέμπειν in *Editis.* πέμψαι *Hen.* & *Busb.*

y Αποκτενοῦντα αὐτὸν] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. δόλῳ ἀποκτενοῦντα αὐτὸν *Hen.* & *Busb.* ἀποκτενοῦντα δόλῳ κρυφίως in *Editis Aliiſque.*

z Καὶ κρυφίως,] Illud καὶ inſerunt *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

a Αὐτὸν ἐκ τ γένους,] Αὐτὸν ex *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

b Εφῇ κτεῖναι] Ita *Samb.* (*Cocc.*) & *Busb.* ἐφ' ᾗ *Hen.* ἵφη in *Editis Aliiſque.*

c Υπολειπομένων] Υπολελειμμένων *Big.* & *Samb.*

d Απιστεῖν αὐτοῖς] Illud ἀπιστεῖν ex *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. ὁ δὲ ἠπίστει αὐτοῖς κατ' ἄνδρα *Hen.* & *Busb.*

e Εμφανίσαιεν.] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. ἐμφανίσειεν in *ceteris.*

f Εἰκὸς εἶναι,] Εἰκὸς εἶναι λέγων *Hen.* & *Busb.*

g Εχοιεν μὴ ἀμαρτόντα,] Εχοιεν *Big.* (*Cocc.*) *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

h Ωςθ' ᾧ μὲν ἀδίκημα] Ος τὸ μὲν ἀδίκημα, τὸ μὴ in *Edit. Baſ.* ὡς τὸ μὲν in *Edit. Gen.* ὡς τῷ μὲν in *MSS.* unde ex conjectura feci ὥςθ' ᾧ μὲν. HUDS. ὡς ὑπὸ τὸ. COCC.

i Επιβουλευόμενον σῶσαι,] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ἐπιβουλεύσαντα σῶσαι *Vat.* ἐπιβουλευσάμενον in *Editis.*

k Κατηδάζειν δ' αὐτὸν] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. κατηδάσαι in *ceteris.*

l Δεῖ δοκεῖν,] Sic *MSS.* vel δεῖν δοκεῖν. in *Editis* δεῖν δοκεῖ.

m Υπ' ἐκείνου μᾶλλον,] Ita *Big. Samb. Hen.* (*Cocc.*) & *Busb.* ἀπ' ἐκείνου in *reliquis.*

νϐ μᾶλλον, ἢ καταφυγόντα πρὸς αὐτὸν ἄνθρωπον, καὶ πιστευσάντα τὴν ἰδίαν σωτηρίαν, καὶ παρακαταθέμενον αὐτῷ, [n] Διαφθεῖραι.

δ'. Καὶ ὁ μὲν [o] Ιωάννης [p] καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, μὴ δυνηθέντες πεῖσαι τὸν Γοδολίαν, ἀπῆλθον. χρόνῳ δὲ διελθόντων ἡμερῶν τριάκοντα, παραγίνεται πρὸς Γοδολίαν εἰς Μασφαθὰν πόλιν Ισμαὴλος, μετ' ἀνδρῶν δέκα, ὃς λαμπρᾷ τραπέζῃ καὶ ξενίοις ὑποδεξάμενος, εἰς μέθην προήχθη, φιλοφρονούμενος τὸν Ισμαὴλον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. θεασάμενος δὲ ἄτως αὐτὸν ἔχοντα, καὶ βεβαπτισμένον εἰς ἀναισθησίαν καὶ ὕπνον ὑπὸ τοῦ μέθης, ὁ Ισμαὴλος, ἀναπηδήσας μετὰ τῶν δέκα φίλων, ἀποσφάττει τὸν Γοδολίαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κατακειμένους ἐν [q] τῷ συμποσίῳ. καὶ μετὰ τοῦτο τούτων ἀναίρεσιν, ἐξελθὼν νυκτὸς, ἅπαντας φονεύει τοὺς ἐν τῇ πόλει Ιουδαίους, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων καταλελειμμένους [r] ἐν αὐτῇ τῶν στρατιωτῶν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ μετὰ δώρων ἦκον [s] πρὸς Γοδολίαν τινὲς ἀπὸ τῆς χώρας ὀγδοήκοντα, μηδενὸς τὰ περὶ αὐτὸν ἐγνωκότος. ἰδὼν δὲ αὐτοὺς Ισμαὴλος, εἴσω τινὰ καλεῖ πρὸς Γοδολίαν, καὶ παρελθόντων, ἀποκλείσας τὸν αὐλιὸν, ἐφόνευσε, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰς λάκκον τινὰ βαθὺν, ὡς ἂν ἀφανῆ [t] γένοιτο, κατέπεμψε. διεσώθησαν δὲ τῶν ὀγδοήκοντα τούτων ἀνδρῶν, οἱ μὴ πρότερον ἀναιρεθῆναι παρεκάλεσαν πρὶν ἢ τὰ κεκρυμμένα ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐτοῖς [u] παραδῶσι, ἐπιπλά τε καὶ ἐσθῆτας καὶ σῖτον· τοῦτο ἀκούσας, ἐφείσατο τῶν ἀνδρῶν τούτων Ισμαὴλος. τὸν δ' ἐν τῇ Μασφαθᾷ λαὸν σὺν γυναιξὶ καὶ νηπίοις ἠχμαλώτισεν· ἐν οἷς καὶ θυγατέρας, ἃς Ναβουζαρδάνης ὁ τῶν Βαβυλωνίων στρατηγὸς, παρὰ Γοδολίᾳ καταλελοίπει. τοῦτο διαπραξάμενος, ἀφικνεῖται πρὸς τὸν Αμμανιτῶν βασιλέα.

ε'. Ακούσας δ' Ιωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες τὰ ἐν [x] τῇ Μασφαθᾷ πεπραγμένα ὑπὸ Ισμαήλου, καὶ τὸν Γοδολίου θάνατον, ἠγανάκτησαν· καὶ τοὺς ἰδίους ἕκαστος παραλαβὼν ὁπλίτας, ὥρμησαν πολεμήσοντες τὸν Ισμαὴλον, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν πρὸς τῇ πηγῇ ἐν [y] Χεβρῶνι. οἱ δὲ αἰχμαλωτισθέντες ὑπὸ Ισμαήλου, τὸν Ιωάννου ἰδόντες καὶ τοὺς ἡγεμόνας, εὐθύμως διεπέρησαν, βοήθειαν αὐτοῖς ἥκειν ὑπολαμβάνοντες, καὶ καταλιπόντες τὸν αἰχμαλωτίσαντα, πρὸς τὸν Ιωάννου ἀνεχώρησαν. Ισμαὴλος μὲν οὖν μετ' ἀνδρῶν ὀκτὼ φεύγει πρὸς τὸν Αμμανιτῶν βασιλέα. ὁ δὲ Ιωάννης παραλαβὼν ὃς ἀνέσωσεν ἐκ τῶν Ισμαήλου χειρῶν, καὶ τοὺς εὐνούχους καὶ γυναῖκας καὶ [z] τὰ νήπια, εἰς τινα τόπον [a] Μάνδραν λεγόμενον παραγίνεται. καὶ τὴν μὲν ἡμέραν ἐκείνην [b] ἐπέμεινεν αὐτόθι. διεγνώκεσαν δ' ἐκεῖθεν ἄραντες εἰς Αἴγυπτον ἐλθεῖν, φοβούμενοι μὴ κτείνωσιν αὐτοὺς οἱ Βαβυλώνιοι [c] μείναντας ἐν τῇ χώρᾳ, [d] ὑπὲρ Γοδολίου δὲ καταστάντος ὑπ' αὐτῶν ἡγεμόνος ὀργισθέντες πεφονεύμενον.

ς'. Ὅλων δ' ὅτι τοιοῦτος ὁ βίος, προσίασιν Ιερεμίᾳ τῷ προφήτῃ, Ιωάννης ὁ τοῦ Καρέου, [e] καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες, παρακαλοῦντες δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ, ὅπως ἀμηχανοῦσιν αὐτοῖς [f] περὶ τοῦ τί χρὴ ποιεῖν, [g] παῦσαι αὐτοῖς ὑποδείξῃ, ὁμόσαντες ποιήσειν ὅ, τι ἂν αὐτοῖς ὁ [h] Ιερεμίας εἴπῃ. ὑποχομένου δὲ τοῦ προφήτου παρακηνῆσαι αὐτοῖς πρὸς τὸν Θεὸν, συνέβη μετὰ δέκα ἡμέρας αὐτῷ φανέντα τὸν Θεὸν εἰπεῖν δηλῶσαι Ιωάννῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι καὶ τῷ

perimeretur, quam ut hominem occideret, qui ad ipsum confugerat, suamque salutem ejus fidei commiserat & apud eum quasi sequestrem deposuisset.

4. Et quidem Joannes & qui cum eo erant duces, cum hoc Godoliæ persuadere non potuissent, *ab eo* discessierunt. at triginta post diebus in urbem Masphatham ad Godoliam venit Ismaëlus, & cum eo viri decem, quos cum splendidæ mensæ adhibuisset, eisque lautia dedisset, ebrius factus est, dum Ismaëlum ejusque comites magna hilaritate excipit. Ismaëlus autem, eum ita se habentem conspicatus, vinoque gravem in stuporem & somnum immersum, ipse cum amicis suis derepente *à mensa* surrexit, & Godoliam interficit, & quotquot ei in convivio accumbebant. Et statim ab hac illorum cæde nocte egressus, Judæos omnes qui in urbe erant occidit, simulque milites in ea à Babyloniis relictos. Sequenti vero die viri è regione octoginta munera secum ferentes ad Godoliam venerunt, nemine id quod ei acciderat sciente. Ismaëlus autem ubi eos conspexerat, jubet introire ad Godoliam: cumque ingressi essent, clauso *protinus* atrio, eos trucidavit, atque corpora illorum, ne amplius conspicerentur, in fossam quandam profundam demersit. Ex his autem octoginta viris illi servati sunt, qui eum obsecrarant, ne prius occiderentur quam in agris occultata ei traderent, supellectilem & vestes atque frumentum. Ubi hæc audierat, viris istis pepercit Ismaëlus. populum vero Masphathensen cum uxoribus & liberis in captivitatem abduxit; & in his Sedeciæ filias, quas Nabuzardanes Babyloniorum imperator apud Godoliam reliquerat. Quibus factis, ad Ammanitarum regem se confert.

Godoliæ aliorumque cædes nefaria. Jer. c. 41.

Ismaëli fraus impia. Jer. c. 41.

5. At Joannes & qui cum eo erant duces, ubi fama acceperant scelus ab Ismaëlo Masphathæ patratum, & Godoliæ necem, graviter *ea* tulerunt: & adhibitis suis quisque militibus profecti sunt ad inferendum Ismaëlo bellum, eumque offenderunt apud fontem Chebronensem. Qui vero ab Ismaëlo abducebantur, cum Joannem ducesque vidissent, lætitia affecti erant, rati auxilium sibi venire; eoque qui eos ceperat relicto, ad Joannem reverterunt. At enim Ismaëlus cum octo viris *Joanni* elapsis ad Ammanitarum regem se contulit. Cæterum Joannes, assumptis quos de manibus eripuerat Ismaëli, ut & eunuchis & mulieribus & infantibus, ad locum quendam pervenit qui * Mandra dicitur, & ibi quidem ea die moratus est. Statuerant autem *omnes* ut inde digressi Ægyptum peterent, metuentes ne eos, si in regione manserint, Babylonii perimerent, irati ob cædem Godoliæ, quem illi summæ rerum præfecerant.

Joannes Ismaëlum persequitur: Jer. c. 41.

6. Dum id consilii agitarent, ad Hieremiam vatem accedunt, Joannes Careæ filius, ejusque comites militiæ duces, ut Deum oraret obsecrantes, ut illis, præ consilii inopia quid agendum esset dubitantibus, id ipsum ostenderet, juratis facturos se quicquid illis Hieremias jusserit. Cum autem vates promisisset, se pro illis apud Deum intercessurum esse, accidit, ut, peractis decem diebus, Deus ei appareret, præciperetque dicere Joanni, & cæteris

Judæi Hieremiam, quid sibi faciendum sit consulunt. Jer. c. 42.

n Διαφθεῖραι.] *Al.* φθεῖραι.
o Ιωάννης] Ιωάνους *Big.* & *Gall.* 1. Ιωανὰς *Samb.* Vide supr. §. 2.
p Καὶ οἱ σὺν] Οἱ σὺν αὐτῷ τῶν ἡγεμόνων *Big.* & *Samb.*
q Τῷ συμποσίῳ.] Illud τῷ ex *MSS.*
r Ἐν αὐτῇ τῶν στρατιωτῶν.] Ἐν αὐτοῖς στρατιώτας *Hen.* & *Busb.*
s Πρὸς Γοδολίαν] Πρὸς τὸν Γοδολίαν *Big. Samb. Hen.* & *Busb.*
t Γένοιτο,] Γένοιτο in *iisdem MSS.*
u Παραδῶσι,] Παραδώσειν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.
x Τῇ Μασφαθᾷ] Φασμαθᾷ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.
y Χεβρῶνι.] Ἐν Γαβαῶνι legendum conjicit Cl. *Lowthius* ex *Jer.* c. 41. v. 12. Vide lib. 8. p. 417. v. 2. Ἐν Νεβαῶνι *Hen.* & *Busb.*
z Τὰ νήπια,] Illud τὰ ex *MSS.*
a Μάνδραν λεγόμενον παραγίνεται.] Μάνδρα *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.
b Ἐπέμεινεν αὐτόθι.] Ὑπέμειναν *Big.* & *Samb.*
* *Mandra dicitur,*] *Caulæ* in versione *Epiphanii.*
c Μείναντας ἐν τῇ χώρᾳ.] Μείναντες *Big.* & *Samb.*
d Ὑπὲρ Γοδολίου] Ita *Big. Samb. Gall.* 1. 2. & *Epiphan.* ὑπὸ in *Editis Aliisque.*
e Καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἡγεμόνες,] Καὶ οἱ ἡγεμόνες οἱ σὺν αὐτῷ *Big.* & *Samb.*
f Περὶ τοῦ τί χρὴ ποιεῖν,] Περὶ τούτου τί χρὴ *Big.* & *Samb.*
g Παῦσ' αὐτοῖς ὑποδείξῃ,] Τοῦτ' αὐτοῖς *Big.* & *Samb.*
h Ιερεμίας εἴπῃ.] Articulum non agnoscunt *Big.* & *Samb.*

teris ducibus, populoque, ſe quidem illis, ſi in iſta terra remanſerint, adfuturum, curamque illorum geſturum, & à Babyloniis quos metuunt illæſos ſervaturum; in Ægyptum vero proficiſcentes relicturum eſſe, foreque ut ira incenſus vos iiſdem malis afficiat, quæ patres veſtros jam ante perpeſſos eſſe ſciviſtis. Cum Joanni populoque dixiſſet, Deum eos iſta præmonere, ei parum creditum eſt: quaſi illos ſuo ex imperio manere jubeat in regione: atque, ut gratiam iniret à Barucho diſcipulo ſuo, Deo quidem mendacium affingere, illis vero ne diſcedant perſuadere, ut à Babyloniis morte mulctentur. Populus itaque & Joannes, Dei conſilio, quod eis vatis miniſterio dederat, haud obſequuti, in Ægyptum conceſſerunt, ſecum ducentes Hieremiam & Baruchum.

Eis conſilium dedit ut in Judæa manerent. Jer. c. 42.

In Ægyptum proficiſcuntur Judæorum reliquiæ. Jer. c. 43.

7. Cum autem eò perveniſſent, vatem certiorem facit Deus de expeditione quam in Ægyptum facturus erat Babyloniorum rex; juſſitque ei ut populo prædiceret captum iri Ægyptum, foreque ut alios quidem illorum occidat, alios vero Babylonem in captivitatem abducat. Atque hæc *ita* evenerunt. Nam quinto poſt Hieroſolymorum vaſtationem anno, qui viceſimus tertius regni Nabuchodonoſori, exercitum ipſe eduxit in Cœlen-Syriam; eaque occupata & Ammanitis & Moabitis bellum intulit. Iſtis autem gentibus in poteſtatem ſuam redactis, impetum fecit in Ægyptum, ut ipſam debellaret. ac regem quidem, qui tunc regnabat, occidit; alio vero conſtituto, Judæos, qui illic erant, iterum cepit & Babylonem traduxit. Et quidem Hebræos, quibus tam male res ceciderunt, bis ultra Euphratem traductos accepimus. Nam decem tribus Samaria exciderunt ab Aſſyriis abducti, regnante Oſea: deinde à Nabuchodonoſoro, Babyloniorum & Chaldæorum rege, quotquot è duabus tribubus ſupererant, captis Hieroſolymis. At enim Salmanaſares, cum Iſraëlitas ſedibus ſuis exciviſſet, in eaſdem gentem Chuthæorum tranſtulit: qui prius interiora Perſidis & Mediæ habitarunt, tunc vero Samaritæ vocati ſunt, appellatione tracta è regione in quam demigraverant. At Babyloniorum rex, cum duas tribus abduxiſſet, nullam gentem in *eam* regionem repoſuit. Quo factum eſt, ut tota Judæa cum Hieroſolymis & templo annos ſeptuaginta deſerta permanſerit. Accidit autem ut tempus omne, quod inter decem tribuum captivitatem & duarum tribuum *in Babylonem* deportationem interceſſit, annorum eſſet centum & triginta, menſium ſex, & dierum decem.

Chuthæorum in Samariam migratio poſt decem tribuum deportationem.

Anni quot inter decem & duarum tribuum captivitatem.

λαῷ παντὶ, ὅτι [i] μενοῦσι μὲν αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ παρέσῃ, καὶ εὐνοιαν [k] ἕξει, καὶ τηρήσῃ ἀφ' ὧν Βαβυλωνίων ὡς δεδίασιν ἀπαθεῖς, [l] πρὸς ὁμένους δ' εἰς Αἴγυπτον [m] ἀπολείψειν, καὶ ταῦτα [n] Δία θήσειν ὀργισθεὶς ἃ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ἔμπροσθεν οἴδατε παθόντας. ταῦτα εἰπὼν τῷ Ἰωάννῃ καὶ τῷ λαῷ τ' Θεὸν αὐτοῖς προλέγειν ὁ προφήτης, οὐκ ἐπίστευεν, ὡς κατ' ἐντολὴν τὴν ἐκείνου μένειν αὐτοὺς ἐν τῇ χώρᾳ κελεύοι· χαριζόμενον δὴ Βαρούχῳ τῷ ἰδίῳ μαθητῇ, καταψευδεσθαι μὲν τοῦ Θεοῦ, πεῖσαι δὲ μένειν αὐτόθι, ὡς ἂν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἀφθαρῶσι. προσκόσας οὖν ὅ, τε λαὸς [o] καὶ ὁ Ἰωάννης τ τοῦ Θεοῦ συμβουλίας, ἣν αὐτοῖς Δία τοῦ προφήτου παρῆνεσεν, ἀπῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἄγων [p] τόν τε Ἱερεμίαν [p] τὸν Βαρούχον.

ζ'. Γενομένων δὲ αὐτῶν ἐκεῖ, σημαίνει τὸ θεῖον τῷ προφήτῃ, μέλλοντα στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους τ Βαβυλωνίων βασιλέα, καὶ προτρέπειν [q] σκέλουσι τῷ λαῷ, τὴν τε ἅλωσιν τ Αἰγύπτου, καὶ ὅτι τοὺς μὲν αὐτῶν [r] ἀποκτενεῖ, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους λαβὼν εἰς Βαβυλῶνα ἄξει. καὶ ταῦτα συνέβη. [s] τῷ γὰρ πέμπτῳ τ Ἱεροσολύμων πορθήσεως ἔτει, ὅ ἐστι τρίτον καὶ εἰκοστὸν [t] τ Ναβαχοδονοσόρου βασιλείας, στρατεύει [v] ὁ αὐτὸς ἐπὶ τὴν Κοίλην Συρίαν· καὶ καταλαβὼν αὐτὴν, ἐπολέμησε καὶ Ἀμμανίταις καὶ Μωαβίταις. ποιησάμενος δὲ ὑπήκοα ταῦτα τὰ ἔθνη, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Αἴγυπτον καταστρεψόμενος αὐτήν. καὶ τ μὲν τότε [x] βασιλέα κτείνει, καταστήσας δὲ ἕτερον, τοὺς ἐν αὐτῇ πάλιν Ἰουδαίους αἰχμαλωτίσας ἤγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. καὶ τὸ μὲν Ἑβραίων ἔθνος ἐν τοιούτῳ πέλει γενόμενον παρελήφαμεν, ὃς ἐλθὸν [y] πέραν Εὐφράτου. ὑπὸ Ἀσσυρίων μὲν γὰρ ἐξέπεσεν ὁ τ δέκα Φυλῶν λαὸς ἀπὸ Σαμαρείας, βασιλευομένου Ὡσῆ· ἑπτὰ [a] τ δύο Φυλῶν, ὑπὸ Ναβαχοδονοσόρου τ Βαβυλωνίων καὶ Χαλδαίων βασιλέως, [b] ὃς ὑπελείφθη τ Ἱεροσολύμων ἀλόντων. Σαλμανασάρης μὲν οὖν, ἀναστήσας τὸς Ἰσραηλίτας, [c] κατῴκισεν ἀντ' αὐτῶν [d] τὸ Χαθαίων ἔθνος, οἳ πρότερον ἐνδοτέρω τ Περσίδος καὶ τ Μηδίας ἦσαν, τότε μέντοι [e] Σαμαρεῖς ἐκλήθησαν, διὰ τ χώρας εἰς ἣν κατῳκίσθησαν προηγορίαν ἀναλαβόντες. ὁ δὲ τ Βαβυλωνίων βασιλεὺς, τὰς δύο φυλὰς ἐξαγαγὼν, ἐνταῦθεν ἔθνος εἰς τὴν χώραν [f] αὐτῶν κατῴκισε. καὶ Δι' ὅτ' [g] ἔρημος ἡ Ἰουδαία πᾶσα, καὶ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ ναὸς διέμεινεν ἔτεσιν [h] ἑβδομήκοντα. τ δ' σύμπαντα χρόνον, [i] ὃς ἀπὸ τ τ Ἰσραηλιτῶν αἰχμαλωσίας ἐπὶ τὴν τ δύο Φυλῶν ἀνάστασιν ἐληλύθει, [k] ἑκατὸν ἔτη καὶ τριάκοντα, [l] μῆνας ἓξ, ἡμέρας δέκα, συνέβη γενέσθαι.

In Ægyptum profiſciſcuntur Judæorum reliquiæ. Jer. c. 43. Hieremiæ in Ægypto vaticinium de Babyloniorum rege. Jer. c. 44.

i Μενοῦσι μὲν αὐτοῖς] *Mένουσι Samb. Busb. & Hen.*

k Ἕξει,] Παρέξει *Big.* παρέξειν *Samb.* & mox τηρήσειν.

l Προσδομῶμεν δ'] *Προσδομῶμεν Samb. & Busb.*

m Ἀπολείψειν,] Ἀπολείψει *Big. Hen. Busb.* & *Gall.* 1. *à manu ſecunda.*

n Διαθήσειν ὀργισθεὶς] Διαθήσει *Big.* & *Gall.* 1.

o Καὶ ὁ Ἰωάννης] Καὶ Ἰωάννης τ Θεοῦ συμμαχίας *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

p Βαρούχον.] *Al.* Βάρουχον.

q Ἐκέλευσε τῷ λαῷ,] Ἐκέλευσι *Big. Samb. Hen.* & *Gall.* 2. κελεύει *Gall.* 1.

r Ἀποκτενεῖ,] Ita cum pleriſque *MSS.* ἀνελεῖν in *Editis Aliiſque.*

s Τῷ γὰρ πέμπτῳ] Vide *Uſſerii* Chronol. S. p. 39. & *Conringii* Adverſaria Chronol. c. 15.

t Τῆς Ναβαχοδονοσόρου βασιλείας,] Sic *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* Τ Ναβουχοδονοσόρου in *cæteris.*

v Ὁ αὐτὸς ἐπὶ τὴν Κοίλην] Illa ὁ αὐτὸς deſiderant *Big.* & *Samb.* in ſuo tamen codice habuiſſe videtur *Epiphan.*

x Βασιλέα κτείνει,] *Jer.* c. 44. v. 30. vocatur *Pharaoh Ephree. Οὐαφρὴ* LXXII. & *Clem. Alex.* Si idem ſit qui Ἀπρίης *Herodoto* in *Euterpe*, vereor ne *Joſephus* falſi redarguatur, qui à Nabuchodonoſoro occiſum ſcribit.

y Πέραν Εὐφράτου.] Ita *Big. Samb.* & *Zonar.* πέρην Τ Εὐφράτου in *cæteris.*

z Ὡσῆ·] Ita *MSS.* prout ſupra, p. 504. §. 1. & alibi. Ὡσέε in *Editis.*

a Τῶν δύο] Ο τ δ. φ. COCC.

b Ὃς ὑπελείφθη] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* ὃς ὑπελείφθη in *Editis.*

c Κατῴκισεν ἀντ' αὐτῶν] Ita in pleriſque *MSS.* (& *Cocc.*) κατῴκησεν in *Editis Aliiſque.*

d Τὸ Χαθαίων ἔθνος, οἳ πρότερον ἐνδοτέρω τ Περσίδος καὶ τ Μηδίας ἦσαν,] Τὸ τ Χαθαίων *Big.* & *Samb.* Vide lib. IX. ſub finem. HUDS. Conf. ſupr. lib. 9. c. 14. §. 3. SPANH.

e Σαμαρεῖς ἐκλήθησαν,] Rurſus locum eundem conſulas velim.

f Αὐτῶν κατῴκισε.] Illud αὐτῶν è *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Vet. Interpr.*

g Ἔρημος ἡ Ἰουδαία πᾶσα,] Sic *MSS.* ἔρημος Ἰουδαία in *Editis.*

h Ἑβδομήκοντα.] Aperte loquitur de his annis deſolationis, quorum fit mentio in *Zacharia*, c. 1. v. 12. *Simſonus* in *Chron. Cathol.* ad ann. 3486.

i Ὃς ἀπὸ τ τ Ἰσραηλιτῶν] Ὅσος ἀπὸ *Big.* & *Samb.* ὅσις ἀπὸ *Hen.* & *Busb.*

k Ἑκατὸν ἔτη] Imo CXXXIII. Vide *Iſ. Voſſium* in *Chron. S.* c. 9. p. 128. *Schotanus* (in *Bibl. Hiſt. S.* p. 1107.) ſcribendum ait, ἔτη ρλγ'. μῆνας ἓξ, ἡμέρας εἴκοσι.

l Μῆνας ἓξ,] Καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα *Big.* & *Samb.*

ΚΕΦ. ί.

Περὶ Δανιήλ· καὶ οἷα αὐτῷ συνέβη ἐν τῇ Βαβυλῶνι.

Ὁ δὲ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς Ναβαχοδονόσορ τοὺς [m] εὐγενεστάτους λαβὼν τῶν Ἰουδαίων παῖδας, καὶ τοὺς Σεδεκίου τοῦ βασιλέως αὐτῶν συγγενεῖς, οἳ τῇ τε ἀκμῇ τῶν σωμάτων, καὶ τῇ εὐμορφίᾳ τῶν ὄψεων ἦσαν εὐβλεπεῖς, παιδαγωγοῖς τε τῇ δι' αὐτῶν θεραπείᾳ ἐχρήσατο, παιδείας τινὰς αὐτῶν ἐκτομίας, τὸ δὴ αὐτὸ τοῦτο τοὺς [n] ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὅσοι κατεστρέψατο ληφθέντας ἐν ὥρᾳ τῆς ἡλικίας λαθεῖς, ἐχορήγει μὲν αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ εἰς δίαιταν, ἐπαίδευε δὲ τὰ ἐπιχώρια, καὶ τὰ τῶν Χαλδαίων ἐξεδίδασκε γράμματα. [o] ἦσαν δ' ἔτοι σοφίαν ἱκανοὶ, ὥστε καὶ [p] ἐκέλευε λατρείειν· ἦσαν δ' ἐν τούτοις τῶν ἐκ τοῦ Σεδεκίου γένους πάσαρες, καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ τὰς φύσεις. ὧν ὁ μὲν Δανιήλου ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Ἀνανίας, ὁ δὲ Μισαήλου, ὁ δὲ πέμπτος Ἀζαρίας. τούτους ὁ Βαβυλώνιος μετωνόμασε, καὶ χρῆσθαι ἐπέταξεν ἑτέροις ὀνόμασι. καὶ τὸν μὲν [q] Δανιήλου ἐκάλεσε Βαλτάσαρον, τὸν δὲ Ἀνανίαν Σεδράχην, Μισαήλου δὲ Μισάχην, τὸν δὲ Ἀζαρίαν Ἀβδεναγώ. τούτους ὁ βασιλεὺς, δι' ὑπερβολὴν εὐφυΐας καὶ σωφροσύνης τοῦ τε ταχέως τοὺς παῖδας τῶν γραμμάτων, καὶ σοφίας ἐν ἐπιτηδείῳ γιγνομένους, εἶχεν ἐν τιμῇ καὶ σέργων διετέλει.

β'. Δόξαν δὲ Δανιήλῳ μὴ τῶν συγγενῶν σκληραγωγεῖν [r] αὐτὸν, καὶ τῶν τε ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἐδεσμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ [s] καθόλου πάντων τῶν ἐμψύχων, προσελθὼν [t] Ἀσχάνῃ τῷ τῶν εὐνούχων ἐπιμέλειαν αὐτῶν [u] ἐπιτεταγμένῳ δυνάσθῃ, τὰ μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς κομιζόμενα παρεκάλεσεν αὐτὸν ἀναλίσκειν λαμβάνοντα, παρέχειν δὲ αὐτοῖς ὄσπρια καὶ φοίνικας εἰς δίαιτοφλῶ, καὶ εἴ τι τῶν ἀψύχων ἕτερον βάλοιτο· πρὸς γὰρ τῷ παιδὸς θεῖον Δανιήλην αὐτὸν [x] κεκινῆσθαι, τοῦ δὲ ἑτέρως φρονεῖν. ὁ δὲ, εἶναι μὲν ἕτοιμον ὑπηρετεῖν ἔλεγεν αὐτῶν τῇ προαιρέσει. ὑφορᾶσθαι δὲ μὴ καταδηλοι τῷ βασιλεῖ γενηθέντες, ἐκ τοῦ τῶν σωμάτων ἰσχνότητος, καὶ τοῦ τροπῆς τῶν χαρακτήρων· [y] συμμεταβαλεῖν γὰρ αὐτοὺς ἀνάγκη τὰ σώματα, καὶ τὰς χρόας ἅμα τῇ διαίτῃ· καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων ὑπαθωτῶν ἐλεγχθέντες, ἄτοποι κινδύνου καὶ τιμωρίας αὐτῷ καταστῶσιν. ἔχοντα τοίνυν πρὸς τὸν Ἀβλαβῶς τὸν Ἀσχάνην πιθῆσαι ὅτι δέκα ἡμέρας πεῖσαι προσδοκᾶν αὐτοὺς πείρας ἕνεκα, καὶ μὴ μεταβαλλόσης μὲν αὐτοῖς τοῦ τῶν σωμάτων ἕξεως, ὑπομένειν τοῖς αὐτοῖς, ὡς ἂν ἔπι εἰς αὐτὸν βλαβησομένων· εἰ δὲ μειωθέντας ἴδοι καὶ κάκιον τῶν ἄλλων ἔχοντας, ὅτι τῷ προτέρᾳ αὐτοὺς διαίτᾳ ἄχθαι. ὡς δὲ, ὁ μόνον οὐδὲν αὐτοὺς ἐλύπει τῷ τροφῷ ἐκείνῳ προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων εὐτραφέστεροι τὰ σώματα [z] καὶ μείζονες ἐγίνοντο, ὡς τοὺς μὲν ἐνδεεστέρους [a] ὑπολαμβάνειν, οἷς τῷ βασιλικῷ συνέβαινεν εἶναι χορηγίαν, τοὺς δὲ μὴ τοῦ Δανιήλου δοκεῖν ἐν ἀφθονίᾳ καὶ τρυφῇ τῇ πάσῃ βιοῦν, ἔκτοτε μετὰ ἀδείας ὁ Ἀσχάνης [b] ἃ μὲν ἀπὸ τοῦ δείπνου καθημέραν συνήθως ἔπεμπε τοῖς παισὶν ὁ βασιλεὺς, αὐτοὺς ἐλάμβανεν, ἐχορήγει δὲ αὐτοῖς τὰ προφημένα. οἱ δὲ ὡς καὶ τῶν ψυχῶν αὐτοῖς ἀπὸ τούτου καθαρῶν καὶ πρὸς τὸν

CAP. X.

De Daniele: & quænam ei acciderunt in Babylone.

forma præ cæteris egregia ex omnibus imperii ſui regionibus deligerent, & ad eum adducerent. Cum vero multæ congregatæ eſſent, inventa eſt quædam Babylone puella, utroque parente orbata, à patruo Mardochæo (eo enim nomine vocabatur) enutrita. Is autem erat ex tribu Benjamitica, & è primoribus inter Judæos. Atque fiebat ut Eſther (hoc enim ipſi nomen erat) omnibus pulchritudine præſtaret, vultuſque gratia ſpectantium oculos in ſe præcipue converteret. Poſtquam vero, ſpadoni cuidam, qui ipſam curaret, tradita eſſet, ei abunde proviſum eſt; ut quæ magna odorum copia & pretioſis unguentis, quibus corporibus opus eſt, *quotidie* fuerit delibuta. Atque iſta illis, numero quadringentis, adhibita erant per ſex menſes. Quando autem illo tempore ſatis curatas exiſtimaret virgines, ipſaſque jam dignas eſſe quæ ad Regis lectum irent, unam ſingulis diebus ad Regem mittebat quæ cum eo conſueſceret. Ille vero, poſtquam cum ea rem habuerat, ſtatim *ipſam* ad eunuchum remittebat. Cæterum cum Eſther ad eum acceſſiſſet, ea delectatus, & puellæ amore captus, illam in juſtam uxorem ſibi accepit: nuptiaſque cum ea celebravit anno regni ſui ſeptimo, menſe duodecimo qui Adar dicitur. Porro nuncios, qui Angari appellantur, in gentes omnes dimiſit, feſtum nuptiale eis indicens: ille vero Perſas & Medos & gentium primores epulis adhibuit, etiam per integrum menſem, in nuptiarum honorem. Cum autem in regiam ingreſſa eſſet *uxor*, diadema ei impoſuit. Atque ita cum eo habitavit Eſther. nec gentem, unde ortum habuit, ei patefecit. At patruus ejus, ubi Babylone Suſa Perſidos migraverat, illic degebat, & quotidie in regia verſabatur, quærebatque quomodo ſe haberet puella. amabat enim eam quaſi filiam ſuam.

Mardochæus.

Eſther.

Eſther ab Eunucho curata.

Eſth. 2.

Rex Eſtherem ducit in matrimonium.

Eſth. c. 2.

3. Jam vero lex lata erat à Rege, ne quis ſuorum ad ſe, cum in ſolio ſederet, non vocatus accederet. atque in hoc lictores adhibiti erant cum ſecuribus, ut ſi quis contra faceret pœna mulctaretur. Rex vero ipſe ſedebat virgam auream *manibus* tenens, quam, cum aliquem ſervare voluiſſet ex iis qui non vocati eum adierint, ei porrigebat: quique eam attigerat extra periculum erat. Et de his quidem ſatis nobis dictum eſt.

Lege cautum ne quis ad Regem Perſarum non vocatus accedat.

4. Aliquando autem poſt, cum Bagathous & Theodeſtes in eo eſſent ut inſidias Regi ſtruerent, Barnabazus alterius eunuchi ſervus, genere Judæus, iis intellectis, rem ad patruum uxoris Regis defert. At Mardochæus per Eſtherem Regi inſidiatores prodidit. Rex vero territus, *re quæſita*

Mardochæus conjurationem in Regem detegit. Eſth. c. 2.

λεξαμένοις τὰς ἀδοκίμους ἐπ' ἀμορφίᾳ τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ παρθένων ἀγαγεῖν πρὸς αὐτόν. [r] σωαχθησῶν ἢ πολλῶν, ἦν τις ἐν Βαβυλῶνι κόρη, τῶν γονέων ἀμφοτέρων ὀρφανὴ, ᾗ τῷ [s] θείῳ Μαρδοχαίῳ, τὸ γὰρ ἦν ὄνομα αὐτῷ, τρεφομένη. ἦν δ' ἐξ ἦν ἐκ τῆς Βενιαμιτικῆς φυλῆς, τῶν ἢ πρώτων ᾗ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. πασῶν ἢ τῶν Ἐσθὴρ σωέβαινε, τὸ γὰρ ἦν [t] αὐτῇ τὄνομα, τῷ κάλλει διαφέρειν, καὶ [v] τῶν χάριν ἔ προσώπου τὰς ὄψεις τῶν θεωμένων μᾶλλον [x] ἐπάγεσθαι. ᾗ παραδοθεῖσα ἢ αὐτὴ παρά τινι τῶν εὐνούχων [y] εἰς ἐπιμέλειαν, πάσης ἐτύγχανε προνοίας, ἀρωμάτων ἀφθονίᾳ & πολυτελείᾳ τῶν ἀλλημμάτων, ὧν χρῄζει τὰ σώματα, καταρδομένη. καὶ τούτων [z] ἀπέλαβον ἐπὶ μῆνας ἓξ, τετρακοσίαις τὸν ἀριθμὸν ἴσας. ὅτε ἢ ἐνόμιζεν ἀποχρώντως τῷ προῃρημένῳ [a] χρόνῳ [b] τῶν ἐπιμέλεσθαι ἔχειν τὰς παρθένους, καὶ ἔ βαδίζειν αὐτὰς ἐπὶ κοίτην βασιλέως ἀξίας ἤδη [c] γενέσθαι, καθ' ἑκάστην ἡμέραν [d] μίαν ἔπεμπε τῷ βασιλεῖ συνεσομένην. ὁ ἢ πλησιάζων δι' ἧς ἀπέπεμπε πρὸς τὸν εὐνοῦχον. ἀφικομένης ἢ τὴ [e] Ἐσθὴρ πρὸς αὐτὸν, ἡσθεὶς αὐτῇ, καὶ πᾶσαν τὴν χώρης εἰς ἔρωτα, νομίμως αὐτὴν ἄγεται γυναῖκα· [f] καὶ γάμους αὐτῇ ποιεῖται τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ [g] ἑβδόμου ἔτους τῆ αὐτῆ βασιλείας, [h] Ἀδὲρ καλουμένῳ. διέπεμψε ἢ τοὺς [i] ἀγγέλους λεγομένους εἰς πᾶν ἔθνος, ἑορτάζειν [k] αὐτοῖς τοὺς γάμους πανδημεί. αὐτὸς ἢ Πέρσας [l] καὶ τοὺς Μήδους καὶ τοὺς πρώτους τῶν ἐθνῶν εἰσία ἐπὶ μῆνα ὅλον ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτοῦ. [m] εἰσελθούσης ἢ εἰς τὸ βασίλειον, ἐπέθηκεν αὐτῇ τὸ διάδημα. καὶ στεφανώσασα ἔτους Ἐσθὴρ, μὴ [n] ποιήσασα φανερὸν αὐτῷ τὸ ἔθνος, ἐξ ὅπερ εἴη τυγχάνουσα. μεταβὰς δὲ καὶ ὁ θεῖος αὐτῆς ἐκ τῶν Βαβυλῶνος εἰς [o] Σοῦσα τῆς Περσίδος, αὐτόθι διῆγε, ἑκάστης ἡμέρας [p] πρὸς τοῖς βασιλείοις διατρίβων, καὶ πυνθανόμενος πρὸς τῆς χώρης τίνα [q] διαγωγὴ τρόπον. ἔστεργε γὰρ αὐτὸν, ὡς αὐτοῦ θυγατέρα.

γ'. [r] Ἔθηκε δὲ νόμον ὁ βασιλεὺς, ὥστε μηδένα τῶν [s] ἰδίων αὐτῷ προσιέναι μὴ κληθέντα, ὁπλισμένοις ἐπὶ ἔ θρόνου καθέζοιτο. [t] προεστήκεσαν ἢ τοῦ θρόνου αὐτοῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι. πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς προσιόντας ἀκλήτους τῷ θρόνῳ. καθῆστο μέντοι [v] λύγον χρυσέαν ἔχων αὐτὸς ὁ βασιλεύς. ὃν, ὅταν τινὰ σώζειν ἤθελε τῶν ἀκλήτως προσιόντων, ἐξέτεινε πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ, ἁπτόμενος αὐτῆς, ἀκίνδυνος ἦν. καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς ἡμῖν δεδήλωται.

δ'. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐπιβουλεύσαντων τῷ βασιλεῖ [x] Βαγαθώ & [y] Θεοδέστης, [z] Βαρνάβαζος τῶν εὐνούχων οἰκέτης ἔ ἕτερος, τὸ γένος ὢν Ἰουδαῖος, σπεύσας τὸν ἐπιβουλὴν, τῷ θείῳ κατεμήνυσε τὴν γυναικὸς ἔ βασιλέως. Μαρδοχαῖος δὲ διὰ τῆς Ἐσθὴρ φανερὸς ἐποίησε τῷ βασιλεῖ τὰς [a] ἐπιβου-

---

r Σωαχθεισῶν ἢ πολλῶν,] Συναχθεισῶν ἢ πρὸς αὐτὸν, &c. *Vat.* non ita *Epiphan. Aliique.*

s Θείῳ Μαρδοχαίῳ,] *Patruelem* non *patruum* fuiſſe dicunt alii. Videſis *Druſium* in *Obſervatt.* l. 8. c. 14. *Simſonum* in *Chronol. Cathol.* ad A. M. 3650. & *Torniellum* in *Annalibus* ad A. M. 3650.

t Αὐτῇ τὄνομα,] Ita *MSS.* ὄνομα αὐτῇ in *Editis.*

v Τῶν χάριν ἔ προσώπου] Τῇ χάριτι malit Cl. *Lowthius*, & mox ἐπάγεσθαι. *Coccejus* verò διὰ τὸν χάριν.

x Ἐπάγεσθαι.] Ita cum *MSS.* (& *Coccejo*) ἐπιάγεσθαι in *Editis.*

y Εἰς ἐπιμέλειαν,] Φυλάττεσθαι εἰς ἐπιμέλειαν *Vat.* Verum ſuſpicor vocem Φυλάττεσθαι, ad oram codicis appoſitam ἐξηγήσεως ἕνεκα, poſtea (ut fieri ſolet) irrepſiſſe.

z Ἀπέλαβον] Lege ἀπέλαυον. COCC.

a Χρόνῳ] Illud χρόνῳ ex *Vat.* & *Vet. Interpr.*

b Τῶν ἐπιμέλεσθαι] Τῆς ἐπιμελείας *Hen.* & *Busb.*

c Γενέσθαι,] Γίγνεσθαι *Vat.* & *Hen.*

d Μίαν ἔπεμπε] Sic *Vat.* & *Epiphan.* in *cæteris* deëſt μίαν.

e Ἐσθὴρ πρὸς αὐτὸν,] *Al* Ἐσθήραν.

f Καὶ γάμους αὐτῇ ποιεῖται] Ita *Vat.* καὶ γάμον αὐτῆς ποιεῖ δωδ. *Hen.* & *Busb.* καὶ γάμον αὐτῆς ποιεῖ τῷ δωδ. in *Editis.*

g Ἑβδόμου ἔτους] Ἑβδόμῳ ἔτει *Vat.* & *Busb.*

h Ἀδὲρ καλουμένῳ] Mallem Ἀδάρ aut Ἀδάρ. HUDS. Ἀδὲρ. Menſis XII. Ita LXX. hoc loco. In *Hebr.* autem Menſe decimo, qui eſt טבת Eſth. II. v. 17. SPANH.

i Ἀγγέλους λεγομένους] Οὕτως ἀμάλιν οἱ Πέρσαι τοὺς βασιλέως ἀγγέλους. *Suid.* Videſis *Druſii* Obſervatt. l. 12. c. 19. & *Stanlejum* ad *Æſchyli* Perſas, v. 247.

k Αὐτοῖς τοὺς γάμους πανδημεί.] Αὐτοῖς abeſt *Vat.*

l Καὶ τοὺς Μήδους] Illa καὶ τοὺς Μήδους deſunt *Vat.* nec ea legiſſe videtur *Epiphan.*

m Εἰσελθούσης ἢ] Εἰσελθόσῃ *Vat.* qui mox cum *Hen.* non agnoſcit αὐτῇ.

n Ποιήσασα φανερὸν] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* ποιησάσης in *Editis.* Legi poteſt, καὶ συνῴκησεν ἔτους Ἐσθὴρ (vel Ἐσθῆρα) μὴ ποιησάσῃ &c.

o Σοῦσα] Ita *Busb.* & *Vat.* prout ſupra aliquoties. in *Editis* hîc loci Σοῦσαν. HUDS. Conf. ſup. lib. 10. c. XI. §. 7. SPANH.

p Πρὸς τοῖς βασιλείοις διατρίβων,] Περὶ τὰ βασίλεια *Zonar.*

q Διάγει τρόπον.] Διάγοι *Hen.*

r Ἔθηκε ἢ καὶ νόμον ὁ βασιλεὺς,] Legem hanc à Dejoce primum latam oſtendit *Herodotus*, l. 1. c. 99.

s Ἰδίων αὐτῷ] Ἰουδαίων *Vat.* & *Hen.* Verum non ita *Epiphan. Aliique.*

t Προεστήκεσαν ἢ τοῦ θρόνου αὐτοῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνθρωποι.] *Al.* προεστήκεσαν. HUDS. Sic Securigeri circa ſolium Teni aut Tenedi, quo ſecuri continuo plecterentur rei. SPANH. Vide Nummos.

v Λύγον χρυσέαν] De corona è λύγῳ ſeu ſalice, & quare Athenæ. lib. XV. p. 671. F. & 672. SPANH.

x Βαγαθώ] Γαβαθὼ *Hen.* Forſan Βαγαθὼ legendum.

y Θεοδέστης,] Θεοδοσίτης *Vat.* An Θεσίου, aliorum eſto judicium.

z Βαρνάβαζος] Forſan Φαρνάβαζος.

a Ἐπιβουλεύοντας.] Ita *Gen.* & *Vat.* ἐπιβουλεύσαντας *Baſ.* & *Hen.* ἐπιβουλεύσαντας *Busb.*

βελεύονζας. παρεχθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς [b] πάληθὲς ἐξεῦρε. καὶ τὰς μὲν ἄλλας [c] ἀνεζαύρωσε, τῷ δὲ Μαρδοχαίῳ τότε μὲν οὐδὲν παρέσχεν ὡς αἰτίᾳ τῆς σωτηρίας γεγενότι· μόνον δὲ αὐτοῦ [d] τὸ ὄνομα τοῖς τὰ ὑπομνήματα συγγραφομένοις ἐκέλευσε σημήνασθαι, καὶ παρεσμένειν αὐτὸν τοῖς βασιλείοις, ὄντα φίλον ἀναγκαιότατον τῷ βασιλεῖ.

ε'. [e] Ἀμάνῃ δὲ [f] Ἀμαδάθου μὲν ἦν, τὸ γένος δὲ Ἀμαληκίτῃ, εἰσιόντα πρὸς τὸν βασιλέα, προσκυνοῦσι οἵ τε ξένοι καὶ Πέρσαι, πάντων αὐτῷ τιμὴν [g] παρ' αὐτῶν Ἀρταξέρξης βεβαιοῦν ἐκελεύσας. Μαρδοχαῖος δὴ, διὰ σοφίαν τε τὴν οἰκοθεν αὐτοῦ νόμον, καὶ προσκυνεῖν ἄνθρωπον, [h] παραφυλάξας ὁ Ἀμάνης, ἐπυνθάνετο πόθεν εἴη. μαθὼν δὲ αὐτὸν ὄντα Ἰουδαῖον, ἠγανάκτησε, καὶ [i] πρὸς ἑαυτὸν εἶπεν· ὡς οἱ μὲν ἐλεύθεροι Πέρσαι προσκυνεῖζιν αὐτὸν, [k] ἔτος δὲ δοῦλος ὢν οὐκ ἀξιοῖ τοῦτο ποιεῖν. καὶ [l] τιμωρῆσαι θελήσας τὸν Μαρδοχαῖον, αὐτὸν μὲν αἰτήσασθαι πρὸς κόλαζιν παρὰ βασιλέως μικρὸν ἡγήσατο, τὸ δὲ ἔθνος αὐτοῦ διέγνω πᾶν ἀφανίσαι· καὶ γὰρ φύσει τοῖς Ἰουδαίοις ἀπηχθάνετο, ὅτι καὶ τὸ γένος τῶν Ἀμαληκιτῶν, ἐξ ὧν ἦν αὐτὸς, ὑπ' αὐτῶν διέφθαρτο. προσελθὼν οὖν τῷ βασιλεῖ κατηγόρει λέγων· "ἔθνος εἶναί τι πονηρὸν, διεσπάρθαι δὲ τοῦ "τὸ κατὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένης οἰκουμένης, [m] ἄμικτον, ἀσύμφυλον, ἴδια θρησκείαν τοῦ αὐτοῦ τοῖς ἄλ- "λοις ἔχον, ἴδια νόμοις χρώμενον ὁμοίοις, ἐχθρὸν δὲ "καὶ τοῖς ἔθεσι καὶ τοῖς ὑπὲρ τηδεύμασι τῷ σῷ λαῷ καὶ "ἅπασιν ἀνθρώποις. τοῦτο τὸ ἔθνος, εἴ τινα θέλεις τοῖς "ὑπηκόοις εὐεργεσίαν καταθέσθαι, κελεύσας περόρριζον "[n] ἀπολέσαι· μηδέ τι αὐτοῦ λείψανον καταλιπεῖν, μήτε "εἰς δουλείαν τινῶν φυλαχθέντων, μήτε αἰχμαλωσίαν." ἵνα μέντοι μὴ ζημιωθῇ τὰς φόρους τοὺς παρ' αὐτῶν γινομένους, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας αὐτὸς ἐπηγγείλατο [o] μυριάδας δώσειν ταλάντων ἀργυρίου πεντήκοντα, ὅπου ἂν κελεύσῃ. πόθεν δὲ τὰ χρήματα παρέξειν ἡδέως ἔλεγεν, ἵν' ἀπὸ τούτων εἰρηνεύθῃ τὰ κακῶν ἡ βασιλεία.

ς'. Ταῦτα δὲ Ἀμάνου ἀξιώσαντος, ὁ βασιλεὺς καὶ τὸ ἀργύριον αὐτῷ χαρίζεται καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε ποιεῖν αὐτοὺς ὅ, τι βούλεται. τυχὼν δὲ ὧν ἐπεθύμει Ἀμάνης, παρεσκεύασε πέμψαι [p] διάταγμα ὡς δὲ βασιλέως εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη, περιέχον τοῦτον τὸν τρόπον. "[q] Βασιλεὺς μέγας "Ἀρταξέρξης τοῖς ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως τῆς Αἰθιοπίας ἑπτὰ καὶ "εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σατραπῶν ἄρχουσι, τάδε γράφει. Πολ- "λῶν ἐθνῶν ἄρξας, καὶ πάσης ἧς ἐβουλήθην κρατήσας "οἰκουμένης, καὶ μηδὲν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ὑπερήφανον μη- "δὲ σκαιὸν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἀναγκασθεὶς ἁμαρτεῖν, "ἀλλ' ἡμέρᾳ καὶ πρᾴῳ καὶ μετρίῳ καὶ ἐπιεικεῖ, καὶ προνοησά- "μενος [s] εἰρήνης καὶ ὁμονοίας αὐτοῖς, ἐζήτουν πῶς εἰς "ἅπαντα τὰ τῶν [t] ἀπολαύειν αὐτοῖς γένοιτο, καὶ ἅ μοι συ- "φρονοῦσι καὶ δικαιοσύνῃ παρ' ἐμοὶ τῷ πρώτῳ μοῖραν "δόξης καὶ τιμῆς ἔχουσι, καὶ μετ' ἐμὲ δευτέρᾳ διὰ "πίστιν καὶ βεβαίαν εὔνοιαν, Ἀμάνῃ, [u] κηδεμονικῶς "ὑποδείξαντός μοι παντάπασιν ἀνθρώποις ἀναμεμίχθαι

veritatem invenit. Et Eunuchos quidem cruci suffixit, Mardochæo vero, ut qui salutis ipsi auctor fuerat, tunc quidem nihil præstitit: tantum nomen ejus à commentariensibus in annales referri jussit, ipsumque in regia manere, inter Regis habitum amicos maxime necessarios.

5. Tum quidem moris erat ut Amanem, Amadathæ filium, genere * Amalecitam, quoties ad Regem ingrederetur, summisse venerarentur tam Persiæ quam exteri, quod hunc ei honorem ab illis exhiberi Artaxerxes imperasset. Cum vero Mardochæus, propter sapientiam & patriarum legum reverentiam, hominem non adoraret, Amanes, hoc observato, percontatus est undenam *ille* esset. Ubi autem didicit Judæum esse, indignatus est, sibique dixit, se quidem à Persis ingenuis adorari, illum vero utpote servum hoc facere dedignari. Cumque voluisset pœnas de Mardochæo sumere, parum quidem esse ratus est ipsum ad supplicium deposcere, illius vero ex gente universos delere secum statuit: etenim à natalibus erat Judæis infensus, quia genus Amalecitarum, ex quibus ortus erat, ab iis perditum fuerat. Rege itaque adito accusationem instituit, dicens; "gentem "esse quandam malignam, eamque per universas "illius imperii regiones dispersam, segregem, in- "sociabilem, neque religionem cum aliis commu- "nem habentem, neque paribus utentem legibus, "sed & moribus & institutis pugnantem cum tuo "populo, cæterisque hominibus. Hanc gentem, "si quid beneficii & gratiæ subditis tuis vis con- "ferre, jube radicitus exstirpari, ita ut nullæ ejus "reliquiæ supererssent, nemine quidem aut ad ser- "vitutem aut ad captivitatem servato". Verum, ne quid damni *Rex* patiatur, mulctatus illorum tributis, ipse de suis bonis quadraginta argenti talentorum millia se daturum pollicitus est, ubicunque præceperit. Atque hanc summam libenter se largiturum esse dicebat, ut regnum *ejus* ab ista peste & pernicie liberatum pacem agitaret.

Amanes Amalecita Judæis infestus. *Esth.* 3.

Amanes à Rege postulat ut Judæi perdantur. *Esth.* 3.

6. Postquam ista Amanes petiisset, Rex ei & argentum donavit & homines, ut de illis pro arbitratu suo statueret. Amanes autem, voti compos, statim edictum nomine Regis ad omnes nationes mittit, in hanc sententiam. "Rex magnus "Artaxerxes centum & viginti septem satrapis, "ab India ad Æthiopiam, hæc scribit. Cum multarum gentium dominatum, & totius orbis quam "late volui imperium consequutus fuerim, nihil- "que superbum aut sævum in subditos necessitate "coactus admiserim, sed mitius & cum lenitate a- "gendo, curandoque ut pace justisque legibus fru- "antur, illis consuluerim, studuerimque quo mo- "do in omne ævum hæc firma illis maneant & "perpetua; Amanes autem, qui propter prudentiam & justitiam à me præ cæteris decus & honorem adeptus est, & ob fidem constantemque "benevolentiam proximum mihi locum obtinet, "me pro summa sua cura submonuerit, omnibus "per orbem hominibus permixtam esse gentem in- "fen-

Edictum ad Judaïci nominis excidium scriptum. *Esth.* 3.

b Τἀληθὲς ἐξεῦρε.] Καὶ ταληθὲς ἐξέυρεῶν, τὰς μ̄ *Hen.* & *Epiphan.*

c Ἀνεζαύρωσε,] LXX. ἀφείμασε, idque magis propriè juxta H. Grotium. SPANH.

* *Amalecitam*,] Vide Huetium D. E. p. 176.

d Τὸ ὄνομα τοῖς τὰ ὑπομνήματα] Hac de re videsis *Brissonium* in lib. 1. de *Regno Persarum*, p. 93.

e Ἀμάνῃ δ'] Ita *MSS.* Ἀμᾶν in *Editis*.

f Ἀμαδάθου] Sic *Gen. Vat.* & *Vet. Interpr.* Ἀμαδάνου *Bas.* & *Hen.*

g Παρ' αὐτῶν Ἀρταξέρξου κελεύοντος προσκυνεῖν.] Illa παρ' αὐτῶν ex *MSS.*

h Παραφυλάξας ὁ Ἀμάνης] Φυλάξας *Vat.*

i Πρὸς ἑαυτὸν εἶπεν·] Ita *Vat.* & ut puto *Epiph.* πρὸς αὐτὸν in *cæteris*.

k Οὗτος δὲ δοῦλος] Ὁ δὲ *Hen.*

l Τιμωρήσασθαι θελήσας τὸν Μαρδοχαῖον,] Τιμωρήσασθαι *Hen.* & *Vat.*

m Ἀμικτον, ἀσύμφυλον,] De Judæis *Tacitus*: Separati epulis, discreti cubilibus. SPANH.

n Ἀπολέσαι·] Ita *MSS.* & *Zonar.* ἀπολέσαι in *Editis*.

o Μυριάδας δώσειν ταλάντων ἀργυρίου πεντήκοντα] Ἀργυρίου τάλαντα μύρια *Esth.* c. 3 v. 9.

p Διάταγμα ὡς δὲ βασιλέως] Διατάγματα *Hen.* ut & *Epiphan.* qui mox etiam περιέχοντα legisse videtur. nam vertit, *præcepta hunc modum continentia*.

q Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης] Exstat hæc Epistola in Versione LXX. Esth. III. post v. 13. cujus summa tantum traditur in *Hebr* III. v. 14. SPANH.

r Κεντήσας οἰκουμένης,] حيا نكبو. REL.

s Εἰρήνης καὶ ὁμονοίας] Εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν *Hen.*

t Ἀπολαύειν αὐτοῖς γένοιτο,] Ita cum *Hen.* (Coccejo) *Vat.* & *Vet. Interpr.* ἀπολαβεῖν in *Editis Aliisque*. utraque lectio ferri potest.

u Κηδεμονικῶς] Sic in *Gall.* & *Hen.* qui ad hunc modum legit.

"fensam omnibus, & aversam à legibus, & regum "imperia detrectantem, & moribus *à cæteris* dis- "sentientem, summoque monarchiam odio habe- "re, & maligno in res nostras animo esse: *jubeo ac* "edico, ut qui vobis significati fuerint ab Amane, "altero meo patre, eos omnes cum uxoribus & "liberis perdatis, nemini omnino parcentes, ne- "que misericordiæ plus quam mandatis *nostris* tri- "buentes, contra edicta faciatis. atque hoc fieri "volo decimo tertio die duodecimi mensis instan- "tis anni, ut nostri undique inimici uno die deleti "vitam nobis in posterum quietam tranquillam- "que præstent." Hoc mandato in urbes & regio- nes perlato, omnes in Judæorum exitium & uni- versum interitum die constituta parati erant. At- que in hoc properatum etiam Susis. Interea qui- dem Rex & Amanes epulis accumbebant & com- potationibus: urbs vero anxia erat & perturbata.

Mardochæus ceteriqué Judæi, lugent. Esth. 4.

7. Mardochæus autem, ubi cognoverat quid actum esset, vestes discerpsit, & centonem indu- tus, & pulvere consperso, per urbem ibat, clamitans, interfici gentem quæ nemini fecit injuriam. Atque hoc vociferans usque ad regiam veniebat, & ibi *demum* constitit. non enim illi ejusmodi ve- stitu eam ingredi licebat. Idem & omnes fecerunt Judæi per civitates, quibus hac de re literæ pro- mulgatæ erant, lugentes & ob denunciatam sibi cladem lamentantes. Postquam vero Reginæ quidam nunciaverant, Mardochæum in tam misera- bili habitu stare pro foribus regiæ: ex hac re audità consternata, mittebat qui ei vestimenta muta- rent. Cum autem recusaret centonem exuere, quod nondum cessasset malum istud, quo ad illum sumendum adactus est, eunuchum Achratheum (nam & is tum forte illi aderat) ad se vocatum misit ad Mardochæum, ut disceret quidnam tri- ste ei accidisset, quod luctui indulgeret, atque ha- bitum istum, quem induerat, ne ipsa quidem ro- gante deponeret. Tum Mardochæus eunucho *rei* causam exposuit, & edictum contra Judæos in o- mnes provincias Regi subditas missum, summam- que pecuniæ, quam pollicitus à Rege impetrave- rat Amanes, ut *Judæorum* gens perderetur. Cum- que ei decreti, Susis ad *evertendos Judæos* propos- iti, exemplar dedisset Estheri perferendum, jube- bat ut nunciaret ei Regem pro illis suppliciter o- randum esse, nec infra se ducendum humilem pro gentis suæ incolumitate habitum sumere, quo de- precatura sit à Judæis interitus periculum. Ama- nem enim, Regi dignitate proximum, Judæos ac- cusando fecisse, ut rex vehementer illis irasceretur & succenseret. Quamprimum ista rescivit, rursus ad Mardochæum mittit, dicens, se à Rege *hoc jam triduo* non esse accersitam, & *pro certo* occidere quisquis ad eum non vocatus accesserit, nisi Rex

Esther ex Mardochæo scisciatur quæ lugendi causa sit. Esth. 4.

Mardochæus urget Estheram ut Judæorum patrocinium suscipiat.

"δυσμενὲς ἔθνος, καὶ τοῖς νόμοις ἀλλόκοτον, καὶ τοῖς "βασιλεῦσιν ἀνυπότακτον, καὶ παρηλλαγμένον [x] πρὸς ἅπα- "σι, καὶ τὴν μοναρχίαν μισοῦν, καὶ δύσνουν τοῖς ἡμετέροις "πράγμασι· κελεύω τοὺς δηλωθέντας ὑπὸ ἐμοῦ [y] δυσμε- "νῆ πατρὸς Ἀμάνου, πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις [z] ἀ- "πολέσαι, μηδεμίαν φειδὼ ποιησαμένους, μηδὲ ἐλεῶν "τὸν ἧττον ἢ τοὺς ἐπιβεβουλευκότας ἀδικεῖσθαι [a] τῶν "γεγραμμένων. καὶ τοῦτο βούλομαι τῇ τεσσαρεσκαιδε- "κάτῃ τοῦ [b] δωδεκάτου μηνὸς τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους, ὅπως οἱ "πανταχόθεν ἡμῖν πολέμιοι, μιᾷ ἡμέρᾳ διαφθαρέντες, "τὸν λοιπὸν μετ' εἰρήνης ἡμῖν τὸν βίον διάγειν παρέχωσι." τούτου [d] κομισθέντος τοῦ προστάγματος εἰς τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν, ἕτοιμοι πάντες, ὅπως τὸν τῶν Ἰουδαίων ἀπώλειαν [c] καὶ πανπληθεὶ ἐξολόθρευσιν, εἰς τὴν προφημένην ἡμέραν ἐγένοντο. ἐπυνθάνετο δὲ τοῦτο καὶ ἐν [f] τοῖς Σούσοις. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ ὁ Ἀμάνης πρὸς πότους ἦσαν· ἐν ταραχῇ δ' ἦν ἡ πόλις.

ζ'. Ὁ δὲ Μαρδοχαῖος μαθὼν τὸ [g] γινόμενον, περιρήξάμενος τὴν ἐσθῆτα, καὶ σάκκον [h] ἐνδυσάμενος, καὶ πανταχεάμενος σποδιὰν, διὰ τῆς πόλεως ἐφέρετο, βοῶν, ὅτι [i] μηδὲν ἀδικοῦσαν ἔθνος ἀναιρεῖται. καὶ τοῦτο λέγων ἕως τῶν βασιλείων ἦλθεν, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἔστη. οὐ γὰρ ἐξὸν εἰσελθεῖν οὕτω τοιοῦτον περικείμενον σχῆμα. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πάντες ἐποίησαν [k] οἱ ἐν τοῖς πόλεσιν Ἰουδαῖοι, ἐν αἷς καὶ περὶ τούτων προτεθῇ γράμματα, θρηνοῦντες καὶ τὰς καταγγελθείσας αὐτοῖς συμφορὰς ὀδυρόμενοι. ὡς δ' ἀπήγγειλάν τινες τῇ βασιλίσσῃ τὸν Μαρδοχαῖον ἐν ὑπαίθρῳ οἰκτρῷ σχήματι [l] πρὸ τῆς αὐλῆς ἑστῶτα, ταραχθεῖσα πρὸς τὸν ἀκολουθοῦντα, [m] ἐξέπεμπε τοὺς [n] μεταμφιέσοντας αὐτόν. ὁ πεσόντος δ' ἀποδύσασθαι τὸν σάκκον, ὁ γὰρ ἐφ' ᾧ τοῦτον ἀναγκασθείη λαβεῖν δεινῷ πεπαῦσθαι τοῦτο, προσκαλεσαμένη τὸν εὐνοῦχον [o] Ἀχραθέον, καὶ γὰρ [p] ἐτύγχανεν αὐτῇ παρὼν, [q] ἀπέστειλε πρὸς Μαρδοχαῖον, γνωσόμενον τίνος συμβεβηκότος αὐτῷ σκυθρωπὸν πενθεῖ, καὶ τὸ σχῆμα τοῦτο περικείμενος. ὁ δὲ Μαρδοχαῖος, ἐπέδειξε τῷ εὐνούχῳ τὴν αἰτίαν, τό, τε γράμμα τὸ περὶ τῶν Ἰουδαίων εἰς ἅπασαν τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ χώραν διεπεμφθὲν, καὶ τὴν [r] τῶν χρημάτων ὑπόσχεσιν, ἣν τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἔθνους [s] ὑπέσατο Ἀμὰν τῷ βασιλέως Ἀμάνης. δοὺς δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἀντίγραφον τοῦ ἐν [t] Σούσοις προτεθέντος κομίσαι τῇ Ἐσθῆρι, καὶ περὶ τούτων δεηθῆναι τοῦ βασιλέως ἐπιτίλλεσθαι, καὶ σωτηρίας ἕνεκα τοῦ ἔθνους μὴ ἀδοξῆσαι λαβεῖν σχῆμα ταπεινὸν, ὃ φθαρτὸν τοὺς Ἰουδαίους κινδυνεύοντας ἀπολέσθαι. τὴν γὰρ τῷ δευτέρᾳ ἔχοντα τῷ βασιλεῖ πρὸ τοῦ Ἀμάνου, κατηγορήσαντα τοῦ Ἰουδαίων, παροξυγκέναι κατ' αὐτῶν τὸν βασιλέα. ταῦτα γνοῦσα, [v] πέμπει πάλιν πρὸς Μαρδοχαῖον δηλοῦσα, [x] ὅτι μήτε κληθεῖη πρὸς τοῦ βασιλέως, [y] καὶ ὁ εἰσερχόμενος πρὸς αὐτὸν ἄκλη-

git. κηδεμονικῶς ἁπάντων ὑπεδείξατός μοι πάσιν &c. in *cæteris* κηδαιμονικῶς. Vocem κηδεμονικῶς non agnoscit *Epiphan.* qui, lectionem à nostra diversam sequutus, in hunc modum se habet, *unus qui sapientia ac fide cæteros præcellebat, Aman nomine, indicavit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui non nostris uteretur legibus, & contra omnium gentium faciens consuetudinem, regum jussa contemneret, & universarum concordiam nationum sua dissensione violarit. Quod cum didicissemus, videntes unam gentem rebellem adversus omne genus hominum perversis uti legibus, nostrisque jussionibus contraire, & turbare subjectarum nobis provinciarum pacem atque concordiam, jussimus, ut quoscunque Aman, qui omnibus provinciis præpositus est, & secundus meus est pater, monstraverat, cum conjugibus* &c. Confer etiam *Esth.* c. 3. v. 13. &c. HUDS. Vel κηδημονικῶς· Α κηδημών, qui curam gerit apud Æschyl. Suppl. v. 79. εἴ τις ἐστὶ κηδεμών, & apud Xenoph. Anab. p. 297. A. Apud Euripid. verò pro genero in Medea v. 991. SPANH.

x Τοῖς ἔθεσι,] Ita *Hen.* & *Vat.* καὶ τοῖς ἔθεσι in *Editis.*

y Δυστέρᾳ μοι παρὰ Ἀμάνου.] Eadem phrasis occurrit in *Esth.* c. 3. v. 17. & in *Pseudo-Esth.* c. 16. v. 11.

z Ἀπολέσαι,] Ἀπολέσαι *Busb.* & *Vat.*

a Τῶν γεγραμμένων.] Τῶν γεγραμμένων *Hen.* & *Vat.*

b Δικαίτῃ δὲ δωδεκάτου μηνὸς] Nempe Adar de quo Esth. III. 7. & infr. §. 12. SPANH.

c Δωδεκάτου μηνὸς] Τοῦ δεκάτου *Hen.* ια'. *Vat.* perperam, ut constat ex *Esth.* c. 3. v. 17.

d Κομισθέντος δὲ τοῦ προστάγματος] Διὰ βιβλιοφόρων LXX. Esth. III. 13. SPANH.

e Καὶ παντελῆ ἐξολόθρευσιν,] Illa καὶ παντελῆ ἐξολόθρευσιν desunt *Hen.* nec legisse videtur *Epiphan.*

f Τῇ Σούσῃ.] Mallem ἐν τοῖς Σούσοις, ut supra aliquoties. HUDS. Conf. supr. lib. 10. c. XI. §. 7. SPANH.

g Γινόμενον,] Γενόμενον *Busb.*

h Ἐνδυσάμενος,] Ἐνδὺς *Hen.* & *Busb.*

i Μηδὲν ἀδικοῦσαν] Αἴρει ἔθνος μηδὲν ἀδικοῦν LXXII.

k Οἱ ἐν τοῖς πόλεσιν Ἰουδαῖοι,] Illud οἱ ἐν *Cod. Hen.*

l Πρὸ τῆς αὐλῆς ἑστῶτα,] Πρὸς τῇ αὐλῇ *Hen.*

m Ἐξέπεμπε τοὺς] Ita *Hen.* & *Vat.* ἐξέπεμψε in *cæteris.*

n Μεταμφιέσοντας αὐτόν.] Μεταμφιάσοντας *Gall. Vat.* & *Busb.*

o Ἀχραθέον,] Ἀχραθαῖον LXXII.

p Ἐτύγχανεν αὐτῇ παρὼν,] Ἔτυχεν *Hen.* & *Vat.*

q Ἀπέστειλε πρὸς Μαρδοχαῖον,] Ἀπέστειλε Μαρδοχαίῳ *Vat.*

r Τῶν χρημάτων ὑπόσχεσιν.] Illud τῶν ex *MSS.*

s Ὑπέσατο Ἀμάν] Ὑπέστο *Hen. Gall.* & *Busb.* ὑπέσχετο *Vat.*

t Σούσοις] Conf. lib. 10. c. XI. §. 7. SPANH.

v Πέμπει πάλιν] Ἀποπέμπει *Vat.*

x Ὅτι μήτε κληθείη] Ὅτι μὴ μετακληθείη *Hen.*

y Καὶ ὁ εἰσερχόμενος] Καὶ ὁ παρ' αὐτῶν [ἐτ. πρὸς αὐτὸν] εἰσελθὼν ἄκλητος *Hen.* & *Busb.*

z Ἀκλή-

ἀκλητος ἀποθνήσκῃ, πλὴν εἰ μή τινα σώζειν βουλόμενος πεποίηκεν τὴν χρυσέαν ῥάβδον. ᾧ γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσῃ ὁ βασιλεὺς, [z] ἀκλήτῳ πρὸς αὐτὸν εἰσελθεῖν, οὐτος οὐκ ἀποθνήσκει μόνος, ἀλλὰ συγγνώμης τυχὼν σώζεται. Μαρδοχαῖος δ', ταῦτα ἀπαγγελθέντος αὐτῷ τοῦ εὐνούχου πρὸς τὴν Ἐσθήρ τοὺς λόγους, ἀπαγγέλλειν ἐκέλευσεν αὐτῇ, μὴ τὴν ἰδίαν οὕτω σκοπεῖν σωτηρίαν, ἀλλὰ τὴν κοινὴν τοῦ ἔθνους. εἰ γὰρ [a] ἀμελήσει ταῦτα νῦν, ἔσεσθαι μὲν αὐτοῖς βοήθειαν παρὰ τοῦ Θεοῦ πάντως· αὐτὴν δὲ καὶ τὸν πατρῷον οἶκον αὐτῆς ὑπὸ τῶν ὀλιγωρηθέντων ἀφανισθήσεσθαι. ἡ δὲ Ἐσθὴρ [b] ἐπέστειλε μὲν τῷ Μαρδοχαίῳ, τὸν αὐτὸν πέμψασα ἄγγελον, εἰς [c] Σοῦσα [d] προσελθεῖν, τοὺς ἐκεῖ Ἰουδαίους εἰς ἐκκλησίαν συναγαγεῖν, καὶ νηστεῦσαι πάντων ἀποχομένους ὑπὲρ αὐτῆς ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας· τὸ δ' αὐτὸ [e] ποιήσασαν μετὰ τῶν θεραπαινίδων, τότε προσελεύσεσθαι τῷ βασιλεῖ παρὰ τὸν νόμον ὑπισχνεῖτο, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ τοῦτο ὑπομένειν.

η'. Καὶ Μαρδοχαῖος μὲν κατὰ τὰς τῆς Ἐσθῆρος ἐντολὰς, τόν τε λαὸν ἐποίησε νηστεῦσαι, [f] καὶ τὸν Θεὸν σὺν αὐτοῖς ἱκέτευσε, μηδὲ νῦν ὑπερίδεῖν αὐτοῦ τὸ ἔθνος ἀπολλύμενον, ἀλλ' ὡς καὶ πρότερον αὐτὸ πολλάκις προενόησε καὶ [g] ἁμαρτῶσι συνέγνω, καὶ νῦν αὐτὸ ῥύσασθαι τῆς κατηγγελμένης ἀπωλείας. οὐδὲ γὰρ [h] ἁμάρτον τι [i] κινδυνεύειν ἀκλεῶς ἀποθανεῖν, [k] ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς Ἀμάνου ὀργῆς, ὅτι μὴ προσεκύνησε, μηδ' ὑπ' αὐτοῦ, δεσπότου, φησὶ, τιμὴν παρεῖχον, ταύτην ἐκείνῳ προσφέρειν [l] ὑπέμενα, ὀργισθεὶς πᾶσι κατὰ τῶν μὴ προσκυνούντων [m] τοὺς σοὺς νόμους ἐμηχανήσατο. τὰς δ' αὐτὰς ἱκεσίας καὶ τὸ πλῆθος φωνὰς, προσκαλοῦμαι [n] προνοῆσαι τὸν Θεὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τὰς ἐν ἁπάσῃ γῇ Ἰσραηλίτας ἐξελέσθαι τῆς μελλούσης συμφορᾶς. καὶ γὰρ προ ὀφθαλμῶν αὐτὰ εἶχον, ἤδη καὶ προσεδόκων. [o] καὶ Ἐσθὴρ ἡ ἱκέτευε τὸν Θεὸν τῷ πατρῴῳ νόμῳ, ῥίψασα κατὰ τῆς γῆς ἑαυτὴν, καὶ πενθικὴν ἐσθῆτα προβεβλημένη, [p] καὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ τῶν ἡδέων [q] ἀποταξαμένη τρισὶν ἡμέραις, ἠτεῖτο τὸν Θεὸν ἐλεηθῆναι μὲν αὐτὰ, [r] δόξαι δ' ὀφθεῖσα τῷ βασιλεῖ πιθανὰ μὲν τοὺς λόγους προσκαλέσασθαι, τὸ δὲ εἶδος ὑπερεπιτερπέστερον [s] τῆς προτέρας ἕξουσα, ἵνα ἀμφοτέροις καὶ πρὸς τὴν προσήτησιν τῆς ὀργῆς, εἴ τι [t] παροξυνθείη πρὸς αὐτὰ ὁ βασιλεὺς, χρήσιμον, καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ὁμοεθνῶν, ἐν τοῖς ἐσχάτοις συμβούλων, μῖσός τι ψυχῇ τῷ βασιλεῖ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τῶν Ἰουδαίων, καὶ [v] τὴν ἀπώλειαν αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν, ἐὰν ὀλιγωρηθῶσιν ὑπ' αὐτοῦ, καταστρώσωνται.

θ'. Ταῦτα ἱκετεύσασα τὸν Θεὸν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, ἀποδύεται μὲν τὴν ἐσθῆτα ἐκείνην, καὶ τὸ χῆμα μεταβάλλει, κοσμησαμένη δ' ὡς ἐχρῆν τὴν βασίλισσαν, σὺν δυσὶ θεραπαίναις, ὧν ἡ μὲν ἐπερειδομένῃ αὐτῇ κόσμως ἔφερεν, ἡ δ' ἑπομένη τὸ βαθὺ [x] ἐνδύματος ἐπὶ μέχρι τῆς γῆς κεχυμένον ἄκροις ἀπηώρει τοῖς δακτύλοις, ἦκε πρὸς τὸ βασιλέα, μετὰ μὲν τὸ πρόσωπον ἐρυθήματος, προσηνὲς

ei, quem vult servari, virgam auream porrexerit. Cui enim hoc fecerit Rex, licet ad eum ingressus fuerit non vocatus, is non solum non moritur, sed venia impetrata incolumitate donatur. Mardochæus autem, cum eunuchus hæc verba ab Esthere ad eum retulisset, jussit ei renunciari, non eam oportere suam *solicite* adeo respicere salutem, sed gentis universæ rationem habere. nunc enim si hoc facere negligat, Deum quidem omnino ei laturum auxilium, ipsam vero domumque patriam perditum iri ab illis quos contempserat. Tum Esther, eodem ministro remisso, Mardochæo mandavit, ut Susa profectus Judæos omnes, qui illic adsint, in concionem advocaret, qui pro ipsa jejunent, triduo omni cibo atque potione abstinentes; se vero, ubi idem cum suis ancillis fecerit, tunc regem *etiam* contra legem adituram esse pollicebatur, & si perire necesse habeat hoc ipsum non recusare. *Esther Judæorum causam agere promittit. Esth. 4.*

8. Et quidem Mardochæus, prout Esther jusserat, & auctor erat ut populus jejunium ageret, unaque cum illis supplex Deum precatus est, ne gentem suam in extremum periculum adductam nunc despiceret; sed, quemadmodum antea ipsius saluti sæpe prospexerat, vitiisque & peccatis ejus ignoverat, ita nunc à denunciato liberaret interitu. non enim sua culpa accidisse ut vitæ per dedecus amittendæ discrimen adeat: sed ipsummet in causa esse cur Amanes adeo ira excandescat. Quod *illum* non adoravi, & eundem, inquit, quem tibi, Domine, præstare solebam, honorem ei habere non sustinui, iratus ista illis machinatus est, qui nihil contra leges tuas faciunt. Populus etiam vocem eandem mittebat, Deum orans atque obsecrans ut illorum saluti consuleret & provideret, omnesque per terrarum orbem Israëlitas à calamitate futura eripere dignaretur. nam & eis ob oculos jam versabatur, & *diem ex die* exspectabant. Esther quoque Deo supplicabat more patrio humi in faciem prostrata, & veste lugubri amicta; ac per triduum à cibo abstinens & potu & *omnibus* deliciis, Deum rogabat ut sortis quidem ipsius misereretur, ubi vero Regis in conspectum venerit, facunda videretur supplicantis oratio, & speciem præ se ferret pulchriorem quam usquam antea & venustiorem; ut ad Regis iram, si forte in eam exardesceat, mitigandam utrisque uteretur, & in præsidium popularium suorum extremo in periculo versantium; Regisque animum concitaret in odium illorum, qui in Judæos exercent inimicitias, illisque exitium, si à Rege despectui habeantur, *brevi* occursurum pararunt. *Mardochæus Deum Judæis precatur propitium. Esth. 4.* *Esther Regem adstéra Deum orat, ut, suorum miserétus, Regis animum flectat. Esth. 4.*

9. Cum ista per triduum supplex petiisset à Deo, vestem lugubrem exuit, habitumque mutat; ac deinde reginæ more culta & ornata, cum duabus ancillis, quarum altera ipsam leviter inclinatam ferebat, altera insequebatur & vestem promissam & humi fusam summis digitis attollebat, Regem adiit rubore genas suffusa, formæque venustate decora quæ cum dignitate erat conjuncta. *Esther Regem adit, pro Judæis intercessura. Esth. 5.*

ad

z Ἀκλήτῳ πρὸς] Ἀκλήτῳ προσελθόντι *Vat.*

a Ἀμελήσει] Ita *MSS.* (& *Cocceius*) ἀμελείσει τοῦτο perperam in *Editis.*

b Ἐπέστειλε μὲν τῷ Μαρδοχαίῳ,] Sic *Bas.* & *Hen.* ἀπέστειλε in *reliquis.*

c Σοῦσα] Σοῦσαν *Hen.*

d Προσελθόντι,] Eo modo *MSS.* προσελθόντα in *Editis.*

e Ποιήσασαν μετὰ τῶν θεραπαινίδων,] Ποιήσασα *Busb.* ποιησαμένη *Vat.*

f Καὶ τὸν Θεὸν σὺν αὐτοῖς ἱκέτευσε,] Καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν ἱκέτευσε μηδὲν ὑπερίδεῖν αὐτὸ *Vat.*

g Ἁμαρτῶσι συνέγνω,] Ἁμαρτοῦσι *Hen. à manu secunda.*

h Ἁμαρτόν τι] Male in *Gen. Aliisque* ἁμαρτών τι.

i Κινδυνεύειν ἀκλεῶς ἀποθανεῖν,] Κινδυνεύειν *Hen.* & *Vat.*

k Ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τὴν αἰτίαν] Ἀλλ' αὐτὸν ἦ εἶναι *Hen.* ἀλλ' αὐτὸν ἦδ' εἰδέναι τὴν αἰτίαν *Vat.* quo modo & *Epiphan.* qui vertit, *cum & ipse dominus nosset causam furoris Aman* &c. Quæ lectio præferenda sit, aliorum esto judicium.

l Ὑπέμενα,] Ὑπέμενον *Hen.* & *Vat.*

m Τοὺς σοὺς νόμους ἐμηχανήσατο.] Τοὺς νόμους σου *Hen.*

n Προνοῆσαι τὸν Θεὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν,] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* προνοῆσαί τι τὸν Θεὸν in *Editis.*

o Καὶ Ἐσθὴρ ἡ ἱκέτευε] Ἱκέτευε ἡ καὶ ἡ Ἐσθὴρ *Hen.* & *Vat.*

p Καὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ τῶν ἡδέων] Illa καὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ τοῖς ἡδέσιν ἀποταξαμένη desunt in utroque Cod. *Vat.* τροφῆς καὶ ποτοῦ τοῖς ἡδέσι legit *Grotius* ad *Esth.* c. 4. v. 16.

q Ἀποταξαμένη] Ἀπεταξατο infr. c. VIII. §. 6. SPANH.

r Δόξαι δ' ὀφθεῖσαν τῷ βασιλεῖ] Ita *Hen. Busb.* & *Epiphan.* δόξαι in *Editis Aliisque.*

s Τῆς προτέρας ἦσαν,] Τῆς τάχιον *Hen.*

t Παροξυνθείη πρὸς αὐτὰ ὁ βασιλεύς,] Ita *MSS.* (& *Cocceius*) παροξυνθείη in *Editis.*

v Τὴν ἀπώλειαν αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν,] Illud τὴν ex *MSS.*

ad ipsum vero ingrediebatur metu anxia *& solicita*. Cum autem in aspectum ejus veniret, in solio sedentis, stolis amicti regiis, ex veste variis coloribus intertexta, auro gemmisque distincta, atque ob ista, ut videre sibi visa est, terribilioris; cumque & ipse eam torvius intueretur, vultuque ira accenso, statim viribus ex metu destituitur, illisque qui ad latus erant incubuit exanimata. Rex autem, Dei ut arbitror voluntate, animum mutavit, & conjugi metuens ne quid gravius ex consternatione pateretur, è solio desiluit, eamque ulnis exceptam refocillabat & complexu & blando alloquio, jubendoque bono esse animo, nullaque mali tristioris suspicione teneri, quod ad eum non vocata accesserit. nam legem istam subditis esse latam, ipsi vero, cui commune cum illo imperium est, omnino licere *hoc facere*. Hæc loquutus sceptrum in manus ei tradidit, & virgam ejus cervici admovit legis ergo, ut eam *omni* metu solveret. Illa vero, cum istis adhibitis se collegisset, "Domine, inquit, eloqui haud facile possum, quid "mihi derepente acciderit. ut enim te videbam, "magnum & pulchrum & verendum, continuo "abscedebat spiritus animique deliquium patiebar." Cum autem illa ægre hæc *verba* languida & debili voce protulisset, tum Rex dolore angi & turbari cœpit, & Estherem confirmare ut animum resumeret & meliora exspectaret, persuasumque haberet, se vel regni dimidium, si istud posceret, ei concessurum esse. Esther vero petiit, ut una cum Amane amico ad se comessatum veniret, nam ipsam convivium parasse dicebat. Quod cum annuisset, & *ambo* adessent, inter pocula *Rex* jussit Estherem ei proponere quid fieri vellet: nihil enim non impetraturam, etiamsi regni partem sibi dari postulaverit. At illa in crastinum differre volebat quod in animo habuerit ei dicere, si modo cum Amane rediret ad convivium.

Esther benigne à Rege excipitur. Esth. 5.

Regem & Amanem ad convivium invitat. Esth. 5.

10. Rege vero *se adfore* pollicito, Amanes lætus admodum egressus est, quod solus dignus sit habitus qui cum Rege ab Esthere convivio exciperetur, quodque nemo alius tantum honorem à regibus fuerit assequutus. Cum autem pro foribus regiæ vidisset Mardochæum, de eo vehementer indignatus est: nam ipsi, in conspectum ejus venienti, nullum honorem exhibuit. cumque domum reverteretur, Zarazam & amicos *suos* accersit. Illis, ubi aderant, narravit, quanto esset in honore cum apud Regem tum apud Reginam: ut scilicet & ea die solus cum Rege ab ea vocatus esset ad convivium, & in crastinum etiam invitaretur. ac præterea dicebat, sibi displicere, quod viderit Mardochæum Judæum pro foribus regiæ. Ubi autem Zaraza uxor ei suggessérat, ut juberet lignum excidi quinquaginta cubitorum, & mane à Rege contenderet ut in crucem tollatur Mardochæus: consilio laudato, domesticis mandavit ut lignum pararent, & in atrio erigerent ad Mardochæi supplicium. Et hoc quidem paratum est. Deus autem spem Amanis improbe conceptam irridebat: cumque rerum nosset eventus, gaudebat eo quod eventurum erat. Regi enim illa nocte somnum adimit. Ille vero, nolens vigilias nihil a-

Amanis hac ex re lætitiam in indignationem vertit Mardochæus.

Amanes Mardochæo crucem uxoris suasu parat. Esth. 5.

ἢ δ' ἐσεμνὸν ἐπικεκμένη τὸ κάλλος. εἰσῄει δὲ πρὸς αὐτὸν μὴ δέος. ὡς δὲ κατ' πρόσωπον αὐτοῦ, καθεζομένου ἐπὶ βάθρου, γίνεται, τὸ βασιλικὸν ἐνδεδυμένου κόσμον, ὃς ἦν ἐκ ποικίλης μὲν ἐσθῆτος, χρυσοῦ δὲ λίθου πολυτελοῦς, φοβερώτερον δὲ δι' αὐτὰ μᾶλλον θεασαμένη, καί τι καὶ πρὸς τὴν ὀργὴν τῷ προσώπῳ. πάρεσις δ' αὐτὴν κατὰ θεὸν λαμβάνει· καὶ τοῖς φίλοις παλαίουσιν ἐστιν ἀχανὴς ἐπιπεσοῦσα, ὁ δὲ βασιλεὺς, καὶ βάλλησιν οἴκτου πρὸς θεοῦ, τὴν ἀμφίνοιαν μεταβαλὼν, καὶ δείσας τὴν τοῦ γυναικὸς, μὴ δὲ πάθοι τι τῶν χαλεπῶν κατὰ δὲ φόβος, ἀνεπήδησεν ἀπὸ δὲ θρόνου, καὶ τὴν ἀγκάλαις αὐτὴν ἀναλαβὼν ἀνεκόμισε, καταπαυόμενός τε δὲ προσομιλῶν ἡδέως, καὶ θαρρεῖν παρεκελεύων, καὶ μηδὲν ἀνακλαυσθῆναι σκυθρωπὸν, ὅτι πρὸς αὐτὸν ἄκλητος ἦλθοι. τὸ γὰρ νόμον τοῦτον πρὸς τοὺς ἀγνοοῦντας κεῖσθαι· τὴν δὲ, ὁμοίως αὐτῷ βασιλεύουσαν, πᾶσαν ἔχειν ἄδειαν. ταῦτα λέγων, τὸ σκῆπτρον αὐτῆς ἐνέπιπτε τῇ χειρὶ, καὶ τὴν ῥάβδον ἐξέτεινεν ἐπὶ τὸ αὐχένα αὐτῆς διὰ τὸν νόμον, ἀπολύων αὐτὴν ἀνάγκης. ἡδὺ δὲ ταῦτα ἀναζωπυρήσασα, "δέσποτα, εἶπεν, οὐκ ἔχω σοι τὸ αἰφνίδιον "συμβεβηκὸς μοι ῥᾳδίως εἰπεῖν. ὡς γὰρ εἶδόν σε, μέγαν "καλὸν δὲ φοβερὸν, ἀθυμίᾳ μὲ τὸ πνεῦμα, καὶ "κατελειπόμην ἀπὸ τῆς ψυχῆς." μόλις δ' αὐτῆς δὲ ποτε φθεγγομένης, καὶ μὴ ἀσθενείας, αὐτόν τε ἀγωνία δὲ παραχὴ καταλάμβανε, καὶ τὴν Ἐσθῆρα ἀθυμεῖν καὶ τὰ κρείττω προσδοκᾶν παρεθάρρυνεν, ὡς αὐτοῦ δὲ τὸ ἥμισυ τῆς βασιλείας εἰ δέοιτο τούτων ἀφαιρήσοντος αὐτῇ. ἡ δὲ Ἐσθὴρ ὅτι ἑστιάσειν αὐτὸν μετὰ Ἀμάνου φίλου πρὸς αὐτὴν ἐλθεῖν ἠξίωσε. παρεσκευάκει γὰρ αὐτὴν δεῖπνον ἔλεγεν. ὡς δὲ ἐπένευσε δὲ παρῆσαν, μεταξὺ πίνων, τὴν Ἐσθῆρα ἐκέλευσεν αὐτοῦ δηλοῦν τί βούλεται· μηδενὸς γὰρ ἀτυχήσειν, μηδ' ἂν τὸ μέρος τῆς βασιλείας ἐθέλησῃ λαβεῖν. ἡ δὲ εἰς τὴν ὑπόθεσιν ἀνεβάλλετο φέρειν αὐτοῦ τὴν αὐτῆς βούλησιν, εἰ πάλιν ἔλθοι πρὸς αὐτὴν μετὰ Ἀμάνου πρὸς ἑστίασιν.

ι'. Τῇ δὲ βασιλέως ὑποδεχομένῃ, ὁ Ἀμάνης ἐξῆλθε περιχαρὴς, ὅτι τῷ μόνον ἠξιῶσθαι συνδειπνεῖν τῷ βασιλεῖ παρὰ τῇ Ἐσθῆρι, καὶ ὅτι μηδεὶς ἄλλος τοσαύτης τυγχάνει παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τιμῆς. ἰδὼν δὲ ἐν τῇ αὐλῇ Μαρδοχαῖον, ὑπερηγανάκτησεν· ἐκ γὰρ αὐτοῦ παρ' αὐτὸν θεασαμένου πρὸς τιμὴν ἐγίνετο. καὶ παρελθὼν πρὸς αὐτὴν, τὴν γυναῖκα Ζάρραζαν ἐκάλεσε καὶ τοὺς φίλους. ὧν παρόντων διηγεῖτο τὴν τιμὴν, ἧς ἐκ παρὰ βασιλέως ἀπολαύοι μόνος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῆς βασιλίσσης· καὶ γὰρ σήμερον ὡς δειπνήσοντι παρ' αὐτῇ μόνος σὺν τῷ βασιλεῖ, καὶ κληθεὶς πάλιν εἰς τὴν ὑπιοῦσαν. ἔλεγέ τε μὴ ἀρέσκεσθαι, Μαρδοχαῖον ὁρῶντα ἐν τῇ αὐλῇ τὸν Ἰουδαῖον. τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ Ζαρράζας εἰπούσης, κελεῦσαι ξύλον κοπῆναι πηχῶν πεντήκοντα, καὶ περὶ τοῦ βασιλέως αἰτησάμενον ἀναστανρῶσαι τὸν Μαρδοχαῖον· ἐπαινέσας τὴν γνώμην, παρεσκεύαζε τοῖς οἰκέταις ξύλον ἑτοιμασαμένοις, εἶναι τοῦτο ἐν τῇ αὐλῇ πρὸς τιμωρίαν Μαρδοχαίου. καὶ τοῦτο μὲν δὴ ἕτοιμον. ὁ δὲ Θεὸς καταγέλα τῆς Ἀμάνου πονηρᾶς ἐλπίδος· καὶ τὸ συμβησόμενον εἰδὼς, ἐτέρπετο τῷ γλησομένῳ. τοῦ γὰρ βασιλέως διὰ νυκτὸς ἐκείνης ἀφαιρεῖται τὸν ὕπνον. ὁ δὲ βουλόμενος ἀργῶς διελέσαι τὴν

x Διακεκαυμένῃ] Διακεκαλυμμένῃ *Vat.*

y Πάρεσις] Conf. supr. lib. 9. c. 11. §. 3. SPANH. Πάρεσις, *languor.* gloss. REL.

z Καὶ τοῖς φίλοις παλαίουσιν ὑπὸ] Καὶ τῇ π. πλ. ἰσόν *Zonar.* ταῖς φίλοις παλαίουσιν ὑπὸ legisse videtur *Epiphan.*

a Αχανὴς,] Αχανὴς, ἀφθόγγος, ἄλαλος *Hesych.* Hæc autem de gravi illo Estheræ metu & deliquio non extant in Hebr. Estheræ, nec Græco LXX. SPANH.

b Ἀπὸ δὲ θρόνου,] Ἐκ δὲ θρόνου *Vat.*

c Ὑπολαβὼν ἀνεκάθητο,] Ἀναλαβὼν *Vat.*

d Ὑποπτεύειν σκυθρωπὸν,] Ita *MSS.* (& Coccejus) ὑποπτεύσειν in *Editis.*

e Εὐλαβείας] Ἡ δὲ εὐλάβεια σώζει πάντα· Sophocl. Oedip. Col. v. 116. SPANH.

f Ἀναζωπυρήσασα,] Forte ἀναζωπυρηθεῖσα. COCC.

g Ὑπεχώρει μοι τὸ πνεῦμα,] Ὑποχώρει μοι τὸ πν. *Hen.* & *Busb.*

h Πρὸς αὐτὴν ἐλθεῖν ἐξίωσε.] Ἐπ' αὐτὸν *Vat.* & mox infr. hac §. ἐφ' ἑστίασιν.

i Μόνον ἠξιῶσθαι] Μόνος *Busb.*

k Τοσαύτης τυγχάνει] Ταύτης τυγχάνει π. τ. β. ἢ τιμῆς *Hen.*

l Ζάρραζαν] זרש *Hebr.* Esth. v. 10. SPANH.

m Μόνος,] Μόνος *Hen.*

n Καὶ κληθεὶς πάλιν] Illud καὶ è *MSS.*

o Ἀνασταυρῶσαι] Ἀνασταυρῶσαι (pro simpliciter cruci affigere, prout & alibi) de Hamane. REL.

p Ἑτοιμασαμένοις,] Ἑτοιμασαμένης *Hen.* & *Busb.*

q Καταγέλα τῆς Ἀμάνου πονηρᾶς ἐλπίδος·] Ita *Hen. Busb.* & *Epiphan.* καταγελᾷ in *Editis.*

r Ἀργῶς] Ἀργὴς *Hen.*

τὴν ἀρχυπνίαν, ἀλλ' εἴς π[s] τ τῇ βασιλείᾳ διαφερόντων αὐτὴν ἀναλῶσαι, τ γραμματεῖα κομίσαντα καὶ τῶν περὶ αὐτὸ βασιλέων τὰ ὑπομνήματα καὶ τῶν [t] ἰδίων πράξεων, ἀναγινώσκειν αὐτῷ παρέταξεν. κομισθέντος δ' καὶ ἀναγινώσκοντος, εὑρέθη τις δι' ἀρετὴν ἐν τοῖς γέρας εἰληφὼς χώραν, ἧς καὶ τὸ ὄνομα ἐγέγραπτο. ἕτερον δ' διὰ πίστιν δωρεᾶς τετυχηκὼς [v] μειζόνων, ἦλθε καὶ ὅτι [x] Βαγαθῶου καὶ Θεοδέστου τοὺς ὑπιβεβουλευκότας δυσὶ τοῖς βασιλεῖ, ὧν Μαρδοχαῖος μηνυτὴς [y] γέγονεν. φερόντων δ' τοῦτο μόνον ἐκ γραμματείου, καὶ [z] μεταβαίνοντος [a] εἰς ἕτερον πρᾶξιν, ἐπέσχεν ὁ βασιλεύς, [b] πυθόμενος εἰ μὴ ἔχει γέρας αὐτῷ δοθὲν ἀναγεγραμμένον. ὁ δ' ὡς ἔφη μηδὲν εἶναι, κελεύσας ἡσυχάζειν, πότε εἴη τ νυκτὸς ὥρα παρ' ἃ τῶν [c] ὑπὸ τούτῳ τεταγμένων ἐπυνθάνετο. μαθὼν δ', ὡς ὄρθρος [d] ἐστὶν ἤδη, παρέταξε τῶν φίλων ὃν ἂν πρὸ τ αὐλῆς εὕρωσιν ἤδη παρόντα, τοῦτον αὐτῷ δηλοῦν. ἔτυχε δ' ὥστε Ἀμάνην εὑρεθῆναι. ἧττον γὰρ τ συνήθους ὥρας [d] ἐληλύθη, πρὸς ὃ Μαρδοχαῖος θανάτου [e] δεησόμενος αὐτοῦ. τῶν οὖν θεραπόντων [f] εἰπόντων, ὅτι Ἀμάνης εἴη πρὸ τ αὐλῆς, ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰσκαλέσαι. εἰσελθόντος δέ, "Φίλον, εἶπεν, εἰδώς σε ἐμαυτῷ "μόνον εὔνουν, συμβούλευσόν μοι παρακαλῶ, πῶς "ἂν τιμήσαιμί τινα τερπόμενον ὑπ' ἐμοῦ σφόδρα, τ "ἐμαυτοῦ μεγαλοφροσύνης ἄξιως." ὁ δ' Ἀμάνης λογισάμενος, ὡς ἂν δῶ γνώμην πιστὴν δώσειν ὑπὲρ [h] αὐτοῦ· φιλεῖσθαι γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τ βασιλέως μόνον· ὡς ὄντος ἀρίστου εἶναι, τοιοῦτον φανερὸν ἐποίησεν. εἶπε γάρ, "εἰ βούλοιο [i] τὸν ἄνθρωπον, ὃν φὴς ἀγαπᾶν, δό-"ξῃ περιβαλεῖν, ποίησον ἐφ' ἵππου βαδίζειν, τοῦ αὐ-"τοῦ ἐσθῆτα οἷ φοροῦσι, καὶ [k] περιαυχένιον χρυσοῦν "ἔχοντα, καὶ προάγοντα τῶν ἀναγκαίων φίλων ἕνα "κηρύσσειν δι' ὅλης τῆς πόλεως, ὅτι τοῦτος τυγχά-"νει τῆς τιμῆς ὃν ἂν ὁ βασιλεὺς τιμήσῃ." ὁ μὲν οὖν Ἀμάνης ταῦτα συνεβούλευσεν, οἰόμενος εἰς αὐτὸν [l] ἥξειν τὸ γέρας. ὁ δὲ βασιλεὺς ἡσθεὶς τῇ διανοίᾳ, "πορευθών, φησὶ, ἔχεις γὰρ καὶ τὸν ἵππον καὶ τὴν "στολὴν καὶ τὸν στρεπτὸν, πρόσβητησον Μαρδοχαῖον τὸν "Ἰουδαῖον, καὶ ταῦτα ἐκείνῳ δὸς, κήρυττε προάγων "αὐτοῦ τὸν ἵππον. σὺ γὰρ, ἔφη, μοὶ φίλος ἀναγκαῖος, "καὶ ἴσθι λόγου οὐ χρήσας συμβουλοῦ ἐμοί. ταῦ-"τα δὲ αὐτῷ παρ' ἡμῶν ἔστω σώσαντι μου τὴν ψυχήν." τούτων ἀκούσας ὑπὲρ πᾶσαν ἐλπίδα, τὴν διάνοιαν συνεχύθη, καὶ πλήξεις ὑπὸ ἀμηχανίας, ἔξεισιν ἄγων τ ἵππον καὶ τὴν πορφύραν, καὶ [m] τὸ χρυσοῦν περιαυχένιον. καὶ τὸν Μαρδοχαῖον εὑρὼν πρὸ τῆς αὐλῆς, σάκκον ἐνδεδυμένον, ἐκέλευσεν ἀποθέμενον ἐνδύσασθαι τὴν πορφύραν. ὁ δὲ, οὐκ εἰδὼς πάλησιν, ἀλλὰ χλευάζεσθαι νομίζων, "ὦ κάκιστε πάντων ἀνθρώπων, εἶ-"πεν, ἕως ἡμῶν τῆς συμφορᾶς [n] ἐπιγελᾷς;" πι-θεὶς δὲ ὡς ὁ βασιλεὺς αὐτῷ γέρας τοῦτ' εἴη δεδωκὼς, ἀντὶ τῆς σωτηρίας ἣν αὐτῷ παρέχε, τὸν [o] τότε ὑπι-βεβουλευσότας δυσὶν [p] ἐλέγξας, [q] ἐνδύεται τὴν πορφύραν ἣν ὁ βασιλεὺς ἀεὶ φορῶν διετέλει, καὶ περιτίθεται τὸ

gendo conterere, ſed in aliquid è ſummis imperii rebus impendere, præcepit ſcribæ ut rerum à ſe ſibi legi & à regibus ſui anteceſſoribus geſtarum commentarios afferret, ſibique recitaret. Cum autem eos attuliſſet & legeret, inventus eſt quidam, quòd in re aliqua egregium ſe præſtiterit, in præmium accepiſſe provinciam, cujus nomen etiam adſcriptum erat. alium vero ob fidem *ſuam* muneribus affectum indicans, tum veniebat ad Bagathoi & Theodeſtis eunuchorum contra Regem conjurationem à Mardochæo patefactam. Et cum hoc tantum ſcriba dixiſſet, & ad aliud rerum geſtarum caput properaret, Rex eum inhibuit, percontatus, an ſcriptum haberet quid ex ea re præmii fuiſſet conſequutus. Quo reſpondente, nihil *ſcriptum eſſe*, Rex juſſit eum tacere, & quota hora noctis eſſet eos interrogabat, qui in id conſtituti erant. Cumque audiſſet quod jam diluculum eſſet, præcepit, ut ſi quem amicorum jam invenerint pro foribus regiæ, ſibi nunciatum venirent. Accidit autem ut Amanes compareret. nam paulo maturius, quam ante conſuevit, aderat, ut ab eo Mardochæum ad mortis ſupplicium poſceret. Cumque famuli renunciaſſent, adeſſe Amanem in atrio, *tum Rex* juſſit eum intro vocari. cui ingreſſo, "Cum norim, "inquit, te mihi amicum eſſe ſpectatæ præ cæte-"ris benevolentiæ, da mihi obſecro conſilium, "quo honore pro mea magnificentia eum afficere "debeam, quem valde diligo." Hîc Amanes ratus, quam ſententiam dixiſſet eam in rem ſuam dicturum, (ſe enim ſolum à Rege *uſque eo* amari) quam optimam eſſe exiſtimabat eam protulit. Ajebat enim, "Si hominem, quem à te dicis *adeo* "amari in magna gloria eſſe volueris, facito ut "equo vehatur, eadem qua tu veſte indutus, & "collo torquem auream habens, illumque antece-"dat aliquis ex amicis tuis neceſſariis, proclamet-"que per totam urbem, hunc ei honorem haberi, "quem Rex vult honorari." Et quidem Amanes horum auctor fuit, quod putaret iſtud ſibi datum iri præmium. Cum autem Regi hoc conſilium valde placuiſſet, "Ergo, inquit, agedum "(nam licet tibi capere equum & veſtitum & tor-"quem) quære Mardochæum Judæum, &, cum "illum iſtis donaveris, præconium facito, equum "illius antecedens. Tu enim, adjiciebat, amicus "meus neceſſarius, ea exſequere, quæ me optime "monuiſti ut fierent. Hæc autem illi à me tri-"buentur ob vitam meam conſervatam." Hiſce præter omnem ſpem auditis, animo perturbatus & conſilii inopia affectus, egreditur, equum ducens & purpuram *ſecum ferens* & torquem auream. Cumque Mardochæum inveniſſet pro foribus regiæ ſacco amictum, juſſit ut eum deponeret & purpuram indueret. Ille vero, veritatis ignoratione, ſeſe illudi exiſtimans, "ô bipedum nequiſſime, "inquit, itane irrides & ludificaris calamitates no-"ſtras?" At ubi ei perſuaſum erat, Regem hoc ei præmium perſolviſſe, pro ſalute, patefactis olim eunuchorum inſidiis, ab ipſo ſibi data, purpuram induit qua veſtiri perpetui moris erat Regi, & colle torquem accommodat, & conſcenſo equo in am-

Rex jubet commentarios. Eſth. 6.

Mardochæi nomen in iiſdem perſcriptum reperit.

Amanes Mardochæum honorare cogitur. Eſth. 6.

[s] Τῶν τῇ βασιλείᾳ] Sic *Vat.* Ἢ ὁ τῇ βασ. in *ceteris.*
[t] Ἰδίων πράξεων,] Sic *MSS.* ἰδίᾳ in *Editis.*
[v] Μειζόνων,] Pro μειζόνων f. μειζότερα dona, quæ μειζοτέρεια data, ſeu indicibus majoris alicujus rei, apud Æſchyl. Eum. v. 245. μειζοτέρων ἀφθίτων. SPANH.
[x] Βαγαθῶου καὶ Θεοδέστου] Ita ut ſupra (§. 4.) edere viſum eſt. Hic vero Βαγαθῷ καὶ Θεοδέστῳ habent *Baſ.* & *Gen.* Βαγαθῷ καὶ Θεοδοσίτῳ *Gall.* & *Vat.* Γαβαθῶου καὶ Θεοδέστου *Hen.*
[y] Γενόμενος.] Γεγονὼς *Hen.* & *Busb.*
[z] Μεταβαίνοντος] Μεταβάντος *Busb.* & *Zonar.*
[a] Εἰς ἑτέραν πρᾶξιν,] Ἐφ' ἑτέραν *Hen.* & *Busb.*
[b] Πυθόμενος εἰ μὴ] Πυθανόμενος *Hen.* & *Zonar.*
[c] Ἐπὶ τούτῳ] Εἰς τοῦτο *Vat.*
[d] Ἐληλύθει,] Εἰσεληλύθει *Vat.*
[e] Δεησόμενος αὐτοῦ.] Δεηθησόμενος *Busb.*
[f] Εἰπόντων,] Φασκόντων *Hen.*
[g] Μείζον δόξαν,] Μείζον non agnoſcit *Epiphan.*
[h] Αὐτοῦ·] Ἑαυτοῦ *Hen.* & *Busb.* αὐτῷ in *Editis.*
[i] Τὸν ἄνθρωπον] Τοῦτον τ ἄνθρωπον *Hen.* & *Busb.*
[k] Περιαυχένιον χρυσοῦν] Conf. ſupr. lib. 10. c. xi. §. 2. SPANH. Περιαυχένιον, *liliolum* gloſſ. REL.
[l] Ἥξειν τοῦτο τὸ γέρας.] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἔχειν in *Editis.*
[m] Τὸ χρυσοῦν περιαυχένιον.] Conf. ſupr. lib. 10. c. xi. §. 2. SPANH.
[n] Ἐπιγελᾷς;] Ἐγγελᾷς *Hen.* & *Busb.* ἐπισγελᾷς *Vat.*
[o] Τότε ἐπιβουλεύσαντας τυγχάνας] Ita *MSS.* τότε in *Editis.*
[p] Ἐλέγξας,] Ἐλέγξαντα *Hen.* ἐλέγξαι *Busb.*
[q] Ἐνδύεται τὴν πορφύραν ἣν ὁ βασιλεὺς ἀεὶ φορῶν διετέλει,] Conf. ſupr. lib. 10. c. xi. §. 2. SPANH.

ambitum circuibat urbem, præcedente Amane & proclamante, "Hæc eum à Rege consequuturum "esse, qui ab illo amabitur & honore dignus ha-"bebitur." Cumque urbem circuitu perlustrassent, Mardochæus quidem ad Regem se recipit, Amanes vero præ pudore domum se contulit, & cum lachrymis uxori & amicis, quæ illi contigissent, narravit. Cui illi dixerunt, non posse in Mardochæum vindicari, Deum enim ab ipso stare.

Esther Amanem apud Regem accusat. Esth. 7.

11. Adhuc autem eis ista inter se loquentibus, adfuere Estheris eunuchi, qui Amanem propere ducerent ad convivium. Atque Sabuchadas, unus ex Eunuchis, visa cruce in Amanis ædibus defixa, quam Mardochæo paraverant, è famulo quodam quæsivit quam ob rem in promptu eam posuerant; cumque didicisset Reginæ avunculo *eam paratam esse*, fore enim ut Amanes ipsum à Rege postularet ad supplicium, tunc quidem silebat. Cæterum postquam Rex, cum Amane prolixe acceptus, rogasset Reginam ut ipsi diceret, quo munere ab eo affici quammaxime vellet, ut quæ cujuscunque desiderio teneretur id impetratura esset: cœpit populi periculum deplorare, seque cum gente sua dicebat exitio addictam esse, & ideo *nunc* de istis verba facere. neque enim se molestiam ei creaturam fuisse, si in amaram servitutem ipsos vendi jussisset. malum enim hoc leviusculum. Itaque supplex orabat ut ab istis liberarentur. Cum autem Rex quæsivisset, quisnam ista patraverat, tum demum Amanem palam accusabat; atque hunc, quod animo esset in eos maligno, insidias struxisse arguebat. At ubi Rex, hisce perturbatus, se è convivio in hortos proripuerat, Amanes Estherem orare cœpit, & obsecrare ut peccatis *ejus* venia daretur. is enim intellexerat se in periculo esse. Cumque in Reginæ lectum prolapsus esset eique supplicaret, Rex ingressus, & hoc viso magis adhuc commotus, dixit, O omnium hominum sceleστissime, ad vim uxori etiam meæ inferendam aggrederis? Amane autem ad hanc vocem exterrito, & ne verbum quidem effari valente, tunc Sabuchades eunuchus prodiens Amani objiciebat, quod in ædibus ejus invenisset crucem Mardochæo paratam: hoc enim ipsi famulum ejus interrogatum dixisse, cum eum ad convivium invitatum iverit. crucem autem ajebat altitudine esse quinquaginta cubitorum. Quo audito, Rex decrevit non aliud ipsi constituere supplicium, quàm quod in Mardochæum excogitaverat: jussitque ut è vestigio de cruce ista suspensus mortem obiret. Unde mihi subit mirari *Dei* numen, & sapientiam ejus & justitiam vel ex hoc uno colligere; quod non solum Amanis improbitatem *merito* affecerit supplicio, sed & eadem pœna, cujus in alium artifex fuerat,

Rex ira accensus in Amanem.

περιπάτῳ χένιον, καὶ ἐπιβὰς ἐπὶ τὸ ἵππον ἐν κύκλῳ [r] περιήγε τὴν πόλιν, Ἀμάνης προάγων ἐκήρυσσεν, ὅτι "[s] ταῦτ' ἔσται παρὰ βασιλέως [t] αὐτῷ, ὃν ἂν τιμᾷ "καὶ τιμῆς [v] ἄξιον δοκιμάσῃ." ἐπεὶ δὲ περιῆλθον τὴν πόλιν, ὁ μὲν Μαρδοχαῖος εἰσῆσι πρὸς τὸ βασίλεια· Ἀμάνης δὲ ὑπ' αἰσχύνης [x] πρὸς αὐτὸν οὐδαμῶς ἐτράπετο, καὶ μετὰ δακρύων τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς φίλοις τὰ συμβεβηκότα [y] διηγεῖτο. [z] οἱ δὲ οὐκέτ' ἀμύνασθαι τὸν Μαρδοχαῖον ἔλεγον δυνησεσθαι, τὸ γὰρ Θεὸν εἶναι σὺν αὐτῷ.

"tendoſque eſſe ad Hyrcanum Alexandri filium
"Judæorum pontificem legatos de ſocietate & a-
"micitia acturos; æreamque tabulam iſta conti-
"nentem dedicandam, & in Capitolio, & apud
"Sidonem & Tyrum, & Aſcalonem, & in tem-
"plis inſcriptam Romanis Græciſque literis; *cu-*
"*randumque* ut & hoc decretum ad omnes ſingu-
"larum urbium quæſtores earumque prætores &
"ad amicos *ſuos* perferantur, quò legatis lautia
"præbeantur, & mandata hæc paſſim divulgen-
"tur.

C. Cæſaris alterum decretum.

4. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator,
"conſul, honoris & virtutis & benignitatis ergo,
"conceſſit, quod felix fauſtumque ſit ſenatui
"populoque Romano, uti Hyrcanus Alexandri
"filius, & pariter ac ipſe ejus filii, pontifices &
"ſacerdotes fiant Hieroſolymorum totiuſque gen-
"tis, eodem jure rituque quo & majores eorum
"ſacerdotium tenuerunt.

Ejuſdem aliud decretum.

5. "CAIUS CÆSAR, quintùm conſul, de-
"crevit, ut iſti habeant muniantque Hieroſolymo-
"rum urbem, atque Hyrcanus Alexandri *filius* Ju-
"dæorum pontifex & ethnarcha eam occupet
"quemadmodum ipſe voluerit: & ut Judæis ſe-
"cundo *quoque* frugum locationis anno de reditibus
"eorum ſubducant; * & neque fiat *tributorum* re-
"demptio, nec eadem tributa *ſemper* ſolvantur.

Iterum aliud ejuſdem.

6. "CAIUS CÆSAR, imperator iterum, ſta-
"tuit, ut † propter urbem Hieroſolymorum tribu-
"ta pendat tota Judæorum ditio, excepta Joppe,
"idque ſingulis annis, niſi ſit annus ſeptimus,
"quem Sabbaticum appellant, quod mos eſt in eo
"neque fructus arborum legere neque ſeminare.
"utque in Sidone ſecundo quoque anno tributum
"reddant quartam ſatorum partem; ac præterea
"Hyrcano ejuſque filiis decimas ſolvant, quas eo-
"rum etiam majoribus ſolvebant. utque nemo vel
"Præſes vel dux vel legatus in finibus Judæorum
"auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab
"his exigere ad hybernandum, aut alio quocunque
"nomine, ſed ubique ſint injuriâ immunes. quæ-
"cunque etiam poſtea habuerint & poſſederint,
"aut emerint, his omnibus fruantur. Joppen civi-
"tatem præterea, quam ab initio habuerunt Judæi,
"cum ſocietatem cum Romanis facerent, illorum
"eſſe, quemadmodum & antea, nobis placere:
"tributa quoque hujus civitatis nomine habere
"Hyrcanum Alexandri filium ejuſque filios ab
"agri cultoribus, propter frumentum è regione &
"portu quotannis in Sidonem exportatum, mo-
"dios viginti mille ſexcentos ſeptuaginta quinque,

"συγκεχωρημένα, προσκεκλημένα, ἐστὶν ὅτως ἔχοντα.
"ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχῃ, καὶ τὰς δε-
"δομένας τόπους καρπίζωνται, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς αὐτὸς καὶ
"ἐθνάρχης τῶν Ἰουδαίων [y] προϊσῃ τῶν ἀδικουμένων. πέμψαι
"δὲ πρὸς Ὑρκανὸν Ἀλέξανδρου μὲν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων,
"πρεσβύτας τε περὶ Φιλίας καὶ συμμαχίας ἀγαθεξομέ-
"νους· ἀνατεθῆναι δὲ καὶ χαλκοῦν δέλτον ταῦτα περιέχουσαν,
"ἔν τε τῷ Καπετωλίῳ, καὶ Σιδῶνι καὶ Τύρῳ, καὶ ἐν Ἀσκάλω-
"νι, καὶ ἐν τοῖς ναοῖς, ἐγκεχαραγμένην [z] γράμμασι Ῥω-
"μαϊκοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς, ὅπως τε τὸ δόγμα τοῦτο πᾶσι
"τοῖς κατὰ πόλιν ταμίαις καὶ τοῖς τούτων ἡγεμόνοις, εἴς τε
"τοὺς φίλους ἀνενέγκωσι, καὶ ξένια τοῖς πρεσβύταις πα-
"ρασχεῖν, καὶ ἀγαθίσματα πέμψαι παντάχοθεν.

δ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ, [a] δικτάτωρ,
"ὕπατος, τιμῆς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλανθρωπίας ἕνεκεν,
"συνεχώρησεν ὅπως συμφερόντως τὰ συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ τῶν
"Ῥωμαίων, Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα
"αὐτοῦ, ἀρχιερῆς τε καὶ ἱερεῖς Ἱεροσολύμων καὶ τοῦ ἔθνους ἅ-
"παν ὅπως τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς νομίμοις, οἷς καὶ οἱ πρόγο-
"νοι αὐτῶν τῷ ἱερωσύνῃ [b] κατέσχον.

ε'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [c] ὕπατος τὸ πέμπτον, ἔκρι-
"νε, τούτους ἔχειν καὶ τεῖχος τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, καὶ
"κατέχειν αὐτῷ Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέα Ἰου-
"δαίων καὶ ἐθνάρχην, ὡς ἂν αὐτὸς [d] προαιρῆται· ὅπως
"τε Ἰουδαίοις [e] ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ μισθώσεως ἔτει καὶ προσό-
"δου [f] κόρον ὑποξέλωνται, καὶ μήτε [g] ἐργολαβῶσί τινες,
"μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς τελῶσιν.

ς'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔρ-
"ρηκε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως τελῶσιν [h] ὑπὲρ τῶν Ἱεροσολυμι-
"τῶν πόλεως, Ἰόππης ὑπεξαιρουμένης, χωρὶς δὲ ἑβδόμου ἔτους,
"ὃν [i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προαγορεύουσιν, ἐπειδὴ ἐν αὐ-
"τῷ μήτε ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι μήτε σπείρου-
"σι· καὶ ἵνα ἐν Σιδῶνι τῷ δευτέρῳ ἔτει τὸν [k] φόρον ἀποδιδῶσι,
"τὸ τέταρτον τῶν σπερμένων· πρὸς τούτοις ἔτι δὲ Ὑρκανῷ καὶ
"τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰς δεκάτας τελῶσιν, ἃς ἐτέλουν καὶ
"τοῖς προγόνοις αὐτῶν. καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε
"στρατηγὸς ἢ πρεσβύτης ἐν τοῖς ὅροις τῶν Ἰουδαίων [l] ἐπισῶ
"συμμαχίαν, καὶ [m] στρατιώτας [n] ἐξείη, ἢ τὰ χρήματα τέ-
"των εἰσπράττεσθαι, ἢ εἰς ἐφοδιασίαν, ἢ ἄλλῳ πανὶ
"ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι πανταχόθεν ἀνεπηρέαστους. ὅσα τε μὴ
"πῶποτε ἔσχον [o] καὶ [p] ἐνεμήθησαν, ἢ ἐπρίαντο, πάντα
"αὐτοὺς ἔχειν. Ἰόππην τε πόλιν, ἣν ἀπ' ἀρχῆς ἔσχον Ἰου-
"δαῖοι πιστεύσαντες τῇ πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, αὐτῶν εἶναι
"καθὼς καὶ τὸ πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν· φόρους τε ὑπὲρ
"ταύτης τῆς πόλεως Ὑρκανὸν [r] ἔχειν Ἀλεξάνδρου υἱὸν καὶ παῖ-
"δας αὐτοῦ, πλὴν τῶν τῷ γῇ νεμομένων, χώρας καὶ λιμέ-
"νος ἐξαγωγίου κατ' ἐνιαυτὸν Σιδῶνι, μοδίους δισμυρίους
"[s] ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε, ὑπεξαιρουμένου δὲ

[y] Προϊσῃ τῶν ἀδικουμένων.] Vim paſſis adeſſet *Ruſin.* SPANH. *L. B.* π. τ. Ἰουδαίων.

[z] Γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς,] Conf. infr. c. 12. §. 5. SPANH.

[a] Δικτάτωρ, ὕπατος.] Abeſt à *Lugd. Bat.*

[b] Κατέχον.] *Lugd. Bat.* Δεκατέχον.

[c] Ὑπατος τὸ πέμπτον,] Ὑπατος τὸ τρίτον reſcribendum cenſet *Petitus* p. 61. quod Hyrcanus legatos Romam miſit ad Cæſarem, eo quo in Africam expeditionem parabat tempore; eoque anno Cæſar, quo tertium conſul, itemque tertium dictator fuit, in Africam movit.

[d] Προαιρῆται.] *L. B.* προαιρῇ.

[e] Ἐν τῷ —— προσόδου] *Ruſin.* in ſecundo anno locationis ex reditibus cori p. e. triginta modii ſubducantur, neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant. SPANH.

[f] Κόρον ὑποξέλωνται,] Κόρους malit Cl. *Lowthius*, ſuſpicans numerum *cororum* librariorum negligentia excidiſſe. *Petitus* cenſet κόρον pro ſingulis *binis jugeribus* ſolutum fuiſſe.

[g] Ἐργολαβῶσί τινες,] Conf. *alibi.* lib. 1. c. 25. §. 2. SPANH.

* *Et neque fiat* tributorum *redemptio*,] Immuneſque ſint ab angariis & vectigalibus, *Gelen.* neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant, *Epiphan.*

[h] Ὑπὲρ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν] *Epiphanius* legiſſe videtur, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πόλεως Ἰοππαίων, ὑπεξαιρουμένου δὲ ἑβδόμου ἔτους. Sed male, ut arbitror. nam excipi debere Joppen ab hoc tributo licet colligere hac ead. §.

† *Propter urbem Hieroſolymorum tributa pendat tota Judæorum ditio*,] *Id eſt*, ad reficienda Hieroſolymorum mœnia.

[i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προαγορεύουσιν,] Confer mox infr. §. eadem & *alibi.* lib. 2. c 17. §. 1. SPANH.

[k] Φόρον] *Gen.* φόβον. SPANH.

[l] Ἐπισῶ συμμαχίαν] Ἀνισῶ *Vat.* & *Lugd. Bat.*

[m] Στρατιώτας ἐξείη,] Ita ex conjectura. prius erat στρατιώτας. dein μὴ ἐξείη legendum conjicit Cl. *Lowthius.* quod ſane poſtulare videtur loci ſententia.

[n] Ἐξείη,] *L. B.* ἐξίη.

[o] Καὶ ἐνεμήθησαν, ἢ ἐπρίαντο,] *L. B.* καὶ ἐπρίαντο καὶ δεκατέχον, καὶ δεδεκατεύθησαν.

[p] Ἐνεμήθησαν,] Cum alii exiſtimarint ἐνεθυμήθησαν nulla ſignificatione verbi ἐνθυμέομαι huic loco convenire, non dubitavi ἐνεμήθησαν reſcribere è *Cod. Vat.* Ἐνεθυμάθησαν, levicula mutatione, voluit *Petitus*, ab ἐνθυμάζω *invado*, ex *Heſychio* voce ἐνθύμημα.

[q] Πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν·] *L. B.* πρῶτον ἡμῖν ἀρέσκει.

[r] Ἔχειν] Abeſt à *L. B.*

[s] Ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε,] *L. B.* ἑξήκοντα ἑβδομήκοντα πέντε.

"[t] ἐ-

"[t] ἑβδόμου ἔτους ὃ [v] Σαββατικὸν καλοῦσι, καθ' ὃ [x] οὔτε ἀροῦσιν οὔτε τὸν ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι. τάς τε κώμας τὰς ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ, ἃς Ὑρκανὸς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτοῦ πρότερον διακατέσχον, [y] ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ ταῦτα Ὑρκανὸν ἔχειν καὶ Ἰουδαίους ἐπὶ τοῖς δικαίοις οἷς καὶ πρότερον εἶχον· μένειν δὲ καὶ τὰ ἀπ' ἀρχῆς δίκαια, ὅσα πρὸς ἀλλήλους Ἰουδαίοις καὶ [z] τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἦν, τά τε φιλάνθρωπα, ὅσα τοῦ τε δήμου ψηφισαμένου καὶ τῆς συγκλήτου ἔσχον. ἐπὶ τούτοις τε τοῖς δικαίοις χρῆσθαι αὐτοῖς ἐξεῖναι ἐν [a] Λύδδοις. τούς τε τόπους καὶ χώρας καὶ ἐποίκια, ὅσα βασιλεῦσι Συρίας καὶ Φοινίκης συμμάχοις οὖσι Ῥωμαίων κατὰ δωρεὰν ὑπῆρχε καρποῦσθαι, ταῦτα δοκιμάζει ἡ σύγκλητος Ὑρκανὸν τὸν ἐθνάρχην καὶ Ἰουδαίους ἔχειν. δίδοσθαί τε Ὑρκανῷ, καὶ παισὶ τοῖς αὐτοῦ καὶ πρεσβευταῖς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν, ἔν τε πυγμῇ μονομάχων καὶ θηρίων καθεζομένους μετὰ τῶν συγκλητικῶν θεωρεῖν· [b] καὶ αἰτησαμένους παρὰ δικτάτορος ἢ παρὰ ἱππάρχου παρελθεῖν, ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι, τὰ [c] ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα ταῖς ἁπάσαις, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γένηται.

ζ. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [d] αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ τὸ τέταρτον, ὕπατός τε τὸ πέμπτον, δικτάτωρ ἀποδεδειγμένος διὰ βίου, λόγους ἐποιήσατο περὶ τῶν δικαίων τῶν Ὑρκανοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέως Ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχου, τοιούτους. "[e] Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων [f] ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρησάντων Ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ Ἰουδαίων καὶ Ἰουδαίοις, ἐπί τε συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων, εὐχαριστήσαντός τε τοῦ δήμου καὶ τῆς συγκλήτου αὐτοῖς, [g] καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν καὶ προνοεῖν ὅπως Ὑρκανῷ καὶ τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων καὶ τοῖς Ὑρκανοῦ παισὶν ὑπὸ συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων ἀξία τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐνοίας αὐτῶν καὶ ὧν εὐεργέτησαν ἡμᾶς χάρις ἀνταποδοθῇ.

η. "[h] ΙΟΥΛΙΟΣ ΓΑΙΟΣ, στρατηγός, ὕπατος Ῥωμαίων, Παριανῶν ἄρχουσι, βουλῇ, [i] καὶ δήμῳ χαίρειν. ἐνέτυχόν μοι Ἰουδαῖοι ἐν Δήλῳ, καί τινες τῶν παροίκων Ἰουδαίων, παρόντων καὶ τῶν ὑμετέρων πρέσβεων· καὶ ἐνεφάνισαν ὡς ὑμεῖς τε ψηφίσματι κωλύετε αὐτοὺς, τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ τοίνυν οὐκ ἀρέσκει κατὰ τῶν ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων τοιαῦτα γίνεσθαι ψηφίσματα, καὶ κωλύεσθαι αὐτοὺς ζῆν κατὰ τὰ αὐτῶν ἔθη, [k] καὶ χρήματα εἰς σύνδειπνα καὶ τὰ ἱερὰ εἰσφέρειν, τοῦτο ποιεῖν [l] αὐτῶν μηδ' ἐν Ῥώμῃ κεκωλυμένων. καὶ γὰρ Γάιος Καῖσαρ, ὁ ἡμέτερος στρατηγὸς καὶ ὕπατος, ἐν τῷ διατάγματι κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν, μόνους τούτους οὐκ ἐκώλυσεν, οὔτε χρήματα συνεισφέρειν, οὔτε σύνδειπνα ποιεῖν. ὁμοίως δὲ κἀγὼ τοὺς ἄλλους θιάσους κωλύων,

"excepto septimo anno quem Sabbaticum vocant, in quo neque arant neque fructum ex arboribus colligunt. vicos autem quos in Magno campo Hyrcanus ejusque majores olim possederunt, Senatui placere istos habere Hyrcanum & Judæos, eodem jure quo & prius habuerunt: manere etiam jura quæ ab initio erant inter Judæos & pontifices, ut & beneficia quæ à populo & senatu concessa habuerunt. prætereaque eodem jure licere uti & in Lyddis. loca etiam & agros & villas, quæ fuerunt regum Syriæ & Phœniciæ sociorum populi Romani, quorum usumfructum ceperunt ex eorum donatione, placet senatui ut Hyrcanus ethnarcha & Judæi habeant. item Hyrcano licere ejusque filiis & legatis ab eo missis, ut in ludis Gladiatoriis & pugnis cum bestiis inter senatores spectandi gratia sedeant: cumque petiverint à dictatore aut magistro equitum ut in publicum prodeant, illis, in senatum introductis, responsum reddendum, intra decem in universum dies, ex quo factum fuerit senatusconsultum.

7. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator quartùm, consul quintùm, perpetuus dictator declaratus, hujusmodi verba fecit de jure Hyrcani Alexandri filii, Judæorum pontificis & ethnarchæ. Quandoquidem imperatores, qui ante me fuerunt, testimonium dederunt Hyrcano pontifici Judæorum & Judæis, tam in provinciis quam coram senatu populoque Romano, atque gratias eis populus & senatus egerit, bonum factum, ut nos quoque meminerimus & operam demus, ut Hyrcano & Judæorum genti filiisque Hyrcani à senatu populoque Romano debitæ eorum ergà nos benevolentiæ & beneficiis in nos collatis gratiæ referantur. *C. Cæsaris postremum decretum.*

8. "CAIUS JULIUS, prætor, consul Romanorum, Pariorum magistratibus, senatui, *ac* populo salutem. Convenerunt me Judæi in Delo, & quidam ex Judæis *insulæ* inquilinis, præsentibus etiam vestris legatis; & significarunt, quod vos etiam decreto eos prohibetis patriis ritibus & sacris uti. Quocirca mihi non placet ejusmodi decreta contra amicos & socios nostros fieri, vetarique eos ex suis institutis vivere, & conferre pecunias in epulas & rem divinam, præsertim cum nec Romæ ista facere prohibeantur. Nam Cajus Cæsar, prætor noster & consul, cum edicto vetaret ullas in urbe coitiones haberi, solum istæ ne fierent, simulque ne pecuniam conferrent aut convivia agitarent, non interdixit: similiter & ego, alias coitiones prohibens, illis solis permit- *Caji Julii decretum.*

"to

t Ἑβδόμου ἔτους] Ita expresse è *Cod. Vat.* (*Lugd. Bat*) & *Vet. Interpr.* τοῦ ο'. ἔτους in *Editis Aliisque.* ὑπεξαιρουμένου τοῦ κύκλου ἔτους *excepto illo orbis anno* legit *Petitus*, p. 41. ο pro κύκλου posito, cujus erat figura. nam orbis erat hebdomas annalis, recurrebat quippe in orbem. Sed pari jure rescribere liceret τοῦ ὅλου ἔτους, quod ο sit litera initialis vocis ὅλου.

v Σαββατικὸν] Paullo antè §. ead. SPANH.

x Οὔτε ἀροῦσιν] Abest à *Gen.*

y Ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ] Ita ex præced. h. ejusd. §. ἡμῖν ἀρέσκειν· si quis utroque loco malit ἀρέσκει, per me licet.

z Τοῖς ἀρχιερεῦσιν] Hisce etiam καὶ τοῖς ἱερεῦσιν addit *L. B.* HAV.

a Λύδδοις.] Λύδδα, Samaritica antea Præfectura, iis adempta & Judæis data à Demetrio. supra lib. 13. c. 4. § 9. SPANH.

b Καὶ αἰτησαμένους] Locus antea sic se habebat, θεωρεῖν· αἰτησαμένους παρὰ δικτάτορος ἢ παρὰ ἱππάρχου παρελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι. καὶ τὰ ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδωσιν ἐν ἡμέραις δέκα ταῖς ἁπάσαις, ἂν τὸ δόγμα γένηται). aliter distinxi, & transtuli ab hac voce ad αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι, ἀποδίδοσθαι rescripsi, & ἀφ' ἧς restitui ex *MSS.*

c Ἀποκρίματα] *L. B.* ὑποκρίματα.

d Αὐτοκράτωρ,] Αὐτοκράτωρ τὸ τέταρτον juxta *Epiphanium*; voce δικτάτωρ omissa. Verum (inquit *Petitus*, p. 56.) licet recte expungatur δικτάτωρ, male se habet αὐτοκ. τὸ τέταρτον, nam imperator sextùm dictus est in quinto consulatu, si nummis fides, in quibus, C. CAESAR. COS. QUINCT. IMP. SEXT. DICT. PERPETUO, ut & CAESAR. AUGUR. IMP. QUINCT. COS. QUART. DICT. QUART. PARENS. PATRIAE. Quare rescribendum αὐτοκράτωρ τὸ ς'. ὕπατός τε τὸ ε'. δικτ. &c. Eadem fere habet *Petavius* (lib. X. *de Emend. Temp.* c. 57. p. 258.) qui suspicatur vel pro IMP. IV. legendum VI. vel duorum rescriptorum Cæsaris inscriptiones diversas in unam coaluisse, librariorum vitio. Præterea videsis *Petitum*, p. 57.

e Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων] Imperatores hi videntur fuisse, *Pompejus*, *Scaurus*, *Gabinius.*

f Ἐν ταῖς ἐπαρχίαις] Ἐν τοῖς ἐπ' ἀρχῆς malit *Petitus*, ut sensus sit, *cum ii qui ante me fuerunt imperatores, quando verba fecerunt de rebus à se in magistratu gestis, in Senatu & apud populum Romanum testim. &c.*

g Καλῶς ἔχει] Quod autem dixit in hac oratione Cæsar, καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν &c. eo monente præstitum fuisse à Senatu nullus dubito; videturque pars illius Senatusconsulti fuisse, quod legitur in hæc verba, Γαΐου Καίσαρος δεδογμένα &c. p. 628. v. 40. [de quibus vide *Annott.* ad imum paginæ.] *Petitus*, p. 58. & 59.

h Ἰούλιος Γάιος,] Ἰούλιος Γάϊος, δικτάτωρ, ὕπατος juxta *Vet. Interpr.* Illud στρατηγὸς recte se habere, sed ὕπατος delendum esse censet *Petitus*, p. 64. Et quod ad nomen hujus Prætoris attinet, putat fuisse Ἰούνιος Γάϊος.

i Καὶ δήμῳ χαίρειν.] Illud καὶ additum ex *Lugd. Bat.* HAV.

k Καὶ —— εἰσφέρειν,] Conf. infr. §. 12. SPANH.

l Αὐτῶν μηδ' ἐν Ῥώμῃ κεκωλυμένων.] *L. B.* αὐτοῖς μ. ε. Ρ. κεκωλυμένοις.

"to ex patriis moribus & inſtitutis congregari & "in eo perſiſtere. Quare bonum factum *erit*, ut "vos etiam, ſi quid contra amicos noſtros & ſo- "cios edixeritis, id *ipſum* abrogatum iretis, pro- "pter illorum erga nos merita & benevolen- "tiam.

Hyrcani legatos M. Antonius & P. Dolabella in ſenatum introducunt.

9. Poſt mortem autem C. Cæſaris, M. Antonius & P. Dolabella conſules ſenatum convocabant, & introductis Hyrcani legatis de illorum poſtulatis retulerunt, & amicitiæ fœdus cum eis fecerunt: & omnia illis concedi ſenatus decrevit, quæcunque impetrare voluerunt. Appono autem etiam decretum, ut demonſtrationem eorum quæ dicuntur ad manus habeant lectores hujus hiſtoriæ. Erat vero tale.

M. Antonii & P. Dolobellæ decretum.

10. "Senatuſconſultum ex ærario deſcriptum "ex tabulis publicis quæſtoriis, Quinto Rutilio "C. Cornelio quæſtoribus urbanis, tabula ſecunda "& ex primis. ANTE DIEM TERTIUM i- "dus Apriles in æde Concordiæ ſcribendo adfue- "runt Lucius Calpurnius *tribu* Menenia Piſo, "Servius Papinius Lemonia Potitus, Cajus Cani-

"τούτους μόνους ὑπειρέπω καὶ τὰ πάτρια ἔθη καὶ νόμιμα "σωάγεσθαί [m] τε καὶ ἴσασθαι. καὶ ὑμᾶς οὐ καλῶς ἔχει, "εἴ τι καὶ τῶν ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων ψήφισμα "ἐπιθήσετε, τοῦτο [n] ἀκυρώσαντας διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτῶν "ἀρετὴν καὶ εὔνοιαν.

θ'. Μετὰ δὲ τοῦτο [o] Γαΐου Ἰουλίου, Μάρκου Ἀντωνίου καὶ Πόπλιου Δολοβέλλας, ὑπάτους ὄντες, τὴν τε σύγκλητον συνήγαγον, καὶ [p] τοὺς Ὑρκανοῦ πρέσβεις εἰσαγαγόντες, διελέχθησαν περὶ ὧν ἠξίουν, καὶ φιλίαν πρὸς αὐτοὺς [q] ἐποίησαν· καὶ πάντα συγχωρεῖν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος ἐψηφίσατο, ὅσων [r] τυγχάνειν ἐβούλοντο. [s] παρατίθεμαι δὲ τὸ δόγμα, ὅπως τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἐχόντων οἱ ἀναγινώσκοντες τὴν [t] πραγματείαν. ἦν δὲ τοιοῦτο.

ι'. "Δόγμα συγκλήτου [v] ἐκ δὲ ταμιείου ἀνηνεγμένον "γον [x] ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιδλικῶν, [y] Κοίντῳ "Ρουτιλίῳ Κορνηλίῳ ταμίαις καὶ πάλιν, [z] δέλτῳ δευτέρᾳ δὲ "[a] ἐκ τῶν πρώτων. [b] ΤΗι ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ εἰδῶν Απειλλίων ἐν "τῷ ναῷ τῆ Ομονοίας γραφομένῳ παρῆσαν, Λάκιος [c] Καλ- "πούρνιος Μενενία Πείσων, Σερούιος Παπωνίνιος Λεμωνία Πο-

[m] Τι καὶ ἴσασθαι.] Voces τε καὶ ἴσασθαι non interpretatur *Epiphan.* καὶ ἐσιᾶσθαι legendum eſſe conjicit *Petitus*, p. 66. nec mihi diſplicet conjectura.

[n] Ακυρώσαντας] *L. B.* ἀκυρῶσαι.

[o] Γαΐου Ἰούλιον,] Καίσαρος *Busb.* Forſan Γαΐου Καίσαρος.

[p] Τοὺς Ὑρκανοῦ πρέσβεις εἰσαγαγόντες,] Τοὺς malui cum *Busb.* quam Τὸ *Editorum Aliorumque.*

[q] Ἐποίησαν·] Ἐποιήσανθ *Busb.*

[r] Τυγχάνειν ἐβούλοντο.] Ita ex *Codd. Voſſ.* in *Vulgatis* & *ceteris* omnibus (quod ſciam) libris *MSS.* τυγχάνειν ἐβούλοντο· καὶ Δολοβέλλας ὁ λαὸν εἰσαγαγὼν Ὑρκανοῦ γράμματα ἐπιστείλαι τοῖς κατὰ τὴν Ασίαν ἅπασαν, καὶ τῇ Ἐφεσίων πόλει, πρεσβεύσῃ δὲ Ασίας ὅτας. Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ &c. reliqnis omiſſis. Non ita tamen in codicibus *Latinis*, utpote plenioribus: quorum etiam defectus in ſequentibus notare non gravabor.

[s] Παρατίθεμαι δὲ καὶ τὸ δόγμα,] Hic incipit ingentis lacunæ ſupplementum à *Jacobo Gronovio* ſartum, cujus deinceps integras notas ſubjecimus. Dedicationem vero, atque Præfationem, inter ſimilia Collectanea ſuis locis collocavimus. HAV.

[t] Πραγματείαν.] MS. πραγματίαν.

[v] Ἐκ δὲ ταμιείου] Satis caute peculiarem hanc deſignationem loci vel ipſe auctor addidit, vel iſtæ urbes, quibus id SCtum exhibitum fuit, & unde Joſephus exſcripſit ac repetiit, eas voces habuerunt adſcriptas. Sic enim probabatur legitima ejus auctoritas, non tantum quod hinc patebat exſtare, ſed quoniam decretum tale vix ante poſſet vindicare aliquam vim, niſi poſtquam illuc delatum eſſet, quo ſpectat locus Taciti lib III. Annal. cap. 51. & alia tam multa antiquorum verba, ut fere erubeſcendum ſit recentiores feciſſe, ut id ipſum adeo ſæpe ab ipſis itererur, ac denuo per typos moneretur, tanquam non unicuique patens. Inde ergo petitum eſt hoc fidei & probationis pignus, quo illa tum vigere incepit. GRONOV.

[x] Ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιδλικῶν.] An non ſatis multa verba? & poſſet videri abundantia ſupervacua Quum enim ærarium foret cura propria quæſtorum, non tantum ratione pecuniarum ſed etiam tabularum publicarum, ut per quos etiam conſulta publica in id deferebantur, certe alterutrum ſuffecturum erat. Nimirum ita res ſe habuit, ut & tabulæ de pecuniis ſeu redactis ex provincia ſeu variorum redituum imperii, omnes illæ forent etiam publicæ & per quæſtores conficerentur; ut hinc quum diſtincte loqui oporteret, videatur ſuffeciſſe ad has pecuniarias intelligendas, ſi dicerentur tabulæ publicæ, quod ab initio quæſturæ inceptum videtur continuaviſſe in perpetuum. Sed poſtea quum ad eoſdem quæſtores fuit delata etiam cura ſervandi Senatuſconſulta & decreta; tabulas, quas de iis conficiebant, & ex quarum diſpoſitione patebat ſingulorum locus, & ex delatione firmitas, videntur dixiſſe tabulas, ut erant, etiam quidem publicas, ſed ſimul quæſtorias, quod in ea potiſſimum parte ærarii ſervarentur, quæ in cura quæſtorum eſſet. Quippe haud dubie ærarium ſic fuit diſtinctum, ut conclave aliud (unum ſive plura) inſervierit cuſtodiæ pecuniarum, aliud SCtis. Itaque quum Joſephus ſupponi debeat hæc olim hauſiſſe vel ex exemplo, quod patuit in templo Hieroſolymitano, vel loco ærarii Saturni quo æra legum & SCtorum deferri & ſervari ſolebant, apparet unicum ſpecimen præſcriptionis, quæ ſolebat præponi apographis illis, quæ auctoritate publica ex authentico ſumptæ & deſcriptæ erant, cui ſimile nullum memini legiſſe. GRON.

[y] Κοίντῳ Ρουτιλίῳ Κορνηλίῳ] Memorandi iſtius anni DCCIX quæſtorum urbanorum nomina penitus interciderunt, ut patet ex Faſtis per viros doctos collectis. Eſt quidem apud Pigium Cornelius Spinther, ſed non alia ejus mentio, quam quod titulo Exquæſtoris extra urbem & Italiam fuerit, ut hinc ea pars inſtaurari queat. Notabis tamen vocem Ρουτιλίῳ tantum eſſe poſitam in margine, ut quædam quoque alia, ſed tamen omnia egregia ad reſtitutionem hujus loci, ut videatur ea vir doctus in margine notaviſſe collecta ex pleniore codice Manuſcripto, ut idcirco etiam de hoc nomine dubitare non ſuſtineam & ideo poſui ſuo ordine. Alioquin ſi res ita habuiſſet, facile & credibile erat auctorem ſcripſiſſe Κοίντῳ Κορνηλίῳ ταμίαις, ut ſolent in his collegiis Romani per negligentiam copulativæ. GRON. In *Epiphanii* libris, *ſub Quinto Rutilio ærarii cuſtode; dum tertio idus Aprilis in templo Concordiæ conſcriberentur, præſente Lucio Calpurnio & reliquo Senatu. Publius Dolobella & M.*

[z] Δέλτῳ δευτέρᾳ] Magis etiam notabilis eſt hæc deſignatio, nempe quod hoc SCtum fuerit tabula ſecunda & ex primis. Sic enim videmus in hoc ſpecimine finiri velut ex more communi verba ſolita præmitti exemplis decretorum publicorum; quæ deſcriberentur publico juſſu, & deſcripta in alias mitterentur regiones aut provincias aut urbes, addito non tantum loco, quem in ærario obtinebant, ſed etiam præpoſitis nominibus quæſtorum, qui tunc erant, quum iſta deſcriberentur; prout nunc cenſeo conſiderari debere nomina quæſtorum, quæ hic poſita cernimus. Illud itaque ταμιείου τῶν δέλτων τῶν ταμιδλικῶν ſupponi oportet bene magni ſpatii, ſive id haberi oporteat unum conclave, ſive in plura diductum, ut illic tot æra, quæ fuerunt innumera in tanto & tanti temporis imperio, in manifeſto penderent oculis ſtatim expoſita, & ibidem δέλτῳ, δευτέρᾳ καὶ ἐκ τῶν πρώτων hanc fuiſſe, ut decretorum tabulæ illic fuerint fixæ numero facto & collecto ab ipſo ingreſſu, ut diceretur tabula prima, ſecunda, tertia &c. prout propinqua eſſet ingreſſui: nec tantum, ſed etiam primæ aut ſecundæ aut tertiæ pro ordine, in quem erant digeſtæ ab ſummo tabulato ad infimum ſolum, vel vice verſa, ubi profecto potuerunt plures eſſe ordines, non ſecus ac hodie forulos librorum formamus. Eſt aliquid ſimile in tabernis veterum, quas ita depingit Martialis I, 18.

Hoc nomen dominus gerit taberne,
De primo dabit alteroque nido
Raſum pumice, purpuraque litum.

Quinimo talis ordo tabularum in porticibus ornandis apud Cl. Sponium in Miſcellan. pag. 337. τῆτσι τὴν εἰκόνα ἐν τοῖς πρώτοις πρώτης τοῦ Δωρικοῦ, ubi vir doctus reddidit *ſtatuam ejus collocent juxta tabulas primæ* (h. e. incipientis, & prope ingreſſum, ut ego explico) *portiûs Dorica*, confundens tabulas & menſas. GRON.

[a] Ἐκ τῶν πρώτων.] Diverſi, ut puto, foruli erant, Decretis adſervandis deſtinati, ſignatique numeris, I. II. III. &c.

[b] Τῇ πρὸ τριῶν εἰδῶν Απριλλίων] Itaque nec menſis integer præterlapſus fuit ab Idibus Martiis occiſo Cæſare inclitis, ut hinc pateat, quantopere urſerint Judæi, homines ardenti fervidoque ingenio & præſertim in ſuis commodis, confirmationem favoris & privilegii ab Julio ſperati; quum tantæ curarum moles confluerent de univerſi imperii lapſantis cuſtodia, hi tamen de ſuis per Aſiam ſparſis civibus cupiverunt eſſe certi. Nempe ad id impetrandum ab utroque conſule plurimum valuit imber aureus, ut palam de M. Antonio ſcribunt cum infamia ejus perpetua veteres ſcriptores. GRON.

[c] Καλπούρνιος Μενενία.] Ita niſi fallor jure edidi, quum in MSto reperirem vitioſum καρπόνιος μενδνία, quum in eo ſequerer exempla doctorum hominum, quibus in aliis ſcriptoribus occurrit idem error. Mox in MS. erat Σεργόνιος Παπτίνιος Νεμωνία Ταῦτος, ubi prima vox videbatur abundare duabus literis ο, quas expuli. Certe id mihi probabilius viſum fuit, ad ſimilitudinem præcedentis decentius, (ubi etiam tamen poterat videri ſcripſiſſe Λάκιος Γαΐου ὑὸς Καλπ.) quam ſi vellem tentare Σερ. Σ. ὑὸς, hoc eſt, *Servius Servii filius.* Falſa iſta Nemonia tribus mox adhuc occurrit. Et recte ſpero mutaviſſe. GRON. Καὶ Καρχίνιος Μενενία Πείσων Σεργόνιος Παπτίνιος Νεμωνία Ταῦτος in *MSS. Voſſ.* Verum in textu exprimendo ſequutus ſum *Gronovium*, cui in notis non diſplicet ut legatur Λάκιος Γαΐου ὑὸς Καλπ.

[d] Τῇ-

"Ποτίτος, Γάϊος Καινίνιος [d] Τηρλωτίνα [c] Ρεβίλιος, Πόπλιος
"[f] Τιδήτιος, Λεύκιος [g] Απυλῖνος Λουκίυ ὑὸς Σεργία, [h] Φλά-
"βιος Λουκίυ Λεμωνία, Πόπλιος Πλάτιος Ποπλίυ Παπι-
"ρία, Μάρκος [i] Ακύλιος Μάρκυ Μεκία, Λύκιος [k] Ερύκιος
"Λυκίυ [l] Στελλατίνα, [m] Μάρκος Κυίντιος [n] Μάρκυ ὑὸς
"Πολλία [o] Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέρκος. Πόπλιος Δολο-
"βέλλας, Μάρκος Αντώνιος ὕπατοι [p] λόγυς ἐποιήσαντο. περὶ
"ὧν [q] δόγματι συγκλήτυ Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Ιουδαίων
"ἔκρινε, μὴ εἰς τὸ ταμιεῖον σῶμα ἔφασεν ἀνενεχθῆναι, περὶ
"τύτων ἀρέσκει ἡμῖν γνώμῃ, [r] ὡς καὶ Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ καὶ
"Μάρκῳ Αντωνίῳ τοῖς ὑπάτοις ἔδοξεν, ἀνενεγκεῖν τε ταῦτα
"εἰς δέλτους καὶ πρὸς τὰς κατ' πόλιν ταμίας, ὅπως φροντίσω-
"σι καὶ αὐτοὶ ἐν δέλτοις ἀναθεῖναι διπτύχοις. [s] ἐγένετο πρὸ
"πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν τῷ ναῷ τ Ομονοίας. οἱ δὲ
"πρεσβεύσαντες παρ' Υρκανῦ τ ἀρχιερέως ἦσαν ἅτοι· Λυσι-
"μαχος Παυσανίου, Αλέξανδρ Θεοδώρου, Πατρόκλος
"Χαιρέου, Ιωνάθης Ονείου.

ια'. Επεμψε δὲ τύτων Υρκανὸς [t] τ πρεσβυτῶν ἕνα καὶ [v] πρὸς Δολοβέλλαν τ τ Ασίας τότε ἡγεμόνα, ἀξιῶν καλῶν ἀπολῦσαι τὺς Ιουδαίους τ στρατείας, καὶ τὰ πάτρια τηρῶν αὐτοῖς ἔθη, [x] ἐπιτρέπῃ τε κατ' ταῦτα ζῆν. [y] λαβὼν δὲ ὁ Δολοβέλλας τὰ περὶ τ Υρκανῦ γράμματα, μηδὲ βουλευσάμενν ἐπιστείλῃ [z] τοῖς κατ' τὴν Ασίαν ἅπασι γράψας καὶ τῇ Εφεσίων πόλει [a] πρωτεύσῃ τ Ασίας, [b] περὶ τῶν Ιουδαίων. ἡ δὲ ἐπιστολὴ τοῦτον περιεῖχε τ τρόπον.

"nius Terentina Rebilius, Publius Tidetius, Lu-
"cius Apulinus Lucii *filius* Sergia, Favius Lucii
"*filius* Lemonia, Publius Platius Publii *filius* Pa-
"piria, Marcus Acilius Marci *filius* Mæcia, Lu-
"cius Erucius Lucii *filius* Stellatina, Marcus Quin-
"tius Marci filius Pollia Plancillus, Publius Serius.
"Publius Dolabella, Marcus Antonius conſules
"verba fecerunt. In quibus rebus ſenatuſconſulto
"Cajus Cæſar pro Judæis decrevit, neque ante cu-
"ravit in ærarium deferri, de his placet nobis fie-
"ri, ſicut etiam Publio Dolabellæ & Marco An-
"tonio conſulibus viſum fuit, & deferre iſta in
"tabulas, & ad quæſtores urbanos, ut & ipſis curæ
"ſit ea in tabulis duplicibus reponere. Factum eſt
"ante diem quintum idus Februarias apud ædem
"Concordiæ. Legati autem ab Hyrcano pontifi-
"ce erant iſti: Lyſimachus Pauſaniæ *filius*, Ale-
"xander Theodori, Patroclus Chæreæ, Jonathas
"Oniæ.

11. Sed & ad Dolabellam, qui tunc Aſiæ præ- *Legatum ad Dolabellam miſit Hyrcanus.*
erat, Hyrcanus unum ex his legatis miſit, obſecrans ut dimitteret Judæos à militia, & ſervaret eis patria inſtituta, ſineretque ex illis vitam agere. Dolabella vero poſt acceptas ab Hyrcano literas, nulla adhibita deliberatione, tum omnibus Aſiaticis epiſtolam miſit, tum etiam Epheſiorum urbi, quæ prima erat Aſiæ, de Judæis. Atque epiſtola illa erat hoc exemplo.

12. "PRY-

d Τηρλωτίνα Ρεβίλιος,] Id quoque probatum iri ſpero, quum ſic repono pro τηρτίνα ρενίλιος, etſi potuit Joſephus, & in prima voce literam ν omiſiſſe quocunque caſu. Nam ultimam partem cognominis etiam extulerit per λιος, ut ſæpe Græci, & infra adeſt Κυιντιλίῳ. ſed quum non ſit credibile etiam ſic exſtitiſſe in primigenio, opinor recte etiam me vertiſſe. GRON.

e Ρεβίλιος, Πόπλιος] Sic *Gronov.* Ρεκίλιος in *MSS.* Forſan Τερεντίνα Ρεγίλιος.

f Τιδήτιος, Λεύκιος] Mallem Τιδέτιος.

g Απυλῖνος Λουκίυ ὑὸς Σεργία,] Forſan Ακυλῖνος.

h Φλάβιος Λουκίυ Λεμωνία,] Huic nomini præreptum eſt ſuum prænomen, quod videtur fuiſſe ei antepoſitum, forſan interceptum ab voce præcedente σεργία, quaſi fuerit *Aulus Flavius.* GRON A. Φλαύϊος legendum recte conjicit *Gronov.* prænomine forſan abſorpto à litera finali in voce præcedente.

i Ακύλιος Μάρκυ Μεκία,] Nomen valde dubium ad Latine exprimendum, utrum fuerit *Acilius*, an *Aquilius.* GRON. Ita edidit *Gronov.* Ακκύλιος in *MSS.* an pro Ακυΐλιος vel Ακυΐλιος, aliorum eſto judicium.

k Ερύκιος Λυκίυ Τηλιτλίας.] Sic erat in MS. plana aberratione, ut mihi videbatur, pro Στελλατίνα. GRON.

l Στελλατίνα,] Non dubitavi Στελλατίνα in textum recipere, prout legendum eſſe conjecerat *Gronov.* Τηλιτλίας corrupte in *MSS.*

m Μάρκος Κυίντος Μάρκυ ὑὸς Ποπλία] Verba iſta ſic exſtant in MS. varie corrupta, quum ſecunda vox ut alterum prænomen tolerari nequeat, unde ad Quintios retuli, quorum quum ſint talia cognomina jam olim. quæ deducuntur ex nominibus familiarum aut aliis cognominibus, ut Criſpinus ab Criſpus, Flamininus ab Flaminius, poteſt etiam tolerari Plancilus pro Plancillus ab Plancus vel Plancius, ut in Arriis eſt Balbillus, quamvis exſtare hactenus hoc tantum loco novi Plancillum, cui valde affine eſt cognomen Pacilus jam in republica uſurpatum. Tribum illi dedi, quæ proxima erat ſcripturæ corruptæ. GRON.

n Μάρκυ ὑὸς Ποπλία] Ita *Gronov.* Μάρκῳ Κυίντῳ Μάρκυ ὑὸς Ποπλίᾳ in *MSS.* Ποπλία forſan pro Ποπλιλία vel Ποπλιλίᾳ.

o Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέρκος.] Πλαγκίλιος in *MSS.* Πλαγκίλλος *Gronov.*

p Λόγυς ἐποιήσαντο.] Sic *Gronov.* λόγοις & mox δόγμασι in *MSS.* Sed in poſteriori verbo ſextæ literæ ſuperſcribitur T.

q Δόγματι —— ἔκρινε,] Sic loquitur, quaſi plane iſta res jam fuiſſet acta in ſenatu & conſulto ejus firmata ante necem Julii. Quod ſi ita eſt, jam intelligimus interiorem cauſam, cur in exterarum gentium multitudine necem Julii ejulante ſic eminuerit inſania Judæorum, ut diſerte notat Suetonius, quod viri docti non ſatis perſpiciunt, quum in hoc arcano ea res ſita ſit. Quid ſi tamen non videatur factum fuiſſe vivo Cæſare, ſed univerſum hoc includi & pendere ab uno SCto de ratis habendis actis Cæſaris, ut ſint verba plena doli & ex violentia ac juſſu M. Antonii ſic compoſita? Hactenus tamen ſequimur quod ſcriptum eſt. GRON.

r Ως καὶ Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ] Ως καὶ συνεκλήτῳ ἔδοξεν juxta *Epiphanium*, qui vertit, *ſicut & Senatui viſum eſt ut hæc in tabulis æreis deponantur, & per ſingulas civitates tranſmittantur, quatenus carent & illi in tabulis reponere quod decretum eſt. Quinto id-*
dus Februarias &c.

s Εγένετο πρὸ πέντε εἰδῶν] Nempe iſta delatio SCti in ærarium. Tantum ſcilicet temporis traxit iſta ad pleniſſimam SCti confirmationem requiſita nota, antequam poſſet peragi, ſive ob moleſtias reipublicæ exortas, ſive artibus utriuſque Conſulis rapaciſſimi per annum ſuum, ut inde adhuc fieret hæc res Judæis pretioſa magis & carior, & per decem menſes concurſare debuerint ad impetrandam hujus rei conſummationem, ac SCtum ære incidendum, & quidem ita, ut tabulæ eſſent duplices. Erant enim alioquin ἁπλᾶ. & hinc quoque talia inde ſumpta exempla, ut notum ſatis. Sed nunc etiam id ipſum ſingulare eſt, tanquam SCta omnia in ærario non ſint inciſa uni & patenti tabulæ, ſed multa duplicibus, ut haberentur plane δίπτυχα, atque unum per duas tabulas extenſum complicari poſſet & ſic dimidium loci tantum occupare, quam alioquin teneret. An veto pertinuit hoc ad SCta de provinciis & regionibus exteris, ut illis ſeparatim deſtinatum fuerit conclave, idque juxta parietes habuerit ſuſpenſas δέλτους διπτύχους vel δισσούς, tam bene illuſtratas olim ab Salmaſio, quam facinoroſe tractatas nuperrime ab clericato omnium librorum, quos non legit, editore. Ex hoc loco utique præclara antiquitatis illuſtratio non tantum ærarii Saturni, ſed ubi illa δίπλυχα vel δίπτυχα fuerint, notabiliter uſurpata. GRON.

t Τῶν πρεσβυτῶν ἕνα] Quis ille ſpeciatim fuerit exprimitur ab Joſepho in ſequentib. ex teſtimonio ipſius Dolabellæ ad civitatem Epheſinam, nempe Alexander Theodori filius. Sed pariter inde probatur illic ſcribi admodum minute Δολοβέλλας ὃ λαβὼν παρὰ Υρκανῦ γράμματα, ſed quæ patet per fraudem quandam & aſtum ex pleniore hiſtoria fuiſſe repetita; item, quam abſurde vertatur ibidem *Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus eſt.* locus ille Græcus καὶ ταῦτα μὲν Δολοβέλλας Υρκανῷ πρεσβευσαμένῳ ὡς αὐτὸν ἐχαρίσατο. GRON.

v Πρὸς Δολοβέλλαν τ τ Ασίας τότε ἡγεμόνα,] Eximie id convenit cum hiſtoria, quæ dictat jam menſe Junio Dolabellam has regiones petiſſe & occupaviſſe. GRON.

x Επιτρέπειν τε κατ' ταῦτα ζῆν.] Επιτρέπειν τε habui è *Cod. Busb.* qui niſi in hoc loco convenit cum *Editis*, in quibus καὶ κατ' τ. ζ.

y Λαβὼν δὲ ὁ Δολοβέλλας] Voculas aliquot ante λαβὼν excidiſſe ſuſpicor: eoque magis, quod in *Epiphanio* ſit, *quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella &c*

z Τοῖς κατ' τὴν Ασίαν ἅπασι γράψας καὶ τῇ Εφεσίων πόλει] Si inſpexeris vulgatas editiones, agnoſces alteram fraudem. Cæterum hæc urbs ſpeciatim notanda erat velut caput omnium; in cujus titulo iſto, quo dicitur πρωτεύουσα, quale reſederit privilegium & quæ auctoritas, apparet ex fine epiſtolæ, ut nempe illa partim exemplo ſuo, partim dignitate aliis imperaret. Et certe in ea urbe multos fuiſſe Judæos etſi Acta Apoſtolorum non habuerint occaſionem ſignificandi, tamen ibi conſediſſe multitudinem diſcimus ex Suida in voce Ιασῖν, ubi legimus Τρύφων ἀρχιγὸς τ ἐν Εφέσῳ Ιουδαίων. Quin etiam Norbani Flacci epiſtola ad Epheſios memorat apud Philonem pag. 1036. GRON.

a Πρωτεύσῃ τ Ασίας,] Ita in *Apographis* noſtris & *Editis Joſephi.* Εφεσίων πολιτευούσῃ in *MSS.* ut dicit *Gronov.*

b Περὶ τ Ιουδαίων.] Forſan ὑπὲρ τ. niſi περὶ hic idem valeat ac ὑπέρ.

Dolobellæ litera ad Ephesios.

12. "PRYTANE ARTEMONE, die primo Lenæonis, Dolabella imperator senatui Ephesiorum & magistratibus & populo salutem. "Alexander Theodori filius, legatus Hyrcani, "filii Alexandri, pontificis Judæorum & ethnarchæ, mihi significavit non posse populares suos "militiæ nomen dare, idcirco quod nec arma ferre queant, nec iter illi facere diebus Sabbatorum, neque cibos patrios & quibus consueverant "seorsum comparare. Propterea ego do illis, sicut "etiam magistratus, qui ante me fuerunt, immunitatem à militia, permittoque ut utantur patriis "institutis, cum propter sacra & res divinas ex "more suo congregantur, & ad oblationes in sacrificia faciendas, & vos volo literas de istis per "urbes singulas dimittendas curare.

Decretum L. Lentuli consulis.

13. Et hæc quidem Dolabella, cum Hyrcanus ad eum legatos misisset, gratificatus est nostris. "LUCIUS vero Lentulus consul dixit; Cives "Romanos Judæos, * sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso, pro tribunali re"ligionis ergo ab militia dimisi, ante diem duo"decimum calendas Octobres, Lucio Lentulo "Cajo Marcello consulibus. Adfuerunt Titus Ap"pius Titi filius Balgus Horatia legatus, Titus "Tongius Titi filius Crustumina, Quintus Ræ"sius Quinti *filius*, Titus Pompejus Titi *filius* "Longinus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina "Bracchus tribunus militum, Publius Clusius "Publii *filius* Veturia Gallus, Cajus Sentius Ca-

ιϛ'. "[c] ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ [d] ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Λη"ναιῶνος πρώτῃ, Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ Εφεσίων "βουλῇ καὶ ἄρχουσι καὶ δήμῳ χαίρειν. Αλεξανδρος Θεο"δώρου, πρεσβεύσας Υρκανοῦ τοῦ Αλεξάνδρου ἱερέως "καὶ ἐθνάρχου τῶν Ιουδαίων, ἐνεφάνισέ μοι ὡς οὐ δύνα"νται στρατεύεσθαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, διὰ τὸ [e] μήτε ὅπλα "βαστάζειν δύνασθαι, μήτε ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων, μήτε τροφῶν τῶν πατρίων καὶ σιτί"ων [f] κατ' αὐτοὺς ὑπορεῖν. ἐγώ τε οὖν αὐτοῖς, καθὼς "καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμόνες, δίδωμι [g] τὴν ἀσυλίαν, καὶ "συγχωρῶ χρῆσθαι τοῖς πατρίοις ἔθεσιν, ἱερῶν ἕνεκα "καὶ ἁγίων συναγομένους, καθὼς αὐτοῖς νόμιμον, καὶ "τῶν πρὸς τὰς θυσίας [h] ἀφαιρεμάτων, ὑμᾶς τε βούλο"μαι ταῦτα γράψαι κατὰ πόλεις.

ιη'. Καὶ ταῦτα μὲν Δολοβέλλας [i] Υρκανοῦ πρεσβευσαμένου πρὸς αὐτὸν [k] ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις. "ΛΕΥΚΙΟΣ "ὁ Λέντλος ὕπατος [l] εἶπε· Πολίτας Ρωμαίων Ιουδαίους, "ἱερὰ Ιουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ πιστεύοντας ἐν Εφέσῳ, [m] πρὸ δὲ βή"ματος [n] δεισιδαιμονίας ἕνεκα στρατείας ἀπέλυσα, [o] πρὸ "δεκάτου καλανδῶν Οκτωβρίων, Λουκίῳ Λέντλῳ, Γαΐῳ "Μαρκέλλῳ ὑπάτοις. [p] παρῆσαν [q] Τίτος Αππιος Τίτου "υἱὸς Βάλγων Ορατία πρεσβεύτης, Τίτος Τόγγιος Τί"του υἱὸς Κερουμίνα, Κόιντος [r] Ραίσιος Κοίντου, Τίτος "Πομπήιος Τίτου Λογγῖνος, Γάιος Σερβίλιος Γαΐου "[s] Τηρεντίνα Βράκχος χιλίαρχος, Πόπλιος [t] Κλύ"σιος [v] Ποπλίου [x] Ερωΐᾳ Γάλλος, Γάιος [y] Σέντι"ος [z] Γα-

c Επὶ Πρυτάνεως] Atqui ex nummis docent viri docti summos magistratus in urbe Epheso fuisse aut Ἀρχιερέας aut Γραμματέας, sicut Rhodo præfuisse Prytaneis tam ex nummis quam ex scriptoribus probant. Discamus igitur in urbe Epheso si non fuit magistratus, quia mox agnoscit ἄρχουτας, certe Prytanes usos hoc honore fuisse, ut præscriberentur in decretis; id quod jam pertractatum est. Cæterum ex instauratione hujus præscriptionis apparet violentia illorum, qui in Josepho dominari voluerunt sublata ista parte, quæ erat curiosissima. GRON.

d Αρτέμωνος] Ita juxta meliores *Epiphanii* libros, & in *Gronovii Editione*, & uno ex *Apographis* nostris: Αρτεμίμιος in altero, & Αρτέμωος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

e Μήτε ὅπλα βαστάζειν δύνασθαι,] Vide simile Rescriptum nomine Augusti ad Ephesios pro Judæis apud Philon. Leg. ad Cajum p. 1036. A. B. & infra lib. 16. c. 6 §. 4. SPANH.

f Κατ' αὐτούς] Forte καθ' αὐτούς. COCC.

g Τὴν ἀσυλίαν,] Ita *Gronov.* τὴν ἀσυλίαν in *Apographis* nostris & *Editis Josephi.* τὴν στρατείαν in *MSS. Voss.* ut ait (in Var. Lect. in ima pagina subjectis) *Gronov.*

h Ἀφαιρεμάτων,] Retinui hanc vocem ex Josepho, quum in MS. legatur id quod subnotatum vides contextui ἀφαιρεμάτων, solita hæsitatione inter diphthongum αι & vocalem ε, unde & infra notabam in MSto ἱαιρεσοίαις, item ἀγάετον, & antea Μελίᾳ. Sed miror cur hunc locum non annotaverit in Thesauro Stephanus, quum male in Josepho vertatur *& conferentes in offerenda templo sacrificia.* Video autem quid ex Christianis apportet idem Stephanus. Ego aliter censui. GRON. Sic etiam in *Apographis* nostris. ἀφερεμάτων in *MSS. Voss.* teste *Gronov.*

i Υρκανοῦ πρεσβευσαμένου] Ita *MSS. Voss.* & *Epiphan.* Υρκανῷ πρεσβευσαμένῳ sine τοῖς ἡμετέροις in *Editis Josephi.*

k Ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις.] Quanto rectius & mollius hoc ipsum occurrit tibi, mi lector, quam ista compilatio & mutatio nominis cum participio Υρκανῷ πρεσβευσαμένῳ? GRON.

l Εἶπε·] Forte tollendum. COCC.

* *Sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso,*] Judaicis sacris addictos, iisque operatos, *Gronov.*

m Πρὸ δὲ ——— ἀπέλυσα,] Plura hic sequuntur in *Rufino* cap. xxi. p. cxvi. Decreta Romanorum, Deliorum, Sardianorum &c. in gratiam Judæorum, quæ hic in Græco Josephi contextu aut Gelenii Versione non leguntur. Eadem omissa in postrema Versione Gallica. Vide etiam infra lib. 16. c. 6. §. 1. & 4. ubi similia Decreta Sardianorum, Cyrenæorum, Ephesiorum referuntur. SPANH.

n Δεισιδαιμονίας ἕνεκα] Non de se ita jactavit Lentulus, sed sic loquutus fuit respectu Judæorum, a quibus scrupulum omnem removere voluit, ut possent indulgere δεισιδαιμονίᾳ, qua esse obsessos Judæos & noverant & videbant quotidie Romani: unde in bonam partem accepi de religione, prout aptissime descriptio ejus huc convenit ex lapide, qui scribitur esse in urbe Pola, *Matri pientissimæ religioni Judaicæ metuenti*, apud Gruterum p. 721., 11, quamvis meminerim Romanos ubique Judaicam superstitionem agitare. GRON.

o Πρὸ δεκάτου καλανδῶν] Πρὸ δυοῖν καλανδῶν Οκτωβρίων. πολλὰ δὲ ἴσως ἐν ἐδεῖ &c. in *Editis Josephi*, reliquis omnibus omissis usque ad c. 10. §. 25. v. 13. In *Epiphanii* libris: *duodecimo Kalendarum Octobris, L. Lentulo & C. Marcello Coss. præsente Senatu, Balbus Legatus & vicarius Ephesiorum* &c.

p Παρῆσαν Τίτος Αππιος] Satis clara diversitas est, qua nunc illud γραφομένῳ, vel ut Latini dicunt *scribendo*, omittit, quod supra addebat. Istic enim agebatur de legitimo SCto in urbe facto: nunc autem etsi præscribantur etiam Consulum duorum nomina, tamen illi cum Pompejo non tantum ex urbe fugerant, sed & ex Italia, ut tanquam in provincia hoc decernatur, ubi non licuit implere solennitatem Romæ usurpatam. Et sic habuerunt alia Collegia hinc quandam imitationem, sed ut abstinerent ab illo senatorio *scribendo*. Certe apud Sponium in Miscellaneis pag. 5. in decretis Fratrum Arvalium occurrit identidem *in collegio adfuerunt, & adstantibus fratribus Arvalibus.* Item pag. 69. *Nomina quæ adscripserunt decuriæ ea quæ i. s. s.* Ex quibus primum exstat etiam apud Brissonium libro 1. de Form. pag. 104. in voto Fratrum Arvalium pro Nerone & Octavia. *In collegio adfuerunt Sulpicius* &c. Ea vero quæ recensentur deinceps octo nomina vere Romana sunt, eorum scil. qui adhærebant Pompejo & consulibus fugientibus, ut adversarii Cæsaris, quos idcirco satis magno numero oportuit illic fuisse, quocunque in oppido id decretum fuerit conceptum, ut plane hic sit eadem species, quam describit Tacitus 2. annal. 74. *Consultatum inde inter legatos, quique alii senatorum erant.* GRON.

q Τίτος Αππιος Τίτου υἱὸς Βάλγων] Retineo (quippe venerabile est antiquum) in hoc incerto lectionem in MS. positam, exponens more Romano de Appio Valgo, alioquin ignoto, quum etiam Valgus inter cognomina Romana ignoretur; attamen nihil vetat fuisse, perinde ut Varus, aut Vatia. Alioqui sunt Romana alia nomina his admodum vicina, sive Ampius Balbus, sive Atius Balbus: sed infra plane repetitur Απλος Βαλβος, qui videtur non fuisse multum ab hoc remotus, etsi augeatur titulo αὐκτοριανὸς, ut multi tunc fuerunt. GRON.

r Ραίσιος Κοίντου,] Ita *Gronov.* Ραίσιος in *MSS.* & mox Τερεντίνα.

s Τηρεωτίνα Βράκχος] Prius more sueto corruptum adjuvi, ut antea. Posterius quod rarissimum in Romanis, quum haberet sibi proximum Γράκχος, tamen non sustinens mutare, sibi reliqui, quamvis facile quarta litera transiret ad molliorem ac vicinam illi γ, ut fieret Βράγχος sumpto cognomine ex Mileti oraculo, Latine Branchus; tamen quia nec id invenio inter cognomina Romana, intactum transii. Sunt quidem Brochus, Broccus, Brocchus Furiorum cognomen, Broccius, Brocchius, Brocco, Barchius. Sed quis aliquid pro vero præstet? Etiam apud Reinesium est Julius Barneus. GRON.

t Κλύσιος] Κλυΐτιος in *Apographis* nostris.

v Ποπλίου Ερωΐᾳ Γάλλος,] Optime conjicit *Gronovius* Ποπλίου Οὐιτωρίᾳ legendum esse. Videsis *Sponii Itiner.* tom. 1. p. 409.

x Ερωΐᾳ] Tali appellatione non memini censeri ullam tribum, nec in libris, nec in monumentis aliis. In hoc tamen fragmento bis occurrit. Idcirco nisi placuerit referre inter ignota inscriptionum nomina, quæ in tribubus passim causantur viri docti, fere correxeram Οὐωΐᾳ, quod tamen remotius est. Sed quum adverterem antecedere vocem Ποπλίου, credidi ultimam diphthongi formam non iteratam a scriba sic obumbraviße lectionem Josephi, qui scripserat Ποπλίου Οὐιτωρίᾳ;

La-

"[z] Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα. [a] Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλ-
"βος, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, Ἐφεσίων ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαίους τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Λεύκιος Λέν-
"τλος ὕπατος, ἐμοῦ ἐντυγχάνοντος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀπέλυσε τὴν
"στρατείας. [b] αἰτησάμενον ἢ μὴ πεῦσαι καὶ παρὰ Φαννίου τοῦ
"ἀρχιστράτηγου καὶ παρὰ Λευκίου Αντωνίου τοῦ ἀντιταμίου ἐπι-
"τυχον, ὑμᾶς τε βούλομαι Φροντίσαι μή τις διενοχλῇ.

ιδ'. ΨΗΦΙΣΜΑ [c] ΔΗΛΙΩΝ. "Ἐπὶ ἄρχοντος Βοω-
"τοῦ μηνὸς Θαργηλιῶνος εἰκοστῇ ἱσταμένου στρατηγῶν.
"[d] Μάρκος Πείσων πρεσβευτὴς, ἐνδημῶν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν,
"ὁ καὶ τεταγμένος ὑπὲρ τῆς στρατολογίας, παρεκαλεσάμενος
"ἡμᾶς καὶ ἱκανοὺς τῶν πολιτῶν, παρεστήσεν, ἵνα, εἴπερ
"[e] Ἰουδαῖοι πολίται Ρωμαίων, τούτοις μηδεὶς ἐνοχλῇ περὶ
"στρατείας, διὰ τὸ τὴν ὕπατον Κορνήλιον Λέντλον διεσθαι-
"μονίας ἕνεκα ἀπολελυκέναι τοὺς Ἰουδαίους τῆς στρατείας.
"διὸ πείθεσθαι ὑμᾶς δεῖ τῷ στρατηγῷ." ὅμοια δὲ τούτοις καὶ
Σαρδιανοὶ περὶ ἡμῶν ἐψηφίσαντο.

ιε'. "[f] ΓΑΙΟΣ ΦΑΝΙΟΣ Γαΐου ὑὸς, στρατηγὸς, ὕπα-
"τος, Κώων ἄρχουσι χαίρειν. Βούλομαι ὑμᾶς γνῶναι, ὅτι
"πρέσβεις Ἰουδαίων μοι παρῆλθον, ἀξιοῦντες λαβεῖν τὰ
"ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγματα περὶ αὐτῶν γενόμενα. ὑπολέ-
"πεται δὲ τὰ δεδογμένα. ὑμᾶς θέλω Φροντίσαι καὶ παρορᾶ-
"σαι τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ συγκλήτου δόγμα, ὅπως μὴ τὴν
"ὑμετέρας χώρας εἰς τὰ οἰκεῖα ἀσφαλῶς ἀναχωρισθῶσι.

ις'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΛΕΝΤΛΟΣ ὕπατος [g] λέγει, πο-
"λίτας Ρωμαίων Ἰουδαίους, οὓς μοι ἱερὰ ἔχειν καὶ
"ποιεῖν Ἰουδαϊκὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐδόκουν, δεισιδαιμονίας
"ἕνεκα ἀπέλυσα. τοῦτο ἐγράφη πρὸ [h] δεκαπέντε καλαν-
"δῶν Ὀκτωβρίων.

ιζ'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΝΤΩΝΙΟΣ Μάρκου ὑὸς, [i] ἀν-
"τιταμίας καὶ ἀντιστράτηγος, Σαρδιανῶν ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαῖοι πολῖται ἡμέτεροι παρα-
"γενόμενοι μοι ἐπεδείξαντο ἑαυτοὺς συνόδου ἔχειν ἰδίαν καὶ
"τοὺς πατρίους νόμους ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τόπον ἴδιον, ἐν
"ᾧ τὰ τε πράγματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιλογίας
"κρίνουσι· τοῦτο τε αἰτησαμένους, ἵν' ἐξῇ αὐτοῖς ποιεῖν,
"τηρῆσαι καὶ ἐπιτρέψαι ἔκρινα.

"ji * * filius Sabatina. Titus Atilius Titi filius Bul-
"bus, legatus & prætor, Ephesiorum magi-
"stratibus, senatui, populo salutem. Judæos qui
"in Asia sunt Lucius Lentulus consul, me pro il-
"lis intercedente, dimisit à militia. Postea vero
"cum idem petiissem à Fannio imperatore & à
"Lucio Antonio proquæstore *id ipsum* impetravi,
"vosque volo curare, ne quis *eis* molestiam creet.

14. DECRETUM DELIORUM. "Ar- *Decretum Deliorum.*
"chonte Bœoto mensis Thargelionis die vigesimo
"responsum prætorum. Marcus Piso legatus, cum
"in urbe nostra ageret, præsetque delectui ha-
"bendo, nobis multisque civium advocatis impe-
"ravit, si qui Judæi cives Romani *essent*, eos ne
"quis vexaret propter militiam, idcirco, quòd
"consul Cornelius Lentulus religionis ergo Ju-
"dæos à militia dimiserit. Quam ob causam vos
oportet prætori obtemperare". Similia autem
his etiam Sardiani de nobis decreverunt.

15. "CAIUS FANNIUS Caji filius, impera- *Decretum C. Fannii consulis.*
"tor, consul, Coorum magistratibus salutem. Vo-
"lo vos scire, legatos Judæorum ad me accessisse,
"orantes ut acciperent decreta senatus de ipsis fa-
"cta. Ea vero consulta subjuncta sunt. Vos volo
"ex senatusconsulti sententia his hominibus curam
"adhibere & prospicere, ut per regionem vestram
"secure in suam revehantur.

16. "LUCIUS LENTULUS consul dicit, *L. Lentuli decretum.*
"cives Romanos Judæos, qui mihi videbantur sa-
"cra habere & colere Judaïca in urbe Epheso,
"religionis ergo dimisi. Id factum est ante diem
"tertium decimum calendas Octobres.

17. "LUCIUS ANTONIUS Marci filius, *L. Antonii litera ad Sardianos.*
"proquæstor & proprætor, Sardianorum magi-
"stratibus, senatui, populo salutem. Judæi cives
"nostri, cum ad me accessissent, ostenderunt, se
"suos habere cœtus ex legibus patriis jam in-
"de ab initio, & locum proprium, in quo
"de negotiis & controversiis inter ipsos ortis ju-
"dicium ferunt: cumque à me petiissent ut id i-
"psis facere liceret, eadem illis servari permittique
"decrevi.

18. MAR-

Latine *Veturia*, quæ apud Sponium in Itiner. tom. 1. pag. 409. Οὐολτερία. GRON.

y Σίντιος Γαΐου * * ὑὸς Σαβαλίνα.] Ecce genus fraudis, quod perfrequens libris antiquis illatum est, ut vox aliqua, quoniam in proximo aut sequente illum versu iterabatur, traxerit oculos describentis ab suo loco ad illum, quem debebat differre paulisper, & sic aliqua iste omiserit, immo etiam falsa ad posteros propagaverit. Id fecit in hac parte vocabulum Γαΐου, quod prænomen quum fuisset hujus patri, eodemque usus fuisset ille Cajus Polupejus, ut infra scribitur, qui vere erat tribu Sabatina, eam falsè transfert scriba ad Sentium, qui censebatur tribu Æmilia, ut egregie & liquide in repetitione hujus consularis auctoritatis, quæ infra posita est, discimus; unde hunc locum in versione supplevi, Græca notavi lacuna paris spatii, ut oportebat. Hoc quidem opinor necessarium factu fuisse, quoniam falsa tribus adsignabatur Sentio. In eodem infra loco etiamnum in proxime sequentibus vides citari plures, quos hic locus prætermittit; quo casu aut jure, nescio, sed in illis nihil ausus fui. GRON.

z Γαΐου * * ὑὸς Σαβαλίνα.] In nostris *Apographis*, Γαΐου ὑὸς Σαβαλίνα, nullo intercedente hiatu. Lacunam hic in *Græcis* inter Γαΐου & ὑὸς Σαβατίνα reliquit *Gronovius*: supplevit tamen in *Latinis* ex seq. §. 19. Locum in versione eo modo repræsentavi ex *Gronovio*, quo legendum putat Vir Clarissimus.

a Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλγας,] Erit Ατίλιος, si vetera monumenta sequimur, ubi Atilius Bulbus occurrit, & videtur ipsa corruptela huc ducere, idque exhibui in versione; sunt alioqui affines & Aufidius Balbus & Aurelius Balbus & super omnes notus Atius Balbus. Sed abstinere præstat; GRON. Erit Ατίλιος, si vetera monumenta sequimur, in quibus *Atilius Bulbus* occurrit; & videntur verborum corruptorum vestigia huc ducere, ait *Gronov.*

b Αἰτησάμενος ἢ] Ita in nostris *Apographis* pariter ac in *Editione Gronovii*. Ἀντισάμενος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

c Δηλίων] In quibus tum frequentes etiam fuisse Judæos patet ex ipso Josepho, ubi inter Cæsaris Julii decreta, hoc est, in ipsa fere hujus narrationis parte ac tempore refert verba hæc ex ejus edicto ad Parianos: Ἐντυχόν μοι Ἰουδαῖοι ὁ Δήλῳ καὶ τινες τῶν παροίκων Ἰουδαίων. Magnum profecto fuit in tam urgente necessitate Judæis remitti potuisse ab Pompejanis militandi vexationem, quum alios omnes ad eam compellerent nulla adhibita conniventia. Oppressit haud dubie Pisonem admiratio auri & argenti, quod in vicem ipsorum Judæorum cessit. GRON. Judæos multos fuisse in Delo constat supr. ex §. 8.

d Μάρκος Πείσων.] Admodum notabile indicium in Pompejanorum consiliis, qui quum versus omnia miserint ad colligendas copias, ad Cycladas hunc illustris nominis virum delegarunt tali muneri exsequendo: ut ita historia hujus Pisonis alioqui in toto bello civili non nominati, referri debeat ad libri III. de bello Isto caput IV. apud Cæsarem, ubi ex Bœotia & Achaja magnus numerus supplementi nomine distributus legitur. Et hinc Cæsar III. Civil. cap. 4. ait Pompejum effecisse legiones duas ex Asia, quas Lentulus conscribendas curaverat. GRON. Historia hujus *Pisonis* (ut notavit Cl. *Gronovius*) referri debet ad lib. 3. *Comment. Cæsaris* de *Bello Civili*, c. 4.

e Ἰουδαῖοι] MS. Ἰουδαῖοι.

f Γάϊος Φάνιος Γαΐου ὑὸς στρατηγὸς, ὕπατος] Est hic ergo Fannius alius illo, quem ponit Josephus XIII, 17, ubi tractatur materia similis, sed quem ponit absque prænomine, & dicitur Μάρκου υἱὸς, & tantum στρατηγὸς. Itaque hæc est momentosa accessio ad consummandos fastos hujus temporis, si constaret quo anno titulum hunc usurpaverit. Certe enim inter Consules, ne quidem suffectos, occurrit quisquam Fannius consul. Itaque ut hoc nescimus, ita egregie evenit, ut hunc Fannium noscamus ex Cicerone, unde allegavit Pigius pag. 442 inter duces Cn. Pompeii eumque in Græciam sequutos C. Fannium" f. "n. Strabonem cognomine, quod ut inde accipimus, ita ex hoc loco haurimus patrem ei fuisse Cajum. Neque enim causa ulla nos monet de Cæpione cogitare. Interea consulatum hujus Fannii videbimus, quum exorietur notitia consulatus C. Rabillii, qui infra ciatur. GRON. De hoc Fannio videsis *Pigium* in *Annalibus*, tom. 3. p. 442. de quo loco nos monuit *Gronov.*

g Λέγει,] Εἶπεν legisse videtur *Epiphan.*

h Δεκαπρίων καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] In *Epiphanii* libris *duodecimo Kalendarum Juliarum.*

i Ἀντιταμίας] *MSS.* ἀντὶ ταμίας.

M. Publii aliorumque testimonium.

18. "MARCUS PUBLIUS Spurii filius & "Marcus Marci & Publii filius Lucius dicunt. "Cum Lentulum proconsulem adiissemus, illum "edocuimus, de quibus rebus Dositheus Cleopa- "tridæ filius, Alexandrinus, verba fecit, ut Judæos "cives Romanos sacra Judaïca celebrare solitos, "* siquidem ei videretur, religionis ergo dimitte- "ret; & dimisit ante diem tertium decimum ca- "lendas Octobres.

Senatus decretum.

19. "*Mense* QUINTILI Lucio Lentulo, Ca- "jo Marcello consulibus. Aderant Titus Appius "Titi filius Balbus Horatia legatus, Titus Ton- "gius Crustumina, Quintus Ræsius Quinti *filius*, "Titus Pompejus Titi filius, Cornelius Longi- "nus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina Brac- "chus tribunus militum, Publius Clusius Publii "filius Veturia Gallus, Cajus Teutius Caji *filius* "Æmilia tribunus militum, Sextus Atilius Sexti "filius Æsquilina Serranus, Cajus Pompejus Caji "filius Sabatina, Titus Appius Titi *filius* Menan- "der, Publius Servilius Publii filius Strabo, Lu- "cius Paccius Lucii *filius* Collina Capito, Aulus "Furius Auli filius Tertius, Appius Menas. His "præsentibus Lentulus decretum pronunciavit; "Judæos cives Romanos, qui sacra Judaïca facere "consueverunt in urbe Epheso, pro tribunali re- "ligionis ergo dimisi.

Laodicensium litera ad C. Rabilium.

20. "LAODICENSIUM magistratus Cajo "Rabilio Caji filio consuli salutem. Sopater Hyr- "cani pontificis legatus reddidit nobis à te epistо- "lam, qua significabat nobis, ab Hyrcano Judæo- "rum pontifice quosdam profectos attulisse literas "de gente ipsorum scriptas, ut Sabbata Judæis li-

ιη'. "[k] ΜΑΡΚΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ ὁ [l] Σπυρίε υἱὸς ϗ Μάρ- "κ☉ Μάρκε κ☽ Ποπλίε υἱὸς Λύκι☉ λέγουσι. Λέν- "τλῳ τῷ ἀνθυπάτῳ παρεληλύθοτες ἐδιδάξαμεν αὐτὸν περὶ "ὧν [m] Δωσίθε☉ Κλεοπατρίδε Ἀλεξανδρεὺς λόγους ἐ- "ποιήσατο, ὅπως [n] πολίτας Ῥωμαίων [o] Ἰουδαίους ἱερὰ Ἰσ- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰωθότες, ἂν αὐτῷ φανῇ, δεισιδαιμονίας "ἕνεκα ἀπολύσῃ· ϗ [p] ἀπέλυσε πρὸ [q] δεκαπρίων κα- "λανδῶν Ὀκτωβρίων.

ιθ'. "[r] ΚΥΙΝΤΙΛΙΩι Λουκίῳ [s] Λέντλῳ, Γαΐῳ Μαρ- "κέλλῳ ὑπάτοις. παρῆσαν Τίτ☉ Ἀππι☉ Τίτε υἱὸς "Βάλβ☉ Ὁρατία πρεσβεύτης, Τίτ☉ Τόγγι☉ Κρυστο- "μίνα, Κόιντ☉ [t] Ραισι☉ Κοίντε, Τίτ☉ [v] Πηϊ☉ "Τίτε υἱὸς, [x] Κορνήλι☉ Λογγῖν☉, Γάι☉ Σερουί- "λι☉ Γαΐε Τηρεντίνα Βράκχ☉ χιλίαρχ☉, Πόπλι☉ "Κλώσι☉ Ποπλίε υἱὸς Ἐρουρία Γάλλ☉, Γάι☉ [y] Τεύ- "τι☉ Γαΐε Αἰμιλία χιλίαρχ☉, Σέξτος Ἀτίλιος Σέξτε "υἱὸς [z] Αἰσυμία Σερρᾶνος, Γάϊος [a] Πομπήιος Γαΐε υἱὸς Σα- "βατίνα, Τίτος Ἀππιος Τίτου Μένανδρος, Πόπλιος [b] Σε- "ρουίλιος Ποπλίου υἱὸς Στράβων, Λεύκιος Πάκκιος Λουκίε "Κολλίνα Καπίτων, [c] Αὖλος Φούριος Αὔλου υἱὸς Τέρτιος, "Ἀππιος Μηνᾶς. ὅτι τούτων ὁ Λέντλος δόγμα [d] ἐξή- "νεγκε· πολίτας Ῥωμαίων [e] Ἰουδαίους, οἵτινες ἱερὰ Ἰου- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰώθασιν ἐν Ἐφέσῳ, πρὸ ϛ βήμα☉ δει- "σιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσε.

κ'. "ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ἄρχοντες Γαΐῳ Ῥαβιλλίῳ Γαΐε υἱῷ "ὑπάτῳ χαίρειν. [f] Σώπατρος Υρκανοῦ ϛ [g] ἀρχιερέως πρεσ- "βύτης ἐπέδωκεν ἡμῖν τὴν παρ' ἐμοῦ ὑπεσταλὴν, δι' ἧς ἐδή- "λου ἡμῖν παρ' Υρκανοῦ ϛ Ἰουδαίων ἀρχιερέως ἐληλυθότας "τινὰς γράμματα κομίσαι περὶ ϛ ἔθνους αὐτῶν γεγραμμένα, "ἵνα

k Μάρκος Πόπλιος] Quinam fuerint isti duo Marci cum tertio Lucio, quum in scripto nulla quidem sit nota dignitatis, sed varia habeant addita forsan ad distinctionem, tamen nihil ad eam nobis conferunt, & in Romanum morem admitti queunt, si statuamus eos ex plebe fuisse, & hinc Judaicis sacris addictos, ut præter prænomina de illis nihil dicatur; unde licet alia cogitari possint, judicavi tamen intacta relinqui. GRON.

l Σπυρίε υἱὸς] Ita in nostris *Apographis*, prout edidit *Gronov.* (in V. L. Gronovii ἴχνεσι ος πυρίε. Sic MS. media sunt in margine) Ποπλίε juxta *Epiphanium*.

m Δωσίθεος Κλεοπατρίδε Ἀλεξανδρεύς] Ita ex *Vet. Interpr.* corrupte in *MSS. Voss.* δώσει κλεοπατρίδε ἀλεξανδρεὺς λόγους.

n Πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους ποιήσῃ] Hoc postremum verbum sic plane exstat in MSto, quum prorsus sit supervacuum nec ullum tueatur locum: non enim agitur de Judæis ut fiant cives Romani, sed ut illi, qui jam erant cives Romani, beneficio aliquo per eum adficerentur. Hinc satis mihi fuit id verbum uncis inclusisse, & in vertendo omisisse. GRON.

o Ἰουδαίους ἱερὰ] Verbum ποιήσῃ (quod post Ἰουδαίους habent *MSS.* & uncis inclusum dedit *Gronov.*) omisi, præsertim cum illud non agnoscat *Epiphan.*

* *Siquidem ei videretur*,] *Vel*, si hoc ad eum deferatur.

p Ἀπέλυσε] Ita cum *Epiphan.* ἀπέλυσεν in *MSS.*

q Δεκατρίων καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] *MSS.* δεκατρίων ἐκτεινείων.

r Κυιντιλίῳ Λουκίῳ Λέντλῳ,] Prima vox continet Romanum nomen satis bene notum ubique, sed ut opinor, male huc conveniens, ut illud aberraverit forsan ad illudendum lectoribus, quippe destitutum voce antecedenti; ut hinc fere videatur jus sibi arrogare veniendi in censum propriarum appellationum sequentibus annectendum. Cæterum existimo vocem μλωι præcessisse, ut temporis titulus inter prima legeretur, etsi fatear eum aliter conceptum esse in antecedentibus. Ita certe egi in versione, & ideo signum defectus non apposui. GRON. Vox Κυιντιλίῳ abest *Vet. Interpr.* Μλωὶ excidisse suspicatur *Gronov.* ideoque *Mense* ante *Quintili* posuit in versione. Hoc decretum, omissis senatorum nominibus, in *veteri versione* sic se habet. *L. Lentulo & C. Marcello Coss. L. Lentulus decretum protulit. Cives Rom. Jud.* &c.

s Λέντλῳ, Γαΐῳ] MS. Λεντλωγαΐω.

t Ραισι☉ Κοίντε, Τίτ☉ Πηϊ☉] En locum plenum nodi, & tantum ulceris, ut difficulter expurges. Immo hinc apparet scribam hujus codicis non esse laudandum ab doctrina, sed ab fide, qua persequutus est vestigia literarum in volumine, quod describebat. An noluerunt hic Ræsius cum Cornelio ostentare suam tribum, quum in inscriptionibus occurrant duo Ræsii, alter Palatina, alter Fabia, etiam cognominibus diversi? Quumque omnes gaudeant prænomine, an Cornelius Longinus id fuit aversatus solus? In MS. tamen non aliter habetur. Si placet nos exercere in appellatione Πηϊ☉ quidem potuit latere aliquis Pedius, cujus familia bene clara. Sed ex loco superiore nequimus ambigere, quin istæ quinque literæ sint posterior pars vocis Πομπηϊ☉, ut omnino significetur hîc tres illos adfuisse Κοίντ☉ Ραισι☉ Κοίντε, Τίτος Πομπηϊ☉ Τίτε υἱὸς, Κορνήλιος Λογγῖνος. Et quid opus est alia tentare? Mox pro Τεύτιος probabiliùs ante exstat nomen Σέρουιος. GRON.

v Πηϊος Τίτε υἱὸς,] Ita *MSS.* Verum e super. §. 13. Πομπηϊ☉ legendum videtur. quod etiam monuit *Gronov.*

x Κορνήλιος Λογγῖν☉,] Supra §. 13. decrat Κορνήλιος.

y Τεύτιος Γαΐε Αἰμιλία] Pro Τεύτιος ante exstat Σέρουιος, supr. §. 13. ei affines sunt Τίτιος & Τίσιος.

z Αἰσυμία Σέρρανος,] Sic edidi omissa litera ς, quæ insuper in fine adhærebat. Vult enim exprimere nomen tribus, quæ quomodo vocata fuisse supponetur? Utique istud nomen est ignotum Romæ. Vicina sunt *Ausonia* itemque *Auximia* ab claro oppido *Auximum*, sane colonia quondam & municipio; etiam quandoque scriptum *Ausimum*, ut vides in Cluverio. Verum & has tanquam tribuum appellationes perinde istic insolitas animadvertimus, ut hic idem lusus sit. An vero dicemus aliquid in his contigisse, quod nos docent scholia in Luciani Vitam Demonactis? Οὐ γὰρ ἴσθ' εἰπεῖν ὅτι τῇ Ῥωμαίων ἐτέμνου μοι πολιτείᾳ. ἀλλ' ἐνοήσατο γὰρ τοῦτο ϗ ἄδηλον, ποίᾳ τινι εἰσηγήσατο αὐτὸν φυτείᾳ ἐκ πολλῶν φυτειῶν ἡ Ῥωμαίων πολιτείας συγκεκρυμμένης, οἷον Οὐετυλίων, Φλαβίων, ϗ ἄλλων πλείστων. Cæterum meditanti varia visum fuit latere illic nomen tribus Esquilinæ, quomodocunque illud fuerit editum; & forsan Αἰσυλία. Notant diversitatem ab Græcis admissam in hoc Latino ad suam linguam concinnando tutores Dionysii Halicarnassei, ut modo Ισκ, modo Εσκ. incipere, sed & occurrere Αἰσκυλίνου deprehenderint. Nam quod statim sequebatur nomen Πολυπτίου in MS. codice, non existimo me peccasse, dum celebratissimum supposui. GRON. Αἰσυμίας Σίσσεννος, pro quibus verisimiliter Αἰσκυλίας vel Αἰσκυλίνας Σίρρεννος reponendum censuit *Gronov.*

a Πομπῴ☉ Γαΐε υἱὸς] Πομπήιος pro Πολυπτίου substitui cum *Gronovio.*

b Σερουίλιος Ποπλίε υἱὸς] Φιλλιος in *Apographis* nostris.

c Αὖλος Φούριος Αὔλε.] Ita firmus reparavi simpliciter morem & nomen Romanum, quum in MS. vitiaretur Αὔλιος Φούριος Παύλε. GRON. Ita *Gronov.* Αὔλιος Φούριος Παύλε υἱὸς in *MSS.*

d Ἐξώνησε· πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους, εἶναι] Hæc optime cohærere possunt, si modo sola possent in se considerari, & non sequentia deberent his annecti; unde apparet non egisse Lentulum de eo, si Judæi tales forent cives Romani, sed si illi Judæi, qui sacra sua Ephesi colerent, ac cives Romani essent, immunitatem haberent aut habituri essent ab militia. Hinc clare colligis verbum εἶναι ex supervacuo his insertum esse, idque omisi in versione. GRON

e Ἰουδαίους,] Ἰουδαίους εἶναι in *MSS.* sed εἶναι (quod non agnoscit *Epiphan.* & in versione sua omisit *Gronov.*) facessere jussi.

f Σώπατρος Υρκανοῦ ϛ] Σωσίπατρος juxta *Epiphanium.*

g Ἀρχιερέως] *MSS.* ἀρχαιρέως sed correctum.

h Επι-

"ἵνα τὰ Σάββατα τοῖς Ἰουδαίοις ἐξῇ καὶ τὰ λοιπὰ ἱερὰ ἄγει-
"πλεῖν καὶ τοὺς πατρίους νόμους, ὅπως τε μηδεὶς αὐτοῖς
"[h] ἐπιτάσῃ, [i] διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι καὶ συμ-
"μάχους, ἀδικήσῃ τε μηδεὶς αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπαρχίᾳ,
"ὡς Τραλλιανῶν τε [k] ἀντιπάλων καὶ ἔφασκον μὴ ἀρέσκειν
"τοῖς παρ' αὐτῶν δεδογμένοις [l] ἐπέταξας ταῦτα ἔτους γίνεσθαι·
"ἐπιστείλαντός δέ μου, ὡς ἐφ' ἡμῖν ταῦτα γράψαι παρ' αὐτῶν.
"ἡμεῖς οὖν, κατακολουθήσαντες τοῖς ἐπεσταλμένοις ὑπὸ σου,
"τήν τε ἐπιστολὴν τὴν ἀποδοθεῖσαν εἰσεξάμεθα καὶ κατέχο-
"μεν εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν γράμματα· καὶ περὶ τῶν ἄλ-
"λων ὧν ἐπέστελλας, προνοήσομεν ὡς μηδὲν μεμφθῆναι.

ια'. "ΠΟΠΛΙΟΣ Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς [m] Γάλβας
"ἀνθύπατος Μιλησίων ἄρχουσι, βουλῇ, καὶ δήμῳ χαίρειν.
"Πρύτανις Ἑρμοῦ υἱὸς, πολίτης ὑμέτερος, παραγενόμενός μοι
"ἐν Τράλλεσιν ἄγοντι τὸν [n] ἀγόραιον, ἐδήλου μοι περὶ τῶν ἡμε-
"τέρων γνώμην Ἰουδαίοις ὑμᾶς [o] φιλοφρονεῖσθαι, καὶ κω-
"λύειν αὐτοὺς τά τε Σάββατα ἄγειν, καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πά-
"τρια πλεῖν, καὶ τοὺς καρποὺς μεταχειρίζεσθαι, [p] καθὼς
"ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, αὐτόν τε καὶ τοὺς νόμους τεθεικέναι τὸ
"ψήφισμα. βούλομαι οὖν ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι ἀκούσας ἐγὼ
"[q] λόγων ἐξ ἀνθυποκαταστάσεως γενομένων, ἐπέκεινα μὴ κω-
"λύειν Ἰουδαίους τοῖς αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι.

κβ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ [r] ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. [s] Ἐπὶ Πρυτάνεως
"Κρατίππου [t] Δαισίου πρώτῃ γνώμῃ στρατηγῶν. Ἐπεὶ οἱ Ρω-
"μαῖοι, καταπολεμήσαντες τὴν τῶν [u] προγόνων ἀγωγὴν, τοὺς
"ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ἀνθρώπων ἀσφαλείας κινδύνους
"ἀναδέχονται, καὶ φιλοτιμοῦνται [x] τοὺς συμμάχους καὶ φίλους
"ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ βεβαίᾳ [y] καταστῆσαι εἰρήνῃ, πέμψαν-
"τος πρὸς αὐτοὺς ἔθνους τῶν Ἰουδαίων καὶ Ὑρκανοῦ τοῦ ἀρ-
"χιερέως αὐτῶν πρέσβεις, Στράτωνα Θεοδότου, Ἀπολ-
"λώνιον Ἀλεξάνδρου, Αἰνείαν Ἀντιπάτρου, Ἀριστόβουλον
"Ἀμυντοῦ, Σωσίπατρον Φιλίππου, ἄνδρας καλοὺς κἀγα-
"θοὺς, καὶ περὶ τῶν κεφαλαίων ἐμφανισάντων, ἐδογμάτισεν ἡ
"σύγκλητος, περὶ ὧν ἐποιήσαντο τοὺς λόγους, ὅπως μηδὲν
"ἀδικῇ Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς Ἀντιόχου υἱὸς Ἰουδαίους συμ-
"μάχους Ρωμαίων, ὅπως τε φρούρια καὶ λιμένας καὶ χώ-
"ρας, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀφείλετο αὐτῶν, ἀποδοθῇ, [z] καὶ
"ἐξῇ αὐτῶν ἐκ τῶν λιμένων ἐξάγειν, ἵνα τι μηδεὶς
"ἀτελὴς [a] ᾖ τῆς Ἰουδαίων χώρας ἢ τῶν λιμένων αὐ-
"τῶν ἐξαγόντων βασιλεὺς ἢ δῆμος, ἢ μόνος Πτολε-
"μαῖος ὁ Ἀλεξανδρέων βασιλεὺς, διὰ τὸ εἶναι σύμ-
"μαχος ἡμέτερος καὶ φίλος, καὶ τὴν ἐν Ἰόππῃ
"φρουρὰν ἐκβαλεῖν, καθὼς ἐδεήθησαν, τῆς τε βου-
"λῆς ἡμῶν [b] Λεύκιος Πέτλιος ἀνὴρ καλὸς κἀγα-
"θὸς παρεσκεύασεν, ἵνα [c] φροντίσωμεν ταῦτα ἔτους γέ-
"νεσθαι, καθὼς ἡ σύγκλητος ἐδογμάτισε, παρενεγ-
"κεῖν τε [d] ἀσφαλῶς εἰς οἶκον τῶν πρεσβευτῶν ἀναπο-
"μπῆς. ἀποδεξάμεθα δὲ καὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὸν

"ceret ac reliqua sacra peragere ex patriis legibus,
"& ut nullus eis imperet, quia amici nostri sunt
"& socii, ac nemo eos injuria afficiat in nostra
"provincia, utpote qui & Trallianis coram con-
"tradicentibus non placere hæc de illis decreta,
"imperaris illa sic fieri: sed insuper hoc se roga-
"tum esse, ut nobis quoque ista de illis scriberes.
"Nos igitur, præceptis tuis obsequentes, epistо-
"lam traditam accepimus & in publicas nostras
"tabulas repositimus; & cætera *omnia*, quæ in
"mandatis dedisti, nobis curæ erunt, ne quid re-
"prehendatur.

21. "PUBLIUS Servilius Publii filius Galba *P. Servilii litera ad Milesios.*
"proconsul Milesiorum magistratibus, senatui,
"& populo salutem. Prytanes Hermæ filius ci-
"vis vester, cum ad me veniisset in *urbe* Tralli-
"bus, ubi conventum agebam, significabat vos
"præter sententiam nostram tractare Judæos, &
"prohibere illos tum Sabbata celebrare, tum sa-
"cra patria facere, & fructus pro sua consuetu-
"dine administrare, ipsumque se ex legibus au-
"ctorem fuisse hujus decreti. Volo igitur vos
"scire, me, verbis auditis quæ ultro citroque ha-
"bita sunt, tandem decrevisse, non prohibendos
"Judæos uti suis moribus.

22. "DECRETUM PERGAMENO- *Pergamenorum decretum.*
"RUM. Prytane Cratippo, primo Dæsii men-
"sis die decretum prætorum. Quoniam Roma-
"ni, majorum institutis obsequentes, pericula
"pro communi omnium hominum securitate su-
"scipiunt, & certatim id agunt ut socios ami-
"cosque in felicitate & firma pace constituant,
"cum ad illos misissет natio Judæorum & Hyrca-
"nus eorundem pontifex legatos, Stratonem
"Theodoti, Apollonium Alexandri, Æneam
"Antipatri, Aristobulum Amyntæ, Sosipatrum
"Philippi *filium*, viros bonos & probos, atque
"hi præcipua quæque negotiorum significassent,
"decrevit senatus, de quibus rebus verba fece-
"runt, ne qua injuria Antiochus rex Antiochi fi-
"lius Judæos socios Romanorum afficiat, utque
"præsidia & portus & regionem & si quid aliud
"ab eis abstulit, id reddatur, atque liceat *illis suis*
"ex portubus exportare *quodcunque volunt*, & ne
"quis sine vectigalibus ex Judæorum regione aut
"ex portubus eorum quidquam exportet, *sive*
"rex sive populus, præter solum Ptolemæum
"Alexandrinorum regem, quia est socius noster
"& amicus; immo & præsidium quod est Joppe
"expellendum esse, sicuti petiverunt, & sena-
"tus noster *unus* Lucius Pettius, vir bonus &
"probus, mandavit, ut nobis curæ esset illa ita
"fieri quemadmodum senatus decrevit, atque
"provideremus ut legati in patriam salvi & inco-
"lumes redeant. Quin etiam admisimus in sena-
"tum

b Ἐπιθῶσῃ,] Ἐμποδίζῃ forsan in *suo codice* habuit *Epiphan.* nam vertit, *ne quis eos quicquam impediat.*

i Διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι] Sic *Gronov.* διὰ Ϛ in *MSS.*

k Ἀντιπόντων] *MSS.* ἀντιπόντων.

l Ἐπέταξας ταῦτα ἔτους γίνεσθαι·] Ita in *Apographis* nostris. ἐπιθέξας in *Editione Gronovii.* forsan *Typothetarum* errore.

m Γάλβας ἀνθύπατος] Eo modo *Epiphan.* & *Gronov.* Γάλκας in *MSS.*

n Ἀγόραιον,] *MSS.* ἀγόρειον sed correctum.

o Φιλοφρονεῖσθαι,] Sic apud *Ælianum*, l. 12. c. 27. φιλοφρονεῖσθαι τοῖς πολεμίοις ἡμερώτατα *hostes mitissime tractare.*

p Καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς,] Ita scribitur in MSto, quod quum sit manifeste vitiosum, ita interpretatus sum, ut minima mutatione unius tantum literæ ο in ω defungerer; ut simplex sit usurpatum pro compositо ἔξεστι. Utrum id sufficit? an apparet etiam satis clare coaluisse in unum voces καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς? prout hic sensus aliquoties ante occurrit. GRON. Ita ex *Epiphanio*, qui vertit, *& fructus sua consuetudine colligere.* καθὼς ἔστω in *MSS.* quod in καθὼς ἔθος mutavit *Gronov.* ut ἔξεστι acciperetur pro ἔξεστι. quo modo & supra, p. 383. v. 30.

q Λόγων ἐξ ἀνθυποκαταστάσεως γενομένων,] Sic *Gronov.* λόγων in *MSS.*

r ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ] Forte ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. HUDS. In *Add.* Inde, opinor, id putat *Hudsonus*, quod in fine hujus §. dicant majores suos amicos Judæis Abrahami fuisse temporibus, verum (ut ex Josepho *Antt.* l. 12. c. 4. §. 10. & *de Bello* l. 1. c. 25. §. 1. patere potest) Lacedæmoni non modo de amicitia, sed & propinquitate generis cum Abrahamo & Judæis gloriabantur. HAV.

s Ἐπὶ Πρυτάνεως Κρατίππου Δαισίου] Verba illa Ἐπὶ Πρ. Κρατ. in textum recepi, quod ita legerit *Epiphan.* & in margine exstent *MSS. Voss.*

t Δαισίου] *MSS.* Περγαμηνοῦ Διοσ.

u Προγόνων] *MSS.* μαγογόνων.

x Τοὺς συμμάχους] *MSS.* τοὺς δημάχους.

y Καταστῆσαι] *MSS.* Κατασῆσαι.

z Καὶ ἐξῇ αὐτῶν] Καὶ μὴ ἐξῇ edidit *Gronovius.* in *Apographis nostris*, καὶ μὴ ἔξῃ. unde καὶ ἐξῇ rescripsi, fretus auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *& liceat* &c.

a Ἢ τῆς Ἰουδαίων χώρας] In *MSS.* ἦι. atque ita edidit *Gronov.* verum ι expunxi, quod ἐξῇ in superiori versiculo detractum voculæ ἢ adhæsisse suspicor.

b Λεύκιος Πέτλιος] *Lucius Peticus* in *Editis Epiphanii.* at *Lucius Petitus* in *MSS*

c Φροντίσωμεν] *MSS.* φρυγὶ τίσωμεν, unde tres literæ ρμν postea fuerunt inductæ.

d Ἀναποδῆς.] *MSS.* ἀναποδῆς.

e Αὐ-

"tum & in concionem Theodorum, cumque ab "ipso epistolam accepissemus & senatusconsul- "tum, atque ipse magno studio verba fecisset, "& virtutem Hyrcani declarasset ac magnanimi- "tatem, quod tam communiter universos quam "privatim singulos, qui ad ipsum veniunt, be- "neficiis afficiat, ideo & literas in publicis archi- "vis nostris deposuimus, & nos quoque ipsi, ut- "pote Romanorum socii, omnia etiam Judæis "præstare ex senatusconsulto decrevimus. Insu- "per Theodorus, qui epistolam nobis reddidit, "prætores nostros obsecravit, ut mitterent Hyr- "cano exemplum decreti, & legatos qui populi "nostri *erga illos* studium significarent, & horta- "rentur ad conservandam augendamque ipsorum "erga nos amicitiam, & ad novum aliquod bene- "ficium conferendum, ut qui debitam gratiam "meritamque consequuturi sint, meminerintque "quemadmodum etiam Abrami temporibus, qui "pater erat omnium Hebræorum, majores nostri "fuerint illis amici, prout in * acta publica rela- "tum invenimus.

Decretum Halicarnassensium.

23. "DECRETUM HALICARNASSEN- "SIUM. Sacerdote Memnone Orestidæ *filio*, & "per adoptionem Euonymi, Anthesterionis die

"ἐκκλησίαν τ Θεόδωρον, ἐπιλαβόντες τε τῶν ἀπεσ- "λεω παρ' αὐτε καὶ τὸ τ συγκλήτε δόγμα, καὶ ποιησα- "μένε μ πολλῆς σπεδῆς [c] αὐτε λόγες, ℰ τῶν Υρκα- "νῦ ἐμφανίσαντος ἀρετὴν ℰ μεγαλοψυχίαν, καὶ ὅτι καὶ- "νῦ πάντας εὐεργετεῖ, [f] καὶ κατ' ἰδίαν τὰς πρὸς αὐτὸν "ἀφικνεμένες, τά τε γράμματα εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν "ἀπεθέμεθα, καὶ αὐτοὶ πάντα ποιεῖν ὑπὲρ Ιουδαίων, "σύμμαχοι ὄντες Ρωμαίων, κατὰ τ συγκλήτε δόγμα "ἐψηφισάμεθα. ἐδεήθη δὲ καὶ ὁ Θεόδωρος, ὁ τῶν ἀπε- "σταλκότων ἡμῖν ἀποδὸς, τ ἡμετέρων στρατηγῶν, ἵνα πέμ- "ψωσι πρὸς Υρκανὸν τὸ ἀντίγραφον τε [g] ψηφίσμα- "τος, καὶ πρέσβεις δηλώσοντας τῷ ℰ ἡμετέρᾳ δήμῳ "σπεδῶ, καὶ παρακαλέσοντας σωτηρεῖν καὶ αὔξειν αὐ- "τῶν τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ ἀγαθῆ τινος αἴτιον "γίνεσθαι, ὡς ἀμοιβάς τε τὰς προσηκόσας ἀποληψόμε- "νον, μεμνημένον τε [h] ὡς καὶ ἐν τοῖς κ Αβραμον καὶ- "ροῖς, ὃς ἦν πάντων Εβραίων πατὴρ, οἱ πρόγονοι ἡμῶν "ἦσαν αὐτοῖς φίλοι, καθὼς ἐν τοῖς δημοσίοις εὑρίσκομεν "γράμμασι.

κγ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. Ἐπὶ ἱερέως "Μέμνονος τε [i] Ορησείδε, κατὰ δὲ ποίησιν Εὐωνύμε, "[k] Ανθεσηριῶνος . . . ἔδοξε τῷ δήμῳ, εἰσηγησαμένε "Μάρ-

e Αὐτῆ λόγες,] Ita rescribendum censui. *αὐτὲς* edidit *Gronovius* ex *MSS.*

f Καὶ κατ' ἰδίαν] *MSS.* καὶ κατηδίαν.

g Ψηφίσματος,] *MSS.* ψίσματος.

h Ως καὶ ἐν τοῖς κ Αβραμου καιροῖς,] En Chronologiæ caput novum & incognitum, & fere deridendum ab unoquoque, qui Abrahamum, illum verum & priscum, cogitet, quem hi Phryges aut Pergameni statuunt quasi principem constitutæ reipublicæ fuisse, qui fœdera cum externis non tantum, sed & longissime remotis sanciverit, ut vel ipse Abrahamus vel propinquo gradu ab eo orti habuerint jam Phrygas amicos, idque signatum hi publice servaverint. Habes medii temporis testationem inconditam & fraudulente captatam ex veteris Ilii & veterrimorum Phrygum recordatione ad insinuandum, cui forsan occasionem dedit historia Herodoti, unde tradebatur Ægyptios etiam sub Psammiticho, aliis testantibus de Sesonchosi, inquirentes agnovisse tandem Phrygas fuisse ipsis vetustiores, quum sese antea jactavissent tales esse. GRON.

* *Acta publica*] Vide *Grotium* in 1 Maccab. cap. 12. & *Huet.* in D E. p 96. HUDS in *Add.*

i Ορησείδε,] Αρησείδε in *Apographis* nostris. Αρισείδε edidit *Vossius* in notis ad *Catullum*, p. 313. contra fidem *MSS.* ut dicit *Gronov.*

k Ανθεσηριῶνος] Nihil amplius exhibetur in MS. Sed spatii aliquid vacui sequitur, quod Vossius hanc partem edens in Observationibus ad Catullum corripuit ac plane abolevit, nescio an satis perite & licite, quum ipse opiner non frustra evenisse; sed esse locum, ubi posita fuerit nota diei in isto mense, forsan Ανθεσηριῶνος ϛ' id est, ἕκτη, nisi velis primam sequentis verbi excidisse ι, ut de quinta die intelligatur, ut solebat fieri in decretis Græcorum & sequitur infra in Ephesino. Sed ipse nihil prætento, quia lectori cuivis facile patet ex contextu hujus decreti aliqua excidisse, non tantum quia post ἔδοξε τῷ δήμῳ sequitur δεδόχθαι, sed etiam quia in fine dicitur τῷδε τῷ ζημιωμάτι, quod nullum deprehenditur in ipso decreto, nec aliquod nominatum est, forsan omittente ipso Josepho, qui tantum sectatus fuit verba ad Judæos pertinentia. Etiam nosci oportet Vossium edidisse Ανθεσηριῶν, quasi non statuisset appellationem mensis, sed viri, sed vane & contra MS. Insuper scias eundem Vossium dedisse in citando & describendo ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ & Αρισείδε, item Ιουδαίους τὺς βυλομένους aliter quam in MS. exhibentur.

Neque tamen vel laudis vel necessitatis, cur publicari hæc decreta & istam operam Josephi in vitam velut revocari interat, summa etiamnum mihi expressa fuit. Aliud commoditatis publicæ quasi cornu & inde enascentem magnæ hæsitationis dispulsionem prodere statuebam. Etenim inter ea, quæ tum me nondum nato, tum per meam ætatem agitavisse eruditas plurium horas deprehendi, fuit illud caput de Apostolo Paulo, unde illi nascenti adfuerit jus civitatis Romanæ. Quod quum distraheretur inter duas sententias, utrum contingeret ex natalis urbis Tarsi a Cæsaribus locupletatæ communi privilegio, an ex peculiari patriæ domus, quæ id sibi impetraverit, lætitia & successionis in Paulum transgressu, non vidi ab ullo tale quid proferri, quo anxietas illa tollatur. Novissimus se ad eam causam exuit Conditor Romani Orbis, in quo magna pars capitis XVII. impenditur huic deliberationi velut summam manum impositura. In qua etsi denique vergat ad rectum, & ad Grotii opinionem, tamen sic quoque quam turbide & parum constanter pag. 143.? [ut nempe civitate Romana iidem (majores S. Pauli) quacunque tandem causa, sint donati: aut vero ut eam, quod de Pauli patre dicitur, pecunia, haut insolito maxime illa ætate more, iidem redemerint] Nihil ergo habuit in hoc bivio, quorsum flecteret; unde quamvis haberet Græcorum scholia clare hic testari ausa, tamen suspensus & vacillans suspicari maluit de *quacunque tandem causa*, quam esset nunquam reperturus. Verissime scripserunt Græci. Neque pater S. Pauli aliam existimavit se inventurum viam ad tranquille & credule vivendum in urbe Tarso, quam tot alii Judæi per alias Asiæ minoris urbes constituerant & muniverant, nempe ex empto ab Romanis ducibus circa tempus belli civilis pecuniam solam spectantibus. Hinc alienam patet esse pronunciationem de *ἰσοπολιτείᾳ* Judæorum per Antiochiam, Alexandriam, Cyrenen & Cæsaream & quæ inde trahuntur privilegia huc non pertinentia. Judæi enim jam non curabant jus æquum cum aliis per illas urbes habere, sed obtrudebant se illis, quod clare apparet ex his decretis. Si quid tale proprium fuit in istis quatuor oppidis, certe id non desideraverunt obtinere per Asiam minorem, quum videamus invitis incolis urbium istarum ab Romanis imperari, ut tolerent Judæos, quorum sacra ante turbabantur ab iis: Romani ab eis fuerunt implorati, ut in hac & illa urbe nanciscerentur securitatem non solum vitæ, sed & religionis, non per aliam causam, quam quod uterentur titulo civitatis Romanæ, & dicere se possent Romanos, quod eis non adfuisset, nisi ab Romanis magistratibus per provinciam interventu pecuniæ unico impetravissent. Nihil ergo ad Judæos vel civitatis Laodiceæ aut Pergami & aliarum jus. Sed sicut Laodicea & Pergamum & omnes patebant civibus Romanis; hunc modum conati sunt in se transferre Judæi, ut quum essent facti cives Romani, irent habitatum ubique, nec tamen electi ad habitationem oppidi jura quidquam curarent, aut laborarent quoque dici cives Laodicenses aut Pergameni, quum essent cives Romani, & hoc titulo tuti contra insultationes. Aliquid sublimius adfectaverunt Judæi, ut in urbibus nequaquam jure civitatis Romanæ fruentibus ipsi viverent honore isto ipso decorati, & ex hoc capite cogerentur reliqui incolæ istarum urbium non tantum indulgere illis vitam disciplinæ, quam profitebantur, nempe Mosaicæ, convenientem, adeo ut & loca ad hanc rem eis adsignare & separare cogerentur; atque adeo sine molestia essent in iis, per quæ cultus inquinari videtur, ut loquuntur Digesta juris; sed etiam habere illos pro civibus Romanis, unde plura in eos derivabantur privilegia, quorum unum manifeste nunc innuit ipse Paulus Apostolus, qui non mittitur ad virgas, ut in eo cultus inquinaretur. Quo quid arrogantius poterat ab Romanis statui? quid magis recusandum ab Judæis postulari? quid intolerabilius illis, qui gentilismo ab majoribus addicti erant, imperari? Sed & insuper in ista ratiocinatione incongruum est, quod quum in principio paginæ 144. agat de Agrippa & Antipatro & Josepho, & mox adjiciat verba Philonis de Augusti ætate, atque inde sic ut dixi sermocinetur, mox id probet per Ulpianum & Modestinum in longe ulteriora sæcula post varias temporum mutationes & hinc edictorum diversitates delapsos, ut illorum verba nihil de isto anteriori tempore adfirmare possint, sed tantum ut appareat eos de eadem materia loqui.

Ex hoc igitur supplemento patet hanc vitam tunc Judæorum fuisse. Quum per expeditionem Alexandri Magni, certe ab ejus tempore contigerit, ut Judææ civitates magis magisque cœperint ab gentilibus simul incoli, (exemplum in Iamnia refert Philo pag. 1021.) etiam ipsi inde, avaritiæ dediti homines, excesserunt ad urbes gentilium, (patet ex loco Strabonis, quem

"Μάρκυ Αλεξάνδρυ. Επεὶ τὸ θεῖον τὸ θεῖον εὐσεβὲς καὶ "ὅσιον ἐν ἅπαντι καιρῷ σπουδῆς ἔχομεν, κατακο- "λουθοῦντες τῷ δήμῳ τῶ Ρωμαίων πάντων ἀνθρώπων ὄντι

". . . placuit populo, relatione facta à Marco "Alexandro. Quoniam pietatem erga Deum & "religionem omni tempore ſtudioſe colimus, ve- "ſti-

quem citat Joſephus XIV, 12. pag. 479. atque item ex Philone pag. 1031.) præſertim ubi apparebant illecebræ & oportunitates diteſcendi. Ad hanc rem uſi diu regibus tum Syriæ, tum aliarum gentium, poſtquam viderunt ad Romanos fortunam declinare, præſertim in Aſia minore, contemplati morem reipublicæ iſtius, viderunt ſtatim illic adminiculum firmius, quam ab Regibus nanciſci potuerant. Hi enim ornare eos tantum ſolebant & poterant, quum nihil aliud haberent, jure civitatium earum, in quibus morari conſtituerant, ut inſigni loco docet Hieronymus ex Euſebio: *Seleucus Babylonem obtinet, & in eas urbes, quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.* At reſpublica Romana afferebat aliquid ſanctius, & magis invictum, & antea inauditum, nempe jus civitatis Romanæ, per quod & libertate agendi & inviolata ſecuritate eminebant ultra gradum incolarum illius urbis, in quam erant adſciti. Ad divitias autem maturandas perinde ut Romani fœneratores videbant ſatis nullam regionem Aſia minore efficaciorem. Hinc eam nubes & examina Judæorum per ſingula fere oppida inſederunt, ut non tantum ubique occurrant in Actis Apoſtolorum, ſed diſerte ſcribat Philo pag. 1027. Petronius ἐκτρέφονται τὴ χωρᾶν, ὡς εἰς Ιουδαίοι καθ' ἑκάστην πόλιν εἰσὶ πανπληθεῖς Ασίας τε καὶ Συρίας. Quem ipſum locum citat etiam Grotius ad Lucam VII, 5. ut habuerit eum ante oculos, & eo magis mirari oporteat notam ejus ad eundem Evangeliſtam XIX, 9. qua ſcribit aliquammultos Judæos fuiſſe donatos Romana civitate credibile eſſe. Qui enim in illis oppidis poſſent vivere, aut quod providendum erat, ſatisfacere palam ſacris, niſi jure illo fruerentur? ut de omnibus fere id ſupponi debeat per Aſiam minorem verſantibus. In numero iſtarum urbium ab Judæis electarum ad habitandum fuit etiam hæc ipſa Tarſus, in eamque conceſſerunt majores Pauli, ſive jam ſub dominatione Regum Syriæ, ſive demum prolato iſtuc imperio Romano, quando non ſolum id curarunt ut eſſent jure civium Tarſenſium, (quippe quod nequaquam erat ſatis validum) ſed ut, ne à gentilibus poſſent ludibrio haberi ac vexari, ipſum quoque jus civitatis Romanæ adipiſcerentur, fruerenturque iis omnibus, quæ occaſione hujus juris ab magiſtratibus provincialibus in eos conferri potuiſſe & ſueviſſe patet ex hoc Supplemento. Non erant ab hac donatione alieni iſti magiſtratus; quippe quam ſtatuo ab eis non contigiſſe, niſi expugnatis magnitudine mercedis. Non alia ratione id impetrabatur, quam qua Herodes ab Sexto Cæſare impetravit τετραρχίαν τῆς κοίλης Συρίας, de quo ſcribit Joſephus in hoc ipſo noſtro loco, χρημάτων ᾗ αὐτῷ τῦτο ἀπέδοτο, & XIV, 4. Ariſtobulo & Hyrcano certantibus de pace apud Scaurum: ὑπισχνεῖτο ᾗ Αριστοβύλῳ μὲ ὑ δώσειν τάλαντα, ᾗ ᾗ Υρκανῷ τέτταρα ὐκ ἐλάττω. Immo vel unum exemplum Julii Cæſaris hic licet divulgare ad omnes, quem teſtatur Suetonius in adminiſtratione Galliarum pretio dediſſe ſocietates ac regna; multo enim facilius hi per Aſiam ſive Judæis ſive aliis voluerunt civitatem Romanam dare, ſi quis pretio redimere cuperet. Tempeſtive in rem ſuam hoc commune jam inter Romanos proceres vitium traxerunt Judæi, quum & plus videantur offerre potuiſſe, quam alli, & cauſas graves habuiſſe, ut promptius ad id adſpirarent. Hoc ſimplex & clarum eſt: hoc ſequitur ex univerſa ratione hujus Supplementi, ut jejune iterans eadem ſcribat Orbis Romanus pag. 148. *quocunque demum titulo aut jure id majores ejus eſſent adepti.* Titulus fuit honeſtus & amicitia Hyrcani cum Romanis per legatos aliquoties commemorata: ſed hic titulus in publico propoſitus non fuit niſi particulatim magno argenti vel auri pondere eum ante corroborante.

Hæc igitur quum ſic conarer inſtaurare, debui tandem confirmari in eo, quod diu in ambiguo me ſuſpenderat. Nam quum ipſe Cl. Voſſius in verbis, quæ citavi in præfatione, memoret de antiqua interpretatione, quæ locum hunc exhibeat, ut idcirco & iſta exſtet, & ejus auctor in Græcis codicibus ipſum legerit; opinor miraturos plurimos, cur eam nunc non uſurpaverim & Græcis appoſuerim. Sed arceſſitam inſpectamque ut cœpi noſcere, ut fidem Muſarum imploravi! adeo credere nequivi talia unquam ſcribi poſſe, nedum ut implerent interpretationem Latinam. Secunda dubitatio fuit, an iſta verſio etiam hic publico eſſet exponenda conſpectui, necne. Ut poſterius cenſerem, faciebat fœditas ejus, quæ tanta eſt, ut merito inſtar obſcœni monſtri debeat removeri ab oculis noſtris; atque ita huc uſque pro certo conſtituebam. Nunc quum res venit ad ipſam ἄκμὴν, immutor, & fateor additam me volente, vel ob illam cauſam, ut quum gratulari Joſepho conveniat de loco hoc certe aliquatenus reſtituto, etiam ex ipſa verſionis fœditate ab tempore noſtro abacta, rei literariæ gratulemur. Eheu! quæ fuit illius temporis ignorantia, quam ſordida cœcitas? Cui amovendæ non parum contulit hæc ipſa Lugduno-Batava Academia, tot nævis in doctrina humana abſterſis inclita, cui famæ utinam perpetim inſerviat! & Chriſtiani non pro vili negotio ducant intelligere Græca! Quin etiam quum editio iſta non ſit in omnium manibus, putabam oportune his admiſceri, ut poſſet in tempore inſpici. Denique id tertia cauſa exigebat, quo pluribus teſtibus præſentibus conſtaret fides ac veritas hujus Supplementi, non uni tantum innixa codici, ſed ſimul huic noſtro, ſimul alteri vel pluribus, quot adeſſe concinnatoribus verſionis illius potuerunt.

Sumta eſt ex editione Colonienſi anni 1524. *Subjunctio etiam Senatuſconſulto, quatenus probationem dictorum habeant qui hanc hiſtoriam relegunt, quod tale fuit ſenatuſconſultum ab ærario tranſcriptum de tabulis publicis, ſub Quinto Rutilio ærarii cuſtode: dum tertio idus Aprilis, in templo Concordiæ conſcriberentur, præſente Lucio Calphurnio, & reliquo ſenatu. Publius Dolabella & Marcus Antonius conſules, dixerunt: De his quæ per ſenatus decretum Cajus Cæſar pro Judæis decernens in ærario deponere non occurrit, ſic placet nobis, ſicut & ſenatui viſum eſt, ut hæc in tabulis æneis deponantur, & per ſingulas civitates tranſmittantur, quatenus current & illi in tabulis reponere quod decretum eſt; Quinto idus Februarias, in Templo Concordiæ. Legati autem principis ſacerdotum fuerunt Lyſimachus Pauſaniæ, Alexander Theodori, Patroclus Cereæ, Jonathas Oniæ. Miſit autem & ex his legatis unum Hyrcanus ad Dolabellam, tunc Aſiæ proconſulem, petens eum ſolvere Judæos a militia, ut patriam cuſtodirent conſuetudinem, quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella cum ſuſcepiſſet literas Hyrcani, nihil remoratus ſcribit per totam Aſiam Judæis, & ad Epheſinam civitatem, primam totius Aſiæ, quæ hujuſmodi legebant, ſub judice Artemione, menſis Lenæonis die prima: Dolabella imperator Epheſiorum curiæ & magiſtratibus vel populo ſalutem. Alexander Theodori, legatus Hyrcani, filii Alexandri principis Sacerdotum & rectoris Judæorum, intimavit mihi, quod non poſſent cives ſui militare, dum nec arma portare poſſint, nec iter facere diebus ſabbatorum, nec alimentorum ſecundum patrias leges copiam habere: iccirco ego ſicut prædeceſſores mei imperatores, præbeo eis militiæ remiſſionem, & concedo patriis uti legibus ſecundum ſolennes & ſacras immolationes, & congregare ſicuti ſolent pro ſacrificiis pecunias, & volo vos hæc per ſingulas conſcribere civitates. Hanc quidem Dolabella Hyrcano legationem mittente, noſtris donavit licentiam. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos, templa habentes, Epheſi ante tribunal, religionis cauſa à militia dimiſi duodecimo Kalendarum Octobris. Lucio Lentulo, & Cajo Marcello conſulibus, præſente ſenatu. Balbus legatus & vicarius, Epheſiorum magiſtratibus, curiæ, & populo ſalutem. Judæos per Aſiam conſtitutos, Lucius Lentulus me pro ipſis petente, à militia dimiſit. Poſtulans vero poſt hæc & Fannium tribunum plebis & Lucium Antonium ærarium, impetravi. Vos aut cupio curare, ne quis eis moleſtiam inferat. Decretum Deliorum ſub præſide Bicto: menſe Thragelione, viceſima die ad titulationem judicum. Marcus Phiſon legatus, adveniens in civitatem noſtram, pro delectu militum convocans nos, & multos civium, præcepit, ut ſi qui ſunt Judei cives Romani, nequaquam militare cogantur, eo quod Cornelio Lentulo conſuli religionis cauſa Judæos dimittere placuit. Quapropter obedire conſuli vos oportet. His ſimilia Sardiani quoque de nobis decreverunt. Cajus Fannius Caji filius, Dux, conſul, magiſtratibus Coorum ſalutem. Volo vos ſcire, quod legati Judæorum adierunt me, petendo accipere ſenatuſconſulta pro ipſis conſtituta, quæ etiam ſubjuncta ſunt. Igitur volo vos curare vel providere his hominibus ſecundum ſenatuſconſultum, quatenus per veſtram provinciam incolumes ad propria revertantur. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos qui templa Judaica habere Epheſi videntur, dicentur religionis cauſa dimiſſi. Hoc factum eſt duodecimo Kalendarum Juliarum. Lucius Antonius, Marci filius vicarius ærarii vel proconſul, Sardianorum magiſtratibus curiæ & populo, ſalutem. Judæi cives noſtri adeuntes probaverunt nobis conſilium habuiſſe proprium ſecundum patrias leges ab initio, & locum proprium, in quo negotia vel judicia invicem movent: & hoc petierunt, quatenus liceat illis hoc facere, quod cuſtodiri vel permitti decrevi. Marcus Publius, filius Publii, & Marcus Lucius Marci Publii filius dicunt: Lentulum proconſulem adeuntes intimavimus ei, de quibus Doſitheus Cleopatridæ filius Alexandrinus verba fecit, ut cives Romanos Judæos templa Judaica facere ſolitos, ſi illi viſum fuerit religionis cauſa eos feciſſe, dimittat: & dimiſit duodecimo Kalendas Julias. Lucio Lentulo & Cajo Marcello conſulibus, Lentulus decretum protulit. Cives Romanos Judæos, ſactaria Judaica facere ſolitos, Epheſi ante tribunal religionis cauſa dimiſi. Laodicenſium principes C. Rabilio Caji filio conſuli ſalutem: Soſipater Hyrcani principis ſacerdotum legatus, porrexit nobis epiſtolam tuam, per quam deſignavit nobis, ab Hyrcano principe & ſacerdote Judæorum deſtinatos quoſdam cum literis, pro ſua gente conſcriptis, quatenus ſabbata Judæis liceat ſecundum patrias leges celebrare, ut ne quis eos quicquam impediat: quoniam amici & auxiliatores noſtri probantur: aut ne quis eis violentiam inferat in noſtra provincia: & licet Tralliani palam dicant, non ſibi placuiſſe quæ pro his decreta ſunt, tamen præcepiſti hæc ita fieri. Poſtulamus autem ita, ut & nobis ſcribas de his & eadem obſequentibus tuis præceptis. Epiſtolam autem porrectam ſuſcepimus, quam repoſuimus inter publica noſtra monumenta: & de reliquis quæ præcepiſti providemus, quatenus in nullo culpemur. Publius Servilius, Publii Galbæ filius, proconſul, Mileſiorum magiſtratibus, curiæ & populo ſalutem. Pritanis Mercurii filius civis veſter, dum in Trallibus negotia tractarem, inſinuavit mihi præter noſtram ſententiam Judæis vos inquietudinem inferre, & prohibere eos ſabbata celebrare, vel templa patria perficere, fructuſque ſua conſuetudine colligere. Volo igitur vos ſcire, quomodo audiens verba ejus vel eorum qui contra eum diſſerebant, decrevi ne prohiberentur.*

Decretum Pergamenorum ſub judice Cratippo menſe Deſio, ſententia principum. Quod Romani ſequentes ſuos majores, pro communi

"ſtigiis ſequentes populum Romanum de homi-
"nibus omnibus bene meritum & reſpicientes ad
"ea quæ de Judæorum amicitia & ſocietate ad
"*hanc* urbem ſcripſerunt, *ſcilicet* ut illis liceat Dei
"ſacris operari, feſta ſolennia & cœtus celebrare;
"nobis placuit ut jus poteſtatemque habeant Ju-
"dæorum quicunque volunt, ſive viri ſive mulie-
"res, tum Sabbata obſervandi, tum ſacra peragen-
"di ex legibus Judaicis, & proſeuchas faciendi ad
"mare pro more patrio, quod ſi quis quidquam
"eos impedierit, vel magiſtratus vel privatus, huic
"mulcta eſto & urbi debeto.

Decretum Sardianorum.

24. "DECRETUM SARDIANORUM.
"Viſum eſt ſenatui & populo, relatione facta à
"prætoribus. Quoniam cives Judæi, urbem hanc
"noſtram incolentes, multis magniſque à populo
"per omne tempus cumulati fuerunt beneficiis, &
"nunc ingreſſi ad ſenatum & populum obſecra-
"runt, reſtitutis ipſis legibus & libertate à ſenatu
"& populo Romano, ut more rituque à legibus
"præſcripto cœtus agitent, & nullam illis con-
"troverſiam moveamus, locuſque illis ſit aſſigna-
"tus, in quo congregatis cum uxoribus & liberis
"διεργάτη, καὶ οἷς ϖϵὶ τ Ιϐδαίων φιλίας καὶ [l] συμ-
"μαχίας ϖϵὸς τὴν πόλιν ἔγραψεν, ὅπως [m] σωτελῶνται
"αὐτοῖς αἱ εἰς τ Θεὸν [n] ἱεροποιίαι καὶ ἑορταὶ αἱ εἰθισμέ-
"ναι καὶ σύνοδοι· [o] δέδοκται ἡμῖν Ιϐδαίων τὸς βϐλο-
"μένους [p] ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας κατὰ Σάββατα ἄγειν
"καὶ τὰ ἱερὰ σωτελεῖν κ τὸς Ιϐδαϊκὸς νόμους, καὶ
"τὰς ϖϵοσευχὰς ποιεῖσθαι ϖϵὸς τῇ θαλάσσῃ κ τὸ πά-
"τριον ἔθος, ἂν δέ τις κωλύσῃ ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτης,
"[q] ὀδὲ τῷ ζημιώματι ὑπεύθυνος ἔστω καὶ ὀφειλέτω τῇ
"πόλει.

κδ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Ἐδόξε τῇ βϐλῇ κ
"τῷ δήμῳ, ϛρατηγῶν [r] εἰσηγησαμένων. Ἐπεὶ οἱ κατοι-
"κοῦντες ἡμῶν ἐν τῇ πόλει Ιουδαῖοι πολίται, πολλὰ καὶ
"μεγάλα φιλάνθρωπα ἐσχηκότες ἀφ' ἁπάντων ὑπὸ κ
"δήμου, κ νῦν εἰσελθόντες ἐπὶ τὸν βουλὸν κ τὸν δῆμον
"παρεκάλεσαν, ἀποκαθισαμένων αὐτοῖς τ νόμων καὶ τ
"ἐλευθερίας ὑπὸ τ συγκλήτου κ τ δήμου τ Ρωμαίων,
"ἵνα κ τὰ νομιζόμενα ἔθη συνάγωνται, κ μὴ ἀδικω-
"ζώμεθα ϖϵὸς αὐτὸς, [s] δοθῇ τε αὐτοῖς κ τόϖος, εἰς
"ὃν συλλεγόμενοι μ γυναικῶν κ τέκνων ἐπιποιῶνται τὰς
"ϖα-

• *omnium hominum tutela pericula ſuſcipiunt, & ſtudent auxiliatores & amicos ſuos in felicitate vel firma pace conſiſtere, cum tranſmiſiſſet ad eos Hyrcanus princeps ſacerdotum gentis Judææ legatos, Stratonem Theodori, Apollonium Alexandri, Æneam Antipatri, Ariſtobulum Aminta, Sopatrum Philippi, viros optimos, & hi ſingula demonſtraſſent, decrevit ſenatus de his quæ poſtulaverunt, quatenus nequaquam rex Antiochus Antiochi filius ledat Judæos auxiliatores Romanorum, imò ut & caſtella & portus, vel provinciam, & ſi quid aliud ab eis abſtulit redderet: & liceat eis à portubus Judæorum ſeu vectigalibus deportare quæ volunt, & ut nullus rex vel populus à portubus Judæorum ſeu vectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemæo rege Alexandrino, quia & ipſe auxiliator his & amicus noſter exiſtit, imò etiam cuſtodiam à Joppe depelli, ſicut petiverunt. Noſtra vero curia Lucius Peticus vir optimus, juſſit ut hæc fieri ita curemus, quemadmodum ſenatus decrevit, & provideamus, quatenus incolumes legati ad propria poſſint redire, nec non etiam Theodorum in curia, vel in conventu ſuſcepimus: Qui cum nobis Epiſtolam ex ſenatuſconſulto porrexiſſet, verba faciens, demonſtravit Hyrcani virtutem & liberalitatem, quia publice vel privatim cunctis prodeſt, qui ad eum convenerint: Literas vero inter publica conſcripta reposuimus, & nos quoque omnia pro Judæis agere, tanquam auxiliatores Romanorum ſecundum ſenatuſconſultum decrevimus. Quippe etiam poſtulavit Theodorus dum epiſtolam nobis porrigeret, quatenus à magiſtratibus noſtris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantes noſtri populi ſententiam, & petentes cuſtodiri vel ampliari noſtras cum eis amicitias: & ut meminerit, temporibus Abraham, qui omnium Judæorum pater extitit, noſtros majores amicos ei fuiſſe, ſicut & in publicis conſcriptis invenimus. Decretum Halicarnaſſeorum, ſub ſacerdote Memnone Ariſtidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro inſinuante, quod Judæi pietatis ſtudium omni tempore habent, populi Romani omnium hominum benefactores, pro Judæorum amicitiis vel auxiliis ad noſtram civitatem præcepta miſerunt, quatenus permittantur immolationes deo ſolennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Judæis viris vel mulieribus ſabbata celebrare, vel ſacrificia producere ſecundum leges Judaicas. Siquis vero hos prohibuerit, militiæ reus & debitor civitatis exiſtat. Decretum Sardianorum. Placuit curiæ, vel populo, ducibus intimantibus, quomodo noſtram civitatem habitantes Judæi, multa vel maxima beneficia à populo ſæpe meruerunt: nunc quoque cum ingreſſi fuiſſent in curiam populum petere, quatenus ſuis legibus, & libertate data à ſenatu populoque Romano ſecundum conſuetudinem congregentur, & judicia ſua diſponant, datus eſt illis locus, in quo cum uxoribus vel filiis poſſint celebrare deo patrias orationes. Igitur viſum eſt curiæ vel populo, concedere eis convenientibus certis diebus agere ſecundum ſuas leges: deputari etiam eis locum quem aptum ædificationibus vel habitaculis putaverint. Habeant etiam curatores annonæ civitatis diligentiam, ut ſi qua opus habuerint alimenta, faciant eis introduci. Decretum Epheſiorum ſub judice Minophilo, menſe Arthemiſio, prima die. Nicanor Euphimi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus, quomodo interpellaverunt in civitate Judæi, Marco Julio Bruto proconſule, quatenus agerent ſabbata, & omnia facerent ſecundum patrias leges, nemine penitus impediente, proconſul conceſſit. Placuitque populo propter Romanos, nullum prohiberi obſervare ſabbatorum diem: imo concedere eis omnia facere, ſecundum Judaicas ſuas leges.*

Ita habes, mi lector, non Joſephum, præclara & juſta Romanorum in variis locis decreta ſic colligentem, ut inde cognoſci queat mos eorum agendi in provinciis, ſi quid ſine exceptione vellent illic admitti & peragi; atque unde ſimul veritas ipſarum rerum ita pellucet, ut mereatur fidem & oſtendat Judæos illum titulum Romani civis affectantes; ſed profecto aliquem multiplicem ſonum velut bovis mugientis a capite ad ipſam calcem. Quid enim iſtam interpretationem perlegens ſolatii experiris, dum vel in Romano tempore vel in hac parte hiſtoriæ proficere cupiens illuc te confers? Et eſt tamen hoc ſplendidiſſimum tempus, quo ipſius DEI nomen ab Judæa ſic paulatim tenebroſis idolorum ineptiis immixtum intra eadem mœnia audiri cœpit, quæ modo nihil niſi μάταιον complectebantur; & Romani licet tunc perditiſſimi, illi tamen fuerunt, qui ſuis mandatis illum DEUM & cultum ejus, quo nihil mirabilius, propugnaverunt. Inprimis autem manifeſte declaratur aut ignorantia aut malignitas interpretis, qui quum tot ſpeciatim ex Romano more nomina proferrentur, ea conſulto obſcurare voluit ponendo *reliquo ſenatu*, quod ibi nequit intelligi. Et tamen poſtea ne tantillum quidem admonere voluit; plane ut in decreto peregre facto, ubi nomina conſulum Lentuli & Marcelli adſcribuntur, vides addi *præſente ſenatu* vice tot nominum. Non mens ſenatuſconſulti bene percepta aut expreſſa, ut ad ſingulas civitates referantur, quæ proprie includebantur urbi Romæ. Sic Balbum vicarium, ſic Fannium tribunum plebis, ſic Antonium ærarium, ſic adtitulationem judicum, ſic Kalendas Julias circumfert Lentulus conſul, plane obnubilante ipſo ſermone, cur toties nominetur Lentulus & decretum ejus iteretur. Quam mendax finis decreti Laodicenſium, qui velint poſtulentque ut ipſis ſcribat Rabillius? Hic cernis Mercurii filium, negotia in Trallibus, Marcum Julium Brutum proconſulem, & talia infinita; quæ tamen omnia augentur in editione antecedente Veneta anni MCCCCXCIX. die XXIII. Octobris per Albertinum Vercellenſem, ubi rubricæ dicuntur ſi non antiquitatum, certe belli Judaici factæ per magiſtrum Franciſcum Macærata ordinis minorum, & in qua Hieronymus Squarzafucus ſcribit libros Joſephi a Rufino in linguam Latinam tranſlatos. Ibi longe graviora monſtra deprehendes.

Quæ quum ita comparata ſunt, tamen licet ex his tantis ſordibus aliquid proficere. Nam per hæc confirmatur in principio nomen Rutilii, ut in Græco illud adſcriptum ex alio MS. credi debeat: hinc Doſitheus Cleopatridæ filius, ubi in Græco erat tumultus: hinc dum ſcribit *& dimiſit duodecimo &c.* quaſi pag. 710. v 7. in ſuo MS. inveniſſet κ ἀπέλυτε: hinc ibid. v. 24. Σωτατρ Latine dicitur *Soſipater*, quaſi idem nomen foret, quod in pag. 711. v. 42. Immo perquam notabile in decreto Pergamenorum quum id dicitur factum *ſub judice Cratippo*, ut prorſus quoque obvia iſti interpreti fuerint in MS. ἐπὶ Πεντηκοντίας Κρατίππου, quæ ſane exſtant etiam in MS. Lugdunenſi, ſed non in recto verborum & verſiculi ordine, ſed tantum adpoſita in margine, unde non ſuſtinui pro mere legitimis inferre, quum tamen nunc hæc interpretatio plane iſtud exigat. Mox notabilis ille *Lucius Peticus*, quaſi aliquem Sulpicium innuiſſet Joſephus, cujus familia habuit iſtud cognomen. Prima autem editio exhibet plane *Halicarnaſeorum*. GRON. Proculdubio legendum, Ἀθεσηνεῶν ς'. vel Ἀνθεσηνεῶν ε'. prout monuit *Gronov.* qui ex contextu hujus Decreti nonnulla excidiſſe ſuſpicatur, non tantum quia poſt ἔδοξε τῷ δήμῳ ſequitur (hac ead. §.) in *MSS.* δεδόχθαι, ſed etiam quia (in iiſdem *MSS.*) in fine dicitur (hac §.) τῷδε τῷ ζημιώματι, cum nulla ζημιώματος facta ſit mentio in decreto.

l Συμμαχίαι] *MSS.* νημαχίας.

m Σωτελῶν αὐτοῖς] Σωτελῶν αὐτοῖς in *MSS.*

n Ιεροποιίαι] *MSS.* ἱερογοιίαι.

o Δέδοκται ἡμῖν Ιϐδαίων τὸς βϐλομένους] Ita (infr. §. 24.) reſcripſi pro δεδόχθαι, quod habent *MSS.*

p Ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας] *MSS.* ἄνδρας τε γυναῖκας, & ſuper ſcr. αι.

q Ὀδὲ τῷ ζημιώματι] Ὀδὲ lego, ſenſu id poſtulante, pro τῷδε, quod exhibent *MSS.* Vide *Annot.* ad ſuperiora hac ead. §.

r Εἰσηγησαμένων.] *MSS.* ἐσηγησαμένων.

s Δοθῇ τε] Ita lego. ἐδόθη τε in *MSS.*

t Σω-

"πατρίους ἀρχὰς καὶ θυσίας τῷ Θεῷ· δέδοκ῀ οὖν τῇ "βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ συγκεχωρῆσθαι αὐτοῖς, [t] συνερχο- "μένοις ἐν τῇ [v] προτεταγμέναις ἡμέραις, πράσσειν τὰ "κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους, ἀφορισθῆναι δ' αὐτοῖς καὶ τόπον "ὑπὸ τῶν [x] στρατηγῶν εἰς οἰκοδομίαν καὶ οἴκησιν αὐτῶν, ὃν "ἂν ὑπολάβωσι πρὸς τοῦτ' ἐπιτήδειον, ὅπως τε τοῖς τῆς "πόλεως ἀγορανόμοις ἐπιμελὲς ᾖ καὶ τὰ ἐκείνοις πρὸς τρο- "φὴν ἐπιτήδεια ποιεῖν εἰσάγεσθαι.

κέ. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΕΦΕΣΙΩΝ. Ἐπὶ Πρυτανέως Μένο- "φίλου, [y] μηνὸς Ἀρτεμισίου τῇ πρώτῃ, ἔδοξε τῷ δή- "μῳ. Νικάνωρ Εὐφήμου εἶπεν, εἰσηγησαμένων τῶν στρατη- "γῶν. Ἐπεὶ ἐντυχόντων τῶν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων Μάρκῳ "Ἰουλίῳ Πομπηίου υἱῷ Βρούτου ἀνθυπάτῳ, ὅπως ἄγωσι τὰ "Σάββατα, καὶ πάντα ποιῶσι κατὰ τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη, "μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου, ὁ στρατηγὸς συνεχώ- "ρησε· [z] δέδοκ῀ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ἐπὶ πράγματος "Ρωμαίοις ἀνηκοντος, μηδένα κωλύεσθαι ἄγειν τὰ "τοῦ Σαββάτων ἡμέραν, μηδὲ πράσσεσθαι ζήμιον, "ἐπιτρέφειν δ' αὐτοῖς πάντα ποιεῖν κατὰ τοὺς ἰδίους αὐ- "τῶν νόμους.

2. Per id autem tempus profectus est in Italiam, quod desiderarit & cum Cæsare colloqui, & filios suos, qui *tum* Romæ agebant, videre. Eumque Cæsar tum alias comiter excepit, tum filios ei, ut jam in disciplinis perfectos, reddidit domum reducendos. Ubi ab Italia revertebantur, magnum erat populi erga juvenes studium, & conspicui fiebant omnibus, tum quod fortunarum amplitudine ornati erant, tum quod illis non deerat regiæ formæ dignitas: statimque invisi esse cœperunt & Salomæ regis sorori, & iis qui calumniis suis Mariamnen confecerant. ita enim fore putabant, ut, si illi rerum potirentur, ipsi pœnas luerent ob illatam matri eorum injuriam. Itaque hanc ipsam metus causam adhibebant, ut calumnias illis struerent, dictitantes, eos patris consuetudine non delectari, propter necem matris, ut qui religioni sibi ducerent cum illius interfectore degere. Ita enim à rei veritate ad rationem verisimilem progredientes lædendi potestatem habuerunt, patrique eripiendi suam erga filios benevolentiam. neque enim illi quidquam palam dicebant, sed in vulgus hujusmodi rumores spargebant: quibus Herodi relatis, subinde oriebatur odium, quod postea natura ipsa vincere non potuit. Eo tamen tempore II. rex, cum adhuc ei maneret amor genitoris in liberos, omni suspicione & criminatione potentior, & eis honorem habuit, quem debuit, & adultis uxores dedit, Aristobulo Berenicen Salomæ filiam, Alexandro vero Glaphyram Archelai Cappadocum regis filiam.

Herodis in Italiam profectio.

Herodis filios Romæ reversos calumniantur Salome & Pheroras.

Herodes filiis suis uxores locat.

ΚΕΦ. β'.

Ὡς Ηρώδης δὶς ἐξέπλευσεν πρὸς τ Ἀγρίππαν· καὶ ὡς τ κζ Ἰωνίαν Ἰουδαίων τοὺς Ἕλληνας ἐπαιτιασαμένων, Ἀγρίππας Ἰουδαίοις τοὺς νόμους ἐβεβαίωσεν.

CAP II.

Quomodo Herodes semel & iterum ad Agrippam navigavit: utque Agrippa, accusatione à Judæis in Ionia contra Græcos instituta, Judæis leges suas confirmavit.

ΤΑῦτα διοικήσας, ἐπεὶδὴ ⸂ Μάρκον Ἀγρίππαν ἐπύθετο καταπεπλευκέναι πάλιν ⸂ τ Ἰταλίας εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπελθεῖς πρὸς αὐτὸν, ἠξίωσεν εἴς τι τὴν βασιλείαν αὐτῷ παρελθεῖν, καὶ τυχεῖν ὧν ἔδει πρὸς ἀνδρὸς ξένου καὶ φίλου. κἀκεῖνον μὲν εἶχας λιπαρῶς ἐγκειμένου, [z] ἦκεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Ηρώδης δ' οὐδὲν ἀρεσκείας ἀπέλειπεν, ἔν τε τ νεοκτίστοις πόλεσιν ὑποδεχόμενος αὐτὸν, καὶ [a] ἐν τ κατασκευὰς ἐπιδεικνύμενος, πᾶσαν ἀπόλαυσιν Δημίτης καὶ πολυτελείας ἐξαλλάττων αὐτῷ καὶ τοῖς φίλοις, ἔν τε τῇ Σεβαστῇ, καὶ Καισαρείᾳ περὶ τ λιμένα τ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασμένον, κἂν τοῖς ἐρύμασιν, ἃ πολλαῖς δαπάναις ἐξωκοδόμησεν, [b] τό, τε Α-

HIS factis, cum Marcum Agrippam iterum ab Italia in Asiam navigasse intellexisset, eum propere adiit, obsecravitque ut in regnum suum veniret, & iis quibus affici oportebat apud hospitem & amicum uteretur. Et ille quidem, cum instaret urgeretque *Herodes*, annuit, & in Judæam profectus est. atque Herodes nihil, quod ei placeret, omisit, & in oppidis recens conditis eum excipiens, dumque ædificia ostenderet, ipsi ejusque amicis omne genus deliciarum & magnificentiæ apparatum exhibens, & apud Sebasten, & Cæsaream in portu à se exstructo, & in propugnaculis itidem à se multis sumptibus excitatis, Alexandrio

Herodes ad Agrippam navigat.

Agrippa in Judæam venit.

Agrippa magnificè excipitur ab Herode.

[l] Τόδε, ὥσπερ ὠρίωθη] Ita rescripsi. in *libris* τὸ δ' ὥσπερ. Si quis malit, τόδ', ὅπερ ὠρίωθη, per me licet.

[m] Λοιπὰ τρόπα γινόμενα,] Sic *Busb.* & *Vat.* κοινὰ τρόπα in *cæteris*

[n] Εδέξατο,] Ἐξεδέξατο *Vat.*

[o] Ἀπέδωκεν ἄγειν] Ἀποδιδόκει *Vat.*

[p] Τύχης κεκοσμημένοι,] Ita *Vat.* & *Lugd. Bat.* ψυχῆς in *cæteris*. ut vertendum sit, *& quod animi magnitudinem præ se ferebant.*

[q] Οὕτω —— δώσειν] Forte ἄτω. HUDS. in *Add.* Dum putarent, si prævalerent, ultionem exigerent de his, quæ in matrem suam commissa videbantur. *Rufinus* Unde pro ἄτω γ. legisse videtur, ὡς γὰρ οὐκ ὤοντο δυνασθέντων, εἰ &c. SPANH.

[r] Δυνασθόντων αὐτῶν εἰκὸς δώσειν] Iterum cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* adsentiente *Epiphanio*, qui vertit, *dum putarent, quod si prævalerent, ultionem exigerent de his quæ in matrem suam commissa videbantur.* δυνασθέντων, εἰ μὴ δίκην in *Editis Aliisque.*

[s] Ἀπὸ —— φέροντες,] Ita plane cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* in *Editis Aliisque*, ἀπὸ τ ἀληθείας ἄλλης αἰτίας φέροντες &c.

[ss] Ἐσκόρπιζον] Conf. lib VI. c. 6 § 3. SPANH.

[t] Ἐξ ὧν πρὸς Ηρώδην ἀναφερομένων] Ἐξ ἃ *Busb. Hen.* & *Vat.*

[v] Ἐν ἡλικίαις γεγονόσιν ἐζεύγνυεν,] Ἐν ἡλικίᾳ *Vat.*

[x] Θυγατρὶ Βερενίκῃ] De Berenice Matre Agrippæ. infr. lib. 18. c 7. §. 1. SPANH.

[y] Καππαδόκων] Ita *Vat. Busb.* & *Zonar.* Καππαδόκου in *Editis Aliisque.*

[z] Ἦκεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν.] Vide *Philonem Judæum* in Legatione ad Cajum, p 1033.

[a] Μετὰ —— ἐπιδεικνύς,] Sic lego cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* μετ' αὐτῆ ἐπιδεικνὺς in *cæteris.*

[b] Τό, τε Ἀλεξάνδρειον] Perplexa est constructio, qualis Atticis familiaris est, ut ostendit *H. Steph.* in *Append. ad Dial. Gr.* p. 125. &c.

drio *scilicet* & Herodio & Hyrcania. Quin & in urbem Hierosolymitarum eum duxit, ubi ei populus obviam festo vestitu prodiit, faustisque acclamationibus eum excepit. Agrippa autem Deo centum boves immolavit, & populo convivium præbuit, nemini rerum lautissimarum copia cedens. Is vero, cum ad semet oblectandum etiam plures adhuc dies manssisset, propter anni tempus festinabat: sibi enim, necesse habenti Ioniam repetere, hyeme appetente navigare haud adeo tutum esse arbitrabatur.

Convivium lautissimum populo dat.

2. Atque ille quidem oram solvit, Herode ei, ejusque comitum clarissimis, multa largito. Rex vero, cum in sua ditione hyemem exegisset, ineunte vere eum iterum convenire properavit, sciens eum in Bosporum expeditionem parasse: Rhodumque & Coon navigando prætervectus prope ad Lesbum appulit, ratus se eo loco offensurum esse Agrippam. Sed à vento aquilonari correptus prohibetur navibus portum tenere. Ille vero *hac de causa* aliquot diebus apud Chium morabatur; *ubi* & multos, ipsum *salutatum* adeuntes benigne excipiens, regiis prosequitur muneribus: cumque urbis portam prolapsam animadvertisset, (quam, bello Mithridatico dejectam, haud facile erat illis, quemadmodum in cæteris fecerant, propter ejus magnitudinem & pulchritudinem instaurare) tantum pecuniarum eis contulit quantum satis superque esse posset ad structuram absolvendam, hortatus ut non cessarent, idque ocius facerent, ut suum urbi ornamentum restituerent. Ille vero, cum ventus leniter flaret, primum Mitylenen, deinde Byzantium delatus, ut audivit Agrippam jam ultra Cyaneos scopulos provectum, quanta potuit contentione eum sequutus est. Cumque apud Sinopen in Ponto eum inveniisset, ex insperato quidem visus est cum classe appellere, se tamen gratum præstitit, multumque inter se amicissime consalutabant, quippe quod Agrippa existimasset se maximum ejus erga ipsum benevolentiæ & amoris testimonium accepisse, cum rex tantum mari cursum confeciisset, & illius rebus opportune interfuisset, quibus, regno utpote relicto rerumque suarum administratione, nihil prius & antiquius habuit. In universis itaque ei in illa expeditione aderat Herodes, in rebus gerendis socius & adjutor, & in singulis consiliarius & autor. ei etiam cum animum remitteret gratus & acceptus, solusque omnium particeps, difficilium quidem propter benevolentiam, jucundorum vero honoris ergo. Quamprimum autem ab illis confecta erant negotia Pontica, quorum causa Agrippa illuc missus fuerat, minime placuit navibus uti ad revertendum, sed Paphlagoniam & Cappadociam pertranseuntes, ac deinde itinere pedestri in Phrygiam majorem profecti Ephesum pervenerunt, unde in Samum navibus trajecerunt. Et quidem multa per singulas civitates, Herodis in gratiam, data erant ab *Agrippa* beneficia, prout supplicantibus opus erat. Quin & *Herodes* ipse nihil prætermisit, quod, pecuniam largiendo & amice *omnes* recipiendo, præstare potuit, sumptibus etiam de suo erogatis; quotiesque desideraretur aliquid intercessit apud Agrippam, effecitque ut voti compotes fierent quicunque opem rogabant. Cum autem & ille esset *natura* benignus, animique magnifici ad largien-

III. *Herodes Agrippam denuo adit.*

Apud Sinopen comiter exceptus ab Agrippa.

Magna apud Agrippam est in gratia.

Agrippa, Herode intercessore, multa multis condonat.

λεξάνδρειον καὶ [c] Ηρώδιον καὶ τὴν Υρκανίαν. ἦλθε δὲ καὶ εἰς τὴν πόλιν τῶν Ιεροσολυμιτῶν, ὑπαντώντος τε δήμου παντὸς ἐν ἑορτώδει στολῇ, καὶ δεχομένου τὸν ἄνδρα σὺν [d] εὐφημίαις. Αγρίππας δὲ τῷ Θεῷ μὲν ἑκατόμβην κατέθυσεν, [e] εἰσία δὲ τὸν δῆμον, ἀδένος τὸ μέγιστον [f] πλήθη λιπόμενον. αὐτὸς δέ, ὅσον ἔτι τῷ καθ' ἡδονὴν καὶ ἔτι πλείους ἐπιμείνας ἡμέρας, διὰ τὸν καιρὸν ἠπείγετο· τὸ γὰρ πλοῦν, ἐπιβαίνοντος δὲ χειμῶνος, οὐκ ἐνόμιζεν ἀσφαλῆ κομιζομένῳ πάλιν ἐξ ἀνάγκης εἰς τὴν Ιωνίαν.

β'. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἀπέπλη, πολλαῖς αὐτῶν δωρεαῖς τετιμηκότος Ηρώδης, [g] καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς ἐπιτηδειοτάτους. ὁ δὲ βασιλεὺς, χειμάσας ἐν τοῖς οἰκείοις, ἔαρος ἠπείγετο συντυχεῖν αὐτῷ [h] τὴν εἰς Βόσπορον εἰδὼς στρατιὰν παρεσκευασμένον· καὶ πλεύσας διὰ Ρόδου, καὶ Κῶ παρασχὼν περὶ Λέσβον, οἰόμενος ἐκεῖ καταλήψεσθαι τὸν Αγρίππαν. ἐκεῖ δὲ αὐτὸν ὑπολαμβάνει πνεῦμα βόρειον, εἴργον τὴν ἀναγωγὴν τῶν νεῶν. ὁ δὲ διατρίβει ἡμέρας πλείους ἐν τῇ Χίῳ· καὶ πολλοὺς μὲν τῶν παρόντων αὐτῷ δεξιώμενος ἀνελάμβανεν βασιλικαῖς [i] δωρεαῖς. αὐτῆς δὲ τῆς πόλεως ἰδὼν πεπτωκυῖαν σφόδρα· λιμῷ, ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ καθαιρεθεῖσαν, ἐκ ὧν τὰ ἄλλα διὰ μεγέθος καὶ κάλλος ἀναστῆναι ῥᾴδιον λιμῷ· χρήματα δὲ ὅσα μὴ μόνον ἐπαρκεῖν, ἀλλὰ καὶ περιπλεύσαι ἐδωρήσατο πρὸς τὴν συντέλειαν καὶ κατασκεύασμα, ἐνετείλατο μὴ περιορᾶν, ἀλλὰ ταχὺ ἐγείρειν, ἀποκαθιστάντας τῇ πόλει τὸν ἴδιον κόσμον. αὐτὸς δὲ, λιπαρούντος τὸ πνεῦμα, εἰς [k] Μιτυλήνην κἀκεῖθεν εἰς Ρυζάντιον παρακομισθεὶς, ὡς ἤκουσεν ἐντὸς Κυανέων ἤδη πεπλωκέναι τὸν Αγρίππαν, μετέπεμψεν ὡς ἑαυτόν. καὶ περὶ Σινώπην [l] τὴν ἐν τῷ Πόντῳ καταλαβὼν, ἀπροσδόκητος μὲν ὤφθη τοῖς ναυσὶν προσπλέων, ἀσμένως δὲ ἐφάνη, πολλά τε φιλοφρονήσεις [m] ἦσαν, ὥστε ἐς μέγιστον πίστιν εἰληφέναι δοκοῦντος εὐνοίας καὶ φιλοστοργίας τῆς εἰς τὸν αὐτὸν [n] Αγρίππαν, τοσοῦτον μὲν πλοῦν ἀνύσαντος τοῦ βασιλέως, οὐκ [o] ἀπολειφθέντος δὲ τῆς ἐκείνου χρείας, ἀλλὰ μετὰ τοῦ καταλιπεῖν δεχθῆναι καὶ διοικῆσαι οἰκείων πραγμάτων προθυμότερον ἔσχετο. πᾶν γοῦν ἀπὸ τὴν στρατιὰν Ηρώδης, ἔν τε τοῖς πραγματικοῖς συναγωνιστὴς, καὶ τοῖς κατὰ μέρος σύμβουλος. ἡδὺς δὲ καὶ ταῖς ἀνέσεσι, καὶ μόνος ἁπάντων κοινωνὸς, ὀχληρῶν μὲν διὰ τὴν εὔνοιαν, ἡδέων δὲ διὰ τὴν τιμήν. ὡς δ' αὐτοῖς κατέπραξε καὶ τὰ περὶ τὸν Πόντον, ὧν ἕνεκεν Αγρίππας ἐστάλη, τὴν ἀναχωρησιν οὐκ ἔτ' εὐθὺς ποιεῖσθαι πλέουσιν. ἀλλὰ [p] διαμειψάμενοι τὴν τε Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν, κἀκεῖθεν διὰ τῆς μεγάλης Φρυγίας ὁδεύσαντες, εἰς Εφεσον ἀφίκοντο, [q] πάλιν δὲ ἐξ Εφέσου διέπλευσαν εἰς Σάμον. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ καθ' ἑκάστην πόλιν εὐεργεσίαι τῷ βασιλεῖ κατὰ τὰς χρείας τῶν ἐντυχανόντων ἐγίνοντο. καὶ γὰρ αὐτὸς ὅσα διὰ χρημάτων ἦν ἢ δεξιώσεως ἐκ παρέλειπεν, ἐξ αὐτοῦ τὰς δαπάνας ποιούμενος· καὶ τῶν παρ' Αγρίππα [r] τινῶν δεομένων μεσίτης ἦν, καὶ διεπράττετο μηδενὸς ἀτυχῆσαι τῶν δεομένων. ὄντος δὲ κἀκείνου χρηστοῦ καὶ μεγαλοψύχου πρὸς τὸ παρέχειν ὅσα, τοῖς ἠξιωκόσιν ὠφέλιμα ὄντα, μηδένα τῶν ἄλλων ἐλύπει, πλεῖστον ἢ τοῦ βα-

c Ηρώδιον] Conf. *Antiq.* lib. 1. c. 13. §. 8. SPANH.
d Εὐφημίαις.] *L. B.* ἐυφημίᾳ.
e Εἰσία δὲ τὸν δῆμον,] Εσιᾳ *Busb.* & *Hen.*
f Πλήθη λιπόμενος.] Πλήθη λιποῦσαν *Vat.* πλήθους λειπόμενος *Busb.* πλήθη λειπόμενος *Lugd. Bat.*
g Καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς ἐπιτηδειοτάτους.] Καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ *Busb.*
h Τὴν εἰς Βόσπορον] Videsis *Dionem*, l. 54. p. 538.
i Δωρεαῖς] Hæc & sequentia, usque verbum ἅπασι quod initio §. 4. occurrit, desunt in *L. B.*
k Μιτυλήνῃ] Conf. supr. lib. 15. c. 10. §. 2. SPANH.
l Τὴν ἐν τῷ Πόντῳ καταλαβὼν,] Τὸν ἐν Πόντῳ *Vat.*
m Ἦσαν,] Ἦσαν τοῦ αὐτοῦ *Busb.*
n Αγρίππαν,] Αγρίππαν *Hen.* à prima manu. Αγρίππα *Vat.*
o Ἀπολειφθέντος] Ita ex *Gall.* (adstipulante *Cocceio*) οὐκ ἀπολειφθέντος in *cæteris.*
p Διαμειψάμενοι] Mallem διαμειψάμενοι.
q Πάλιν δὲ ἐξ Εφέσου] Ita *Vat.* πάλιν δὲ ἐξ Εφέσου διαπλεύσαντες εἰς Σάμον in *Editis Aliisque.*
r Τινῶν ἐπιζητουμένων] Τινὶν *Gall.*

s Ιλιεῦ-

βασιλέως ἐποίει ῥοπὴν, πρὸς τὸ ἐπιτρέψαι πρὸς τὰς εὐεργεσίας οὐ βραδυνούσας τ' Ἀγρίππαν. [s] Ἰλιεῦσι μὲν γὰρ αὐτὸν διήλλαξεν ὀργιζόμενον, διέλυσε δὲ Χίοις τὸ πρὸς τοὺς Καίσαρος ἐπιτρόπους χρήματα, καὶ τῶν εἰσφορῶν ἀπήλλαξεν· τοῖς δ' ἄλλοις καθ' ὃ δεηθεῖεν ἑκάστοις παρέστη.

γ'. Τότε δὲ περὶ τῶν Ἰωνίαν αὐτῶν ἰόντων, πολὺ πλῆθος Ἰουδαίων, ὃ τὰς πόλεις ᾤκει, προσῆλθε, καιρῷ καὶ παῤῥησίας ἐπιλημμένοι· καὶ τὰς ἐπηρείας ἔλεγον ἃς ἐπηρεάζοντο, μήτε νόμοις οἰκείοις ἐῶμενοι χρῆσθαι, δίκας τε ἀναγκαζόμενοι δίδοναι κατ' ἐπήρειαν τῶν [t] εὐθυνόντων ἐν ἱεραῖς ἡμέραις, καὶ τῶν εἰς Ἱεροσόλυμα χρημάτων ἀναπεμπομένων ἀφαιροῦντο, στρατιῶν καὶ λειτουργιῶν ἀναγκαζόμενοι κοινωνεῖν, καὶ πρὸς ταῦτα δαπανᾶν τῶν ἱερῶν χρημάτων, ὧν ἀφείθησαν ἀεὶ, Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπιτρεψάντων κατὰ τὰς οἰκείας ζῆν νόμους. τοιαῦτα κατηγορούντων, [v] παρῆτήσατο μὲν ὁ βασιλεὺς ἀκοῦσαι τὸν Ἀγρίππαν αὐτῶν [x] δικαιολογουμένων· Νικόλαον δέ τινα τῶν αὑτοῦ φίλων ἔδωκεν εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν τὰ δίκαια. ἔνθ' ὁ Ἀγρίππας Ῥωμαίων τε τοὺς ἐν τέλει, καὶ βασιλέων καὶ δυναστῶν τοὺς παρόντας αὐτῷ συνέδρους ποιησάμενος, καλέσας ὁ Νικόλαος ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων [y] ἔλεξεν.

δ'. "Ἅπασι μὲν, ὦ μέγιστε Ἀγρίππα, τοῖς ἐν χρείᾳ "γενομένοις, ἀνάγκη καταφεύγειν ὅπου τοὺς ἀφελέσ- "τοὺς ἐπηρείας αὐτῶν δυνησομένους· τοῖς δὲ νῦν ἐντυγχά- "νουσι καὶ παῤῥησία. τυγχάνοντες γὰρ πρότερον [z] ὑμῶν "οἷς ἠύξαντο πολλάκις, τὸ μὴ τὰς χάριτας ἀφαι- "ρεῖσθαι δι' ὑμῶν [a] αἰτοῦσιν τῶν δεδωκότων, καὶ παρ- "τε εἰληφότες μὲν αὐτὰς παρὰ τούτων, οἷς μόνοις δι- "δόναι δυνάμεις, ἀφαιρούμενοι δ' ὑπ' οὐδενὸς κρείτ- "τονος, ἀλλ' ὡς ἴσον ἔχειν αὐτοῖς [b] ἀρχομένοις ὁμοίως "[c] ὑμῶν ἴσασιν. καί τοι γε εἰ μεγάλων ἠξιώθησαν, ἔ- "παινός ἐστι τῶν τετυχηκότων, ὅτι τοσούτων παρέχον αὐ- "τοὺς ἀξίους· εἶτε μικρῶν, αἰσχρὸν μὴ καὶ ταῦτα βε- "βαιοῦν τοὺς δεδωκότας. οἵ γε μὴν ἐμποδὼν ὄντες "καὶ πρὸς ἐπήρειαν χρώμενοι Ἰουδαίοις, εὔδηλον ὡς "[d] ἄμφω ἀδικοῦσι, τοὺς εἰληφότας, εἰ μὴ νομίζοιεν "ἀγαθοὺς οἷς [e] οἱ κρείττονες ἐμαρτύρησαν, ἐν τῷ καὶ "τοιαῦτα δεδωκέναι, καὶ τοὺς δεδωκότας, εἰ πρὸς χά- "ριτας αὐτῶν ἀβεβαίους ἀξιοῦσι γενέσθαι. [f] εἰ δέ τις "αὐτοὺς ἕροιτο δύο τούτων ἑκάτερον ἐθέλοιεν ἂν ἀφαιρε- "θῆναι, τὸ ζῆν, ἢ τὰ πάτρια ἔθη, τὰς πομπὰς, τὰς "θυσίας, τὰς ἑορτὰς, ἃς τοῖς νομιζομένοις προσάγου- "σι θεοῖς, εὖ οἶδ' ὅτι πάντα μᾶλλον αἱρήσονται πα- "θεῖν, ἢ καταλύσαι τι τῶν πατρίων. καὶ γὰρ τοὺς "πολέμους οἱ πολλοὶ διὰ ταῦτα αἱροῦνται, φυλαττό- "μενοι [g] μὴ προσβαίνειν αὐτά· καὶ τῷ εὐδαιμονίαν, "ἣν νῦν τὸ σύμπαν τ' ἀνθρώπων γένος δι' ὑμᾶς ἔχει, "τούτῳ μετροῦμεν, τῷ ἐξεῖναι κατὰ χώραν ἑκάστοις "τὰ οἰκεῖα τιμᾶσιν ἄγειν, καὶ διαζῆν. τοῦτο μὲν οὖν "οὐκ ἂν αὐτοὶ [h] παθεῖν ἑλόμενοι βιάζονται δρᾶν κατ' "ἄλλων, ὥσπερ οὐχ ὁμοίως ἀσεβοῦντες, εἴ τε τῶν οἰ- "κείων εἰς θεοὺς [i] ὁσίων ἀμελοῖεν, εἴ τε τὰ οἰκεῖα πα-

dum quicquid petentibus prodeſſet, modo alios non læderet, non leve momentum erat & in rege, ad incitandum Agrippam vel ſponte currentem ad beneficentiam. Nam Ilienſibus, cum eis iraſceretur, illum reconciliavit, & pro Chiis debitam Cæſaris procuratoribus pecuniam perſolvit, & à tributis *eos* liberavit; itemque aliis, quacunque in re ſingulis opus eſſet, *libenter* adfuit.

3. Tunc vero, cum in Ioniam veniſſent, magna Judæorum multitudo (qui urbes illas incolebant) ad Agrippam, occaſione fiduciaque ſumpta, ſe contulerunt: & apud eum de injuriis, quæ ſibi fierent, expoſtulabant, ut qui ſuis uti legibus prohibeantur, & ſacris *diebus* in jus vocentur magiſtratuum iniquitate, & pecuniis ſpolientur quas Hieroſolyma *ad templum* mittere vellent, coganturque ad obeundam militiam & publica munera, & in ea ſacras pecunias inſumere, quibus ſemper ſoluti erant, cum eis Romani ſecundum patrias leges vivere permiſiſſent. Hæc dum vociferantur, rogavit Herodes Agrippam, ut illorum rationes audire vellet: allegavitque quendam ſuum amicum, nomine Nicolaum, qui Judæorum cauſam ageret. Cumque aſſeſſores ſibi advocaſſet Agrippa, Romanorum primos & qui aderant reges & principes, Nicolaus pro Judæis dicere aggreſſus eſt.

IV. *Iones Judæi de Græcis apud Agrippam expoſtulant.*

4. "Equidem omnes, Agrippa potentiſſime, "qui in anguſtiis ſunt, neceſſe habent ad eos con- "fugere, qui malis ipſos levare poſſunt: hi vero, "qui nunc ſupplices adſunt, etiam fiducia freti *ac-* "*cedunt*. Cum enim vos jam ante habuerint quales "*ut eſſetis* multis votis expetiverunt, ne beneficia "illis *veſtra* eripiantur per vos poſtulant qui ea de- "diſtis: præſertim cum ea quidem ab iſtis accepe- "rint, quibus unica erat dandi poteſtas; eiſdem "vero privati ſint, non à ſuperioribus, ſed ab illis, "quos ſciunt æque ac ipſos veſtro imperio ſubje- "ctos eſſe. quanquam ſi magna aſſequuti fuerint, "id ipſis in laude ponendum, quod tantis ſeſe di- "gnos præſtiterint; ſin parva, turpe erit, quod ea "confirmare nolint ii ipſi qui dederint. Minime "enim dubium eſt quin iſti, qui Judæos impediunt "& modis indignis tractant, utrisque injurii ſint; "eis qui *beneficia* acceperint, ſi bonos eſſe non exi- "ſtiment, quibus viri optimi, tam præclare de il- "lis merendo, teſtimonium tribuerunt; & illis "etiam *injurii ſint* qui ea dederint, ſi gratiam illo- "rum irritam fieri poſtulant. Si quis autem eos "interroget, utrum horum malint ſibi eripi, vi- "tam, an patrios ritus, pompas, ſacrificia & feſta, "quæ Diis ſuis *in honorem* adhibentur; probe novi "quod omnia potius perpetienda eſſe ducent, quam "ut aliquid ex inſtitutis patriis imminui ſinant. "Quin & multi propter iſta bella movent, ſum- "mopere caventes ne quis ea tranſgrediatur: atque "felicitatem, qua nunc univerſum hominum ge- "nus per vos fruitur, eo ipſo metimur, quod per "provincias ſingulis liceat ſua ſolennia obſervare, "moreque ſuo vivere. Et hoc quidem, quod illi "ipſi ægre ferrent, contra alios facere vi conantur; "quaſi non æque nefarie agant, ſive ſuam in deos "pietatem negligant, ſive aliis contra jus faſque

Nicolai Damaſceni concio.

ſa-

[s] Ἰλιεῦσι μὲν] Vide Excerpta ex *Nicolao Damaſceno* edita per *Valeſium*, p. 418.

[t] Εὐθυνόντων] Ita cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* *Διθυνόντων* in *cæteris*.

[v] Παρητήσατο] Ita *Hen.* Ἐδιητήσατο *Busb.* πιεσιήσατο in *Editis Aliiſque*.

[x] Δικαιολογουμένων] Sic *MSS.* Διαλεγομένων in *Editis*.

[y] Ἔλεξεν.] Ἐλεγεν *Busb.*

[z] Ὑμῶν οἷς] Ita cum *Cod. Vat.* ὑμῶν deeſt in *cæteris*.

[a] Αἰτοῦσιν τῶν δεδωκότων,] Iterum è *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* αἰτοῦντες in *Editis Aliiſque*.

[b] Ἀρχομένοις] Eo modo *Vat. Lugd. Bat.* & *Hen.* à prima manu. ἀρχομένους in *Editis Aliiſque*. HUDS. Lege ἀρχομένους ὁμοίως ὑμῖν. COCC.

[c] Ὑμῶν] *L. B.* ὑμῖν.

[d] Ἀμφω ἀδικοῦσι,] Præclara hæc emendatio debetur MS. *Lugd. Bat.* vulgatum enim fuerat haſtenus ἐφ' ᾧ ſenſu valde contorto; atque verterat *Hudſ. eo ipſo, quod injurii ſint eis* &c. pro quo *utriſque* repoſuimus. HAV.

[e] Οἱ κρείττονες ἐμαρτύρησαν] Οἱ κρείττους *Vat.*

[f] Εἰ δέ τις] Ita *Vat.* εἴτις in *cæteris*.

[g] Μὴ προσβαίνειν] *Lugd. Bat.* μὴ τὸ. *Coccejus*.

[h] Παθεῖν ἑλόμενοι βιάζονται] *Gall.* παθεῖν θέλοιεν ὑβρίζοντες. *Lugd. Bat.* vero in *Marg.* π. ἐθέλοιεν ὁ βιάζονται.

[i] Ὁσίων ἀμελοῖεν,] Ita *Vat.* & *Lugd. Bat.* ὁσίως in *Editis Aliiſque*.

"ſacra ſua adimi velint. Alterum vero *illud* jam con-
"ſideremus. nunquid populus eſt, aut civitas, aut
"hominum natio, cui non maximum bonorum vi-
"ſum eſt imperii veſtri patrocinium, & populi Ro-
"mani poteſtas. Eſtne ullus qui veſtra beneficia ir-
"rita eſſe deſiderat? nemo certe, niſi mentis inops.
"neque enim reperiuntur qui illorum publice pri-
"vatimque participes non fuerunt. Atqui veſtro
"quicunque munere conceſſa aliis auferre volunt,
"nihil ſibimet, ex iis quæ vobis accepta debent,
"firmum & incolume relinquunt: quanquam ea
"ejuſmodi ſint beneficia quæ ex dignitate æſti-
"mari nequeunt. Nam ſi regnorum quæ olim fue-
"rint præſentiſque imperii rationem haberent, in-
"ter multa ab eo ad felicitatem illis ſuppeditata,
"etiam & hoc inſtar omnium agnoſcendum, quod
"non amplius ſervi ſed liberi videantur. Noſtræ
"autem res, licet præclare nobiſcum agatur, non
"ita comparatæ ſunt ut invidiam nobis pariant.
"per vos enim factum eſt ut una cum omnibus
"vitam feliciter degamus; & hoc ſolum cum aliis
"commune habere poſtulavimus, ut ſine impedi-
"mento nobis liceat patriam pietatem colere. id
"quod & in ſe videatur haud invidendum, & è re
"illorum eſſe qui conceſſerint. nam ſi Deus ho-
"nore delectetur, illis etiam delectatur qui per-
"mittunt ut honore afficiatur. Porro noſtris in
"inſtitutis nihil ab humanitate alienum, ſed pieta-
"ti omnia conſentanea, & cum juſtitia ſalutari
"conjuncta. Neque enim præcepta *noſtra* occul-
"tamus, quibus ad vitam inſtituendam utimur, ut
"*veteris* pietatis monumentis noſtræque inter ho-
"mines profeſſionis. Septimum etiam diem addi-
"cimus inſtitutis noſtris & legibus perdiſcendis,
"volentes ut hiſce, æque ac aliis quibuſcunque,
"meditandis incumbamus, quibus obtemperando
"peccata vitabimus. Et pulchra quidem *appare-*
"*bunt*, ſi cui lubet ſigillatim ea diſcutere; nobis
"vero etiam antiqua eſſe *perſuaſum eſt*, licet non-
"nullis haud ita videantur: adeo ut à vetuſtatis il-
"lorum honore ægre diſceſſuri ſint, qui pia mente
"ea acceperunt & obſervant. Iſta *tamen* nobis vi
"& injuria auferunt: immo & pecuniam, quam
"Deo dicandam colligimus, ſacrilege diripiunt, &
"tributa à nobis exigunt, & feſtis diebus in judi-
"cia nos vocant, atque ad alia negotia obeunda,
"quibus non opus eſſet ex rerum contractarum
"fide, ſed ut religionem noſtram injuria affice-
"rent: cui & *illi* nobiſcum conſcii ſunt, ut qui
"odio in nos præter jus & fas omne flagrarint.
"Nam cum veſtrum in univerſos imperium ex
"æquo ſit, ita comparatum eſt ut benevolentiam
"*mutuam* alat odioque obſiſtat, ſi qui huic potius
"quam illi ſtudeant. Iſta itaque te rogamus, A-
"grippa potentiſſime, ne quid mali patiamur, ne-
"que injurioſe tractemur, neque inſtitutis noſtris
"uti prohibeamur, neque fortunis noſtris ſpolie-
"mur, neque illorum vi opprimamur cum vim iis
"nullam adhibeamus. nam & iſta non ſolum æqua &
"juſta ſunt, ſed & antea veſtro beneficio conceſſa.

"σιν ἀνοσίως [k] καταλύσιντο. τὸ δ' ἕτερον ἤδη [l] σκο-
"πήσωμεν. ἔστι τὶς δῆμος, ἢ πόλις, ἢ κοινὸν ἔθνος
"[m] ἀνθρώπων, οἷς ὁ μέγιστον ἀγαθὸν πέφηνεν ἡ παρου-
"σία τῆς ὑμετέρας δεξιᾶς, καὶ τὸ Ρωμαϊκὸν κρά-
"τος; ἐθέλοι δ' ἄν τις ἀκύρους τὰς ἐντεῦθεν εἶναι
"χαρίτας; οὐδεὶς οὐδὲ μαινόμενος. οὐδὲ γὰρ εἰ-
"σὶν οἱ μὴ μετέχοντες αὐτῶν ἰδίᾳ καὶ κοινῇ. καὶ
"μὴν οἵ [n] τινες ὧν ὑμεῖς ἔδοτε ἀφῃρούμενοι, [o] βέ-
"βαιον δ' αὐτοῖς ἔδεν ὧν δι' ὑμᾶς ἔχουσιν [p] ὑπο-
"λείπουσι. καί τοι τὰς μὲν τούτων χαρίτας, οὐ-
"δὲ μετρῆσαι δυνατόν ἐστιν. εἰ γὰρ ἐκλογίσαιντο τὴν
"[q] πάλαι βασιλείαν, καὶ τὴν νῦν δεχθὲν, πολ-
"λῶν ὄντων ὅσα πρὸς εὐδαιμονίαν αὐτοῖς ἐπέδωκεν,
"ἓν κατὰ πάντων δεκεῖ τὸ μηκέτι δούλους, ἀλλὰ
"ἐλευθέρους φαίνεσθαι. τὰ δ' ἡμέτερα, καὶ λαμ-
"πρῶς πραττόντων, οὐκ ἔστιν ὅπῃ φθονα. δι' ὑμᾶς
"γὰρ καὶ μετὰ πάντων εὐτυχοῦμεν, καὶ τούτου μό-
"νου μετέχειν ἠξιώσαμεν, ἀκωλύτως τὴν πάτριον
"εὐσέβειαν διαφυλάττειν, ὃ καὶ καθ' αὑτὸ δόξειεν
"οὐκ ὀπίφθονον, καὶ πρὸς τῶν συγχωρούντων εἶ-
"ναι. τὸ γὰρ θεῖον, [r] εἰ χαίρει τιμώμενον, χαίρει
"τοῖς ὑπηρέταις τιμῶν. ἐθῶν τε τῶν ἡμετέρων,
"ἀπάνθρωπον μὲν οὐδέν ἐστιν· εὐσεβῆ δ' πάντα καὶ
"τῇ [s] σωζούσῃ δικαιοσύνῃ συγκαθωσιωμένα. καὶ οὔτ'
"ἀποκρυπτόμεθα τὰ θεαγγέλματα οἷς χρώμεθα πρὸς
"τὸν βίον, [t] ὑπομνήμασιν [v] τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν
"ἀνθρωπίνων ὑπηδεμάτων. τήν τε ἑβδόμην τῶν
"ἡμερῶν [x] ἀνίεμεν τῇ μαθήσει τῶν ἡμετέρων ἐθῶν
"[y] καὶ νόμων, [z] μελέτην ὥσπερ ἄλλου τινὸς καὶ τού-
"των ἀξιοῦντες εἶναι, [a] δι' ὧν οὐχ ἁμαρτησόμεθα.
"καλὰ μὲν οὖν ἐὰν ἐξετάζῃ τις καὶ καθ' αὑτὰ τὰ
"ἔθη, παλαιὰ δ' ἡμῖν κἂν μή πῃ [b] δοκεῖ· ὡς αὐ-
"τῶν καὶ τὸ τοῦ χρόνου τιμιῶν [c] δυσαποδίδακτον εἰ-
"ναι τοῖς ὁσίως παρειληφόσιν καὶ διαφυλάττουσιν.
"τούτων ἡμᾶς ἀφαιροῦντας κατ' ἐπήρειαν, χρήματα
"μὲν ἃ τῷ Θεῷ συμφέρομεν [d] ἐπώνυμα [e] διαρπά-
"ζοντες, καὶ φανερῶς ἱεροσυλοῦντες, τέλη δ' [f] ἐπι-
"τιθέντες, [g] καὶ τῆς ἑορτῆς ἄγοντες ὅτι δικαίημα,
"καὶ πραγματείας ἄλλας, οὐ κατὰ χρείαν τῶν συν-
"αλλαγμάτων, ἀλλὰ κατ' ἐπήρειαν τῆς θρησκείας·
"ἵν' [h] καὶ σωίσωσιν ἡμῖν, μίσος οὐ δίκαιον οὐδ'
"αὐτεξούσιον αὐτοῖς πεποιῆτες. ἡ γὰρ ὑμετέρα κατὰ
"πάντων δεχὴ, χωμένη μία, τὴν μὲν εὔνοιαν ἐνερ-
"γὸν, τὴν δύσνοιαν [i] ἀεργὸν ποιεῖ τοῖς τοιοῦτον ἀντ'
"ἐκείνου προαιρουμένοις. ταῦτ' οὖν ἀξιοῦμεν, ὦ μέγιστε
"Ἀγρίππα, μὴ κακῶς πάσχειν, μηδὲ ἐπηρεάσεσθαι,
"μηδὲ κωλύεσθαι τοῖς ἔθεσι χρῆσθαι τοῖς ἡμετέροις, μηδ'
"ἀφαιρεῖσθαι τῶν ὄντων, μηδ' ἃ μὴ βιαζόμεθα τίνες,
"ὑπὸ τούτων βιάζεσθαι. καὶ γὰρ οὐ δίκαια μόνον
"ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν δεδομένα πρότερον ἐστι.
"καὶ [k] δυνάμεθα καὶ [l] πολλὰ δόγματα τῆς συγκλή-
"του, καὶ τὰς ἐν τῷ Καπετωλίῳ κειμένας δέλ-
"τους,

k Καταλύοιντο.] Καταλυθεῖεν *Vat.* καταλύοιεν *L. B.*
l Σκοπήσωμεν.] Ita *Hen.* & *Epiphan.* σκοπήσομεν in *reliquis.*
m Ανθρώπων,] Sic *Vat.* & *Epiphan.* ἀνθρώποις in *cæteris.*
n Τινες] *L. B.* τινὰ.
o Βέβαιον] *G.* βεβαίων.
p Υπολείπουσι.] *G.* ὑπολείπουσι.
q Πάλαι βασιλείαν,] Iterum cum *Cod. Vat. Lugd. Bat.* & *Epiphan.* πάσαν in *Editis Aliisque.*
r Εἰ χαίρει τιμώμενον,] Ita *Vat. Lugd. Bat.* & *Epiphan.* ut puto. ἀεὶ χαίρει in *Editis Aliisque* qua lectione retenta, mox legendum, καὶ χαίρει, vel χαίρει τε τιμώμενον.
s Σωζούσῃ δικαιοσύνῃ] Συνίθη *Vat.* forsan pro συνήθει.
t Υπομνήμασιν] *Gen.* σεσημάσιν.
v Τῆς] *G.* καὶ.
x Ανίεμεν] *L. B.* in *Marg.* ἀνεῖμεν.
y Καὶ νόμων,] Καὶ νόμων μελέτην *Hen.* καὶ νόμου μελέτην *Vat.* forsan pro νόμου μελέτην.
z Μελέτην] *L. B.* μελέτη.
a Δι' ὧν οὐχ ἁμαρτησόμεθα.] Illud δι' habuimus è *Cod. Vat.*
b Δοκεῖ.] Δοκεῖν *Hen.* δοκὴ *L. B.*
c Δυσαποδίδακτον εἶναι] Ita reſcribere placuit è *Cod. Vat.* (& *Lugd. Bat.*) ὡς αὐτῶν καὶ τῇ τοῦ χρόνου τιμῇ τὸ δυσαπόδεκτον εἶναι in *Editis Aliisque.* in *Epiphanii* verſione, *ut earum honor per longitudinem temporis non facile repellatur ab his qui eas caſte cuſtodiunt.*
d Επώνυμα] An? ἐπώνυμα & ἱερᾶ. HUDS. in *Add.*
e Διαρπάζοντες,] Διαφθείροντες *Vat.* non ita *Epiphanius*, qui vertit, *rapientes.*
f Επιθέντες,] Ita *Vat.* ἐπιθέντες in *reliquis.*
g Καὶ] *G.* κἀν.
h Καὶ σωίσωσιν] Καὶ non habet *L. B.*
i Αεργὸν] Ita reponi in *Addend.* juſſit *Hudſ. L. B.* vero expreſſe habet ἀναεργὸν. *Coccejus* emendat αὖ ἀεργὸν. *Editi* ἀργὸν. HAV.
k Δυνάμεθα] Δυνάμεθ' ἂν *Vat.*
l Πολλὰ δόγματα & συγκλήτου,] Conf. ſupr. lib. 12. c. 10. §. 6. SPANH.

m Υπάρ-

"τους, ὑπὲρ τούτων ἀναγινώσκειν. ἃ δῆλον μὲν
"ὡς μετὰ πείραν τῆς ἡμετέρας εἰς ὑμᾶς πίστεως
"ἐδόθη, κύρια δὲ κἂν εἰ μηδενὸς [m] ὑπάρξαν-
"τος ἐχαρίσασθε. κρεῖττον γὰρ οὐ μόνοις ἡμῖν, ἀλ-
"λὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, τὰ μὲν ὄντα [n] ἐφυλάξα-
"τε, μείζω δὲ τῶν ἐλπισθέντων προσθέντες, εὐ-
"εργετεῖτε τῷ κρατεῖν. καὶ δύναιτ' ἄν τις ἐπεξιὼν
"τὰς ἑκάστων εὐτυχίας, ἃς δι' ὑμῶν [o] ἔχουσιν,
"ἀπερίληπτον ποιῆσαι τὸν λόγον. ἵνα μέντοι καὶ δι-
"καίως ἁπάντων αὐτῶν τυγχάνοντας ἑαυτοὺς ὀπη-
"δείξωμεν, δέηται πρὸς παῤῥησίαν ἡμῖν, τὰ πρό-
"τερον σιωπήσαντι, τὸν βασιλεύοντα νῦν ἡμῶν, καὶ
"σὲ προσκαλεζόμενον, εἰπεῖν. ὁποῖα μὲν εὔνοια
"πρὸς τὸν ὑμέτερον οἶκον προσελέλειπται; ποία δὲ πίστις
"ἐνδεής ἐστιν; τίς δὲ ἡ νενέμηται τιμή; [p] ποία δὲ
"χρεία μὴ εἰς [q] πρῶτον [r] ὁρᾶ; τί δὴ κωλύει, καὶ
"τὰς [s] ὑμετέρας χάριτας τῶν εἰς τοσοῦτον εὐεργε-
"σιῶν ἀριθμὸν εἶναι; [t] δίκαιον δ' ἴσως μηδὲ τὸν
"ὑὸν τοῦ πατρὸς Ἀντιπάτρου προσλιπεῖν ἀνδραγαθίαν ἀμυν-
"μόνευτον, ὃς, [v] εἰς Αἴγυπτον εἰσβεβληκότι Καί-
"σαρι, δισχιλίους ὁπλίτας βαρβάρους, ἅτ' ἐν τοῖς
"κατὰ γῆν ἀγῶσιν, ἅτ' ὄντες νεῶν ἔδει, δεύτερον
"ἐξηταίζετο. καὶ τί δεῖ λέγειν ὅσῳ σκεῦνοι παρέσχον
"ῥοπῇ τῷ τότε καιρῷ, καὶ ποσῶν καὶ τίνων δω-
"ρεῶν ὑπὸ Καίσαρι ἠξιώθησαν; [x] ἄνωθεν δέον [y] ὑ-
"πομνῆσαι τῶν ὀλίγων, ἃς ἔγραψε τότε Καῖσαρ
"τῇ συγκλήτῳ, καὶ ὡς δημοσίᾳ τιμὰς καὶ πολιτείαν
"ἔλαβεν Ἀντίπατρος. δέκεσθαι γὰρ [z] ταῦτα πεκμήρια
"τοῦ καὶ τὰς χαρίτας ἡμᾶς κατ' ἀξίαν ἔχειν, καὶ
"τοῦ καὶ τὸ βέβαιον αὐτῶν αἰτεῖν, παρ' οὗ καὶ
"πρότερον μὴ [a] δοθείσας λῷον ἐλπίσαι, τῷ τοῦ βα-
"σιλέως πρὸς ὑμᾶς λόγῳ καὶ τῷ ὑμετέραν πρὸς
"αὐτὸν ὁρῶσιν. [b] ἀπαγγέλλεται δὲ ἡμῖν ὑπὸ τῶν
"ἐκεῖ Ἰουδαίων, ὡς μὲν ἐπέβης τῆς χώρας εὐμε-
"νὴς, ὡς δὲ ἀπέδωκας τῷ Θεῷ τέλεια χρώματα, τι-
"μῶν αὐτὸν [c] ἀπιπλείαις εὐχαῖς, ὡς δὲ τὸν δῆ-
"μον [d] ἐστιάσας, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ ἐκείνοις ξένια
"προσήκω. τοῦτο γὰρ πάντα καὶ ἐν [e] ἔθνει καὶ πό-
"λει πρὸς ἄνδρα τοσούτων ὑπερτεθέντα πραγμάτων
"δεξιώματα, καὶ συμβολα φιλίας χρὴ δοκεῖν, ᾗ
"ἀπέδωκας τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, τῆς Ἡρώδου προξε-
"νήσης αὐτῷ ἑστίας. τούτων προειμιμνήσκοντές σε, καὶ
"αὐτοῦ δὲ παρόντος καὶ συγκαλεζομένου βασιλέως ἠξιώ-
"καμεν προεῖπον ᾐδειν, ἃ δι' αὐτὸν δεδώκατε, τοῦτ' ὑπ'
"ἄλλων μὴ προιδεῖν ἀφαιρεμένους.

ε'. Τοιαῦτα δὲ τοῦ Νικολάου διελθόντος, ἐγένετο μὲν οὐδεμία τῶν Ἑλλήνων ἀνταναίτασις· οὐδὲ γὰρ ὡς ἐν δικαστηρίῳ, περὶ τῶν προκειμένων διελάμβανον, [f] ἀλλ' ᾗ ἔντευξις ὧν ἐδεήθησαν. κἀκείνων ὁμολογία μὲν ἀδεμία, τοῦ μὴ τοῦτο ποιεῖν· πρόφασις δὲ, ὡς τῇ χώρᾳ αὐτῶν νεμόμενοι, πάντα νῦν ἀδικοῖεν. οἱ δὲ [g] εὐγενεῖς τε [h] αὐτοὺς ἐδείκνυσαν, κἂν τῷ τὰ οἰκεῖα τιμῶν, μηδὲν λυποῦντες οἰκεῖον. σωιδὼν οὖν Ἀγρίππας βιαζομένους, ἀπεκρίνατο τοῦτο. "Μὲν
"μὲν τῷ Ἡρώδῃ πρὸς αὐτὸν εὔνοιάν τε καὶ φιλίαν,
"ἕτοιμος εἶναι πᾶν ὁτιοῦν χαρίζεσθαι [i] Ἰουδαίοις ἀξιῶ-

"Possumus & multa de iisdem senatus consulta,
"& tabulas in Capitolio positas recitare. quibus
"sane, fide nostra perspecta, nosmet ornastis, sa-
"crosanctis alioqui futuris, etiamsi gratiam vestram
"nostra non præcessissent merita. Nam non solum
"nobis sed & omnibus mortalibus sua conservastis,
"multisque præter opinionem in majus auctis vin-
"cendo benefacitis. adeo ut in immensum dicen-
"di campum excurreret, qui singulorum res pro-
"speras, quas vobis acceptas referunt, numerando
"percenseret. Verum ut nosmet istis omnibus *be-*
"*nesi iis*, quæ in nos contulistis, non indignos
"ostendamus, sufficiat nobis ad confidentiam,
"priora omnia si tacuerimus, de eo, qui jam re-
"gno potitur tibique assidet, *pauca* dicere. Quod
"enim ille benevolentiæ *aut officii* genus vestræ fa-
"miliæ non præstitit? qua in re fides ejus desside-
"rata? quemnam erga vos honorem non excogita-
"vit? ad quam necessitatem non primus adfuit?
"Quid igitur vetat, quo minus vestra beneficia
"tantis ejus in vos meritis respondeant? Forsan &
"par est ut patris ejus Antipatri fortitudinem si-
"lentio non prætereamus, qui, expeditione in
"Ægyptum facta à Cæsare, cum duobus armato-
"rum millibus suppetias tulit, & tam terrestribus
"quam navalibus præliis nemini cedere comper-
"tus est. Et quidni dicerem, quantum illi eo tem-
"pore rebus ejus momentum attulerint, & quan-
"tis & qualibus muneribus à Cæsare donati fue-
"rint? cum antea debuerim literarum mentionem
"feciisse, quas tunc Cæsar senatui scripsit; & quo-
"modo à populo honores & jus civitatis obtinuit
"Antipater. Hæc enim satis indicant, nos non
"immerito vestra consequutos esse beneficia, nec
"*sine ratione* petere, ut ea nobis confirmares, quæ,
"si prius data non fuissent, à te sperare nobis li-
"cuisset, spectantibus regis erga vos animum, ve-
"strumve in illum. Quin & nunciatum est à Ju-
"dææ incolis, quam amice & benevole provinciam
"ingressus es, utque Deo justa sacrificia obtulisti,
"& votis rite factis illum honorasti, utque popu-
"lum epulis adhibuisti, ejusque non dedignatus es
"hospitalia munera. Atque hæc omnia, quibus
"vir in tanta dignitate constitutus à gente & ur-
"be exceptus fuerit, pro argumentis haberi debent
"amicitiæ inter te & Judæorum gentem sancitæ,
"propter necessitudinem quæ tibi cum Herodis
"domo intercessit. Horum te admonentes, regis-
"que, qui jam præsto est tibique assidet, nihil præ-
"terea postulamus, quam ut ea, quibus nos imper-
"tiri voluistis, aliorum vi & injuria nobis eripi
"non patiamini.

5. Cum ejusmodi orationem Nicolaus habuis-
set, Græci quidem nullatenus intercesserunt: non
enim ut in judicio de rebus istis litigabatur, sed
supplicatio erat contra vim. nec illi quidem omni-
no inficiabantur, se ista fecisse: sed eo se tegebant,
quod dicerent Judæos ipsorum finibus uti, & in
eo nunc injurios esse. Illi vero se bono genere esse
demonstrarunt, quodque *ubi versarentur ibi* leges
suas haberent in pretio, in eo illis injuriam non
facere. Quamobrem Agrippa, intellecto quod vim
paterentur, sic respondit. "Se quidem propter
"Herodis in ipsum benevolentiam & amicitiam
"paratum esse Judæis postulata concedere, eaque
"etiam

V. *Agrippa Judæorum immunitates confirmat.*

m Ὑπάρξαντος ἐχαρίσασθε.] Ὑπαρξιν *Vat.*
n Ἐφυλάξασθε,] Φυλάξαντες *Vat.*
o Ἔχουσιν,] Ἔχωσιν *Vat.*
p Ποία ἡ χρεία] Ita lego. ποῖα ἡ χρεία in libris.
q Πρῶτον] *L. B.* in *Marg.* πρῶτον.
r Ὁρᾷ;] Sic *Hen.* ὁρᾷ in *cæteris.* quod *Ibbetson* præfert.
s Ὑμετέρας χάριτας] Ita lego. χαριτέρας in *libris.*
t Δίκαιον δ' ἴσως] Καλὸν *Vat.* & *Lugd. Bat.* interpretamentum, ut puto, vocis δίκαιον.
v Εἰς —— Καίσαρος,] Illud εἰς è *Cod. Vat.*
x Ἄνωθεν] *Lugd Bat.* καθ' ἓν & forsan melius. HAV.
y Ὑπομνῆσαι τῶν ὀλίγων,] Ἀναμνῆσαι *Vat.* & *Lugd. Bat.* ὑπομιμνῆσαι G.
z Ταῦτα τεκμήρια] Ταῦτα τὰ τεκμήρια *Vat.* & *Lugd. Bat.*
a Δοθείσας λῷον ἐλπίσαι] Ita *Vat. Lugd. Bat.* & *Gall.* δοθείσης in *Editis Aliisque.*
b Ἀπαγγέλλεται] *Lugd. Bat.* in *Marg.* ἀπήγγελται.
c Ἐπιτελείαις] Forte ἐπὶ τελείαις. COCC.
d Ἑστιάσας,] *L. B.* ἑστιάτας.
e Ἔθνει καὶ πόλει] Illud ἐν adjectum esse volumus è *Cod. Vat.*
f Ἀλλ' ᾗ ἔντευξις] Ita è *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* ἀλλ' ἡ ἔντευξις in *Editis Aliisque.*
g Εὐγενεῖς] *L. B.* εὐγνώς.
h Αὐτοὺς] Ita lege, non αὐτοὺς. COCC.
i Ἰουδαίοις ἀξιῶσιν, ᾗ ἧ ἀξιοῦσιν καὶ καθ' αὐτὰ δίκαια δοκεῖν *Vat.*

"etiam in se justa existimare: adeo ut si plura qui-
"dem petiissent, non gravaretur ea illis largiri,
"dummodo sine incommodo fieret imperii Ro-
"mani. quoniam vero *tantum* postulant ut quæ
"prius acceperint rata maneant, se confirmatum
"dare, ut nemo illis injuriam faciat instituta sua
"observare perseverantibus". Cum ista dixisset,
concionem dimisit. Atque Herodes coram stans
ipsum salutabat, & quod ita in illos affectus esset
gratias agebat. Ille vero hisce delectatus paria re-
ferebat, illum in suos complexus accipiens salu-
A Lesbo digreditur. tansque. Et tunc quidem à Lesbo discessit. Rex
autem Samo mari domum reverti statuit, atque
ubi Agrippæ valedixerat oram solvit: & non mul-
tis post diebus Cæsaream appulit, vento usus se-
cundo. Indeque Hierosolyma profectus convoca-
Herodes, Hierosolyma reversus, quæ in itinere gessérit, populo exponit. vit omnem populum (ingens autem erat etiam ex
agris multitudo) atque in mediam concionem pro-
gressus, eis totius itineris sui rationem exposuit,
seque Judæis in Asia perfecisse, ut deinceps sua
jura quiete retenturi essent. Prolixam etiam de re-
bus suis prosperis regnique administratione narra-
tionem fecit, ut in omnibus utilitatis eorum stu-
diosus fuerit; atque lætitia elatus, quartam super-
ioris anni vectigalium partem eis condonavit. Il-
li vero, & gratia & oratione *regis* mirifice capti,
vehementer lætati discesserunt, bona multa *prospe-
raque omnia* regi optantes.

"σιν, καὶ καθ' αὐτὰ δὲ δίκαια δοκεῖν· ὡς' εἰ μὲν
"ἐδέοντο καὶ πλειόνων, οὐκ ἂν ὀκνῆσαι πάγε [k] μὴ
"λυπεῖν τὰ τῶν Ρωμαίων ἔθνη τῷ ἔθει χρῆσθαι. [l] ἐπεὶ
"δὲ ἃ καὶ πρῶτον εἰλήφασιν ἄκυρα [m] μὴ γένηται,
"[n] βεβαιοῦν αὐτοῖς ἀνεπηρέαστος ἐν τοῖς οἰκείοις νό-
"μοις ἔθεσι". τοιαῦτα εἰπὼν, [o] διέλυσεν τὸν συλ-
λογον. Ηρῴδης δὲ [p] πρόσεως κατηπάζετο, καὶ τῆς
[q] πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ὁμολογῶν χάριν. ὁ δὲ καὶ
εἰς πάντα φιλοφρονούμενος, ἴσον αὐτὸν παρεῖχεν ἀν-
τιμεταλαμβανόμενος καὶ καταπαζόμενος. καὶ τότε μὲν
ἀνεχώρησεν ἀπὸ Λέσβου. [r] ἀπὸ δὲ Σάμου πλεῖν ὁ βασι-
λεὺς ἐπ' οἴκου διέγνω, καὶ τὸν Αγρίππαν προπεμψάμε-
νος ἀνήχθη· κατάγεται δὲ εἰς Καισάρειαν ὀλίγαις ὕστε-
ρον ἡμέραις, πνεύματος ἐπιτηδείων τυχών. κἀκεῖθεν
ἐλθὼν εἰς Ιεροσόλυμα, συνήγαγε ἐκκλησίαν πάνδημον.
ἐν ᾗ πολὺς καὶ τῆς χώρας ὄχλος. ὁ δὲ παρελθὼν, ἀπο-
λογισμόν τε τῆς ὅλης [s] ἀποδημίας ἐποιήσατο, καὶ τὰ πρὸς
τοὺς Ιουδαίους ὅσα κατὰ τὴν Ασίαν ἦσαν, ὡς δι' αὐτὸν [t] ἀνεπη-
ρεάστως εἰς τὸ λοιπὸν ἔξουσιν. [v] διηγήσατό τε σύμπαν ἐπὶ
τῇ εὐτυχίαις, καὶ τῇ διοικήσει τῆς ἀρχῆς, ὡς [x] ἑδενὸς παρα-
λείποιτο τῶν ἐκείνοις συμφερόντων, [y] ἀγαλλόμενός τε τὸ
τέταρτον τῶν φόρων ἄφεσιν αὐτοῖς ἐς παρεληλυθότος
ἔτους. οἱ δὲ, καὶ τῇ χάριτι καὶ τῷ λόγῳ δεδημαγωγημένοι,
μετὰ πλείστης ἀπήεσαν χαρᾶς, πολλὰ ἀγαθὰ [z] σωδυχό-
μενοι τῷ βασιλεῖ.

VI.

CAP. III.

Quomodo domi Herodis oritur dissidium, quod ille Antipatrum filium suum natu maximum pluris faceret, & res ista ut contumelia doleret Alexandro.

Oritur domi Herodis dissidium. GLiscebat autem indies domesticum dissidium,
crescendoque in deterius vergebat, dum Salo-
me quasi jure hereditario in adolescentes odium
Salome hereditario odio Mariamnes filios prosequitur. exercebat, atque ex iis quæ bene cesserant contra
matrem eò temeritatis & audaciæ efferebatur, ut
neminem relinquere è natis conaretur, qui occisæ
mortem ulcisci posset: atque adolescentes è con-
tra feroces & in patrem malevoli fiebant, tum re-
cordatione injuriæ matri illatæ, tum regnandi cu-
pidine. Iterumque malum erat quale prius, quod
& adolescentes Salomæ & Pheroræ libere & aper-
te maledicebant, atque illi malicioſi erant in ado-
lescentes, eisque enixe insidias struebant. Nam
odium quidem utrinque par erat, modus vero il-
lud exercendi dissimilis. dum hi quidem palam
conviciarentur & temere probra jacerent, præ re-
rum imperitia animi ingenui esse existimantes iram
non dissimulare: illi vero, alia via aggredientes,
calumniis callide & improbe confictis utebantur,
juvenes ex omni occasione provocantes, reputan-
tesque audaciam illorum versum iri in vim contra
genitorem. nam, cum matris criminum eos non
puderet, neque eam jure occisam esse putarent,
fieri non posse colligebant, ut non eum ultum
irent suis etiam manibus, quem cædis auctorem

ΚΕΦ. γ'.

Ως' ἐταράχθη τὰ πρὸς τὴν οἰκίαν Ηρῴδῃ, πρωτιμῶντι
μὲν Αντιπάτρου τὸν πρεσβύτατον υἱὸν, χαλεπῶς δὲ τὰ
πρὸς Αλέξανδρον φερόντων τὴν ὕβριν.

Προύβαινε δὲ [a] ἀεὶ τὰ καθ' ἡμέραν τῆς οἰκίας, καὶ
χαλεπωτέραν ἐλάμβανε τὴν ὄψιδοσιν, ἀντιμε-
ταλαβούσης μὲν ὥσπερ ἐκ κληρονομίας τὸ κατὰ τῶν νεανί-
σκων μῖσος τῆς Σαλώμης, καὶ πᾶν ὅσον εὐδοκιμήκει
κατ' ἐκείνης παρὰ τοῦ μητρὸς αὐτῶν εἰς ὑπόνοιαν καὶ θεράσος λαμβα-
νούσης, μηδένα τῶν ἐξ ἐκείνης καταλιπεῖν, ὃς [b] δυνήσε-
ται τιμωρῆσαι τῷ θανάτῳ [c] τὴν ἀνηρημένης· ἐχόντων δέ
τι καὶ τῶν νεανίσκων θρασὺ καὶ δύσνουν εἰς τὴν γεγυνηκότα,
μνήμη τε τῆς μητρὸς οἷα πάθοι τοῖς θεῷ τῷ ἀξίαν, καὶ τῇ
ἐξ κρατεῖν ὑπεθυμία. πάλιν τε τὸ κακὸν ὅμοιον ἐγεγόνει
τοῖς πρώτοις, βλασφημίαι μὲν ἐξ ἐκείνων εἴς τε τὸν
Σαλώμην καὶ τὸν Φερώραν, κακηθῆναι δὲ τούτων εἰς τὰ
μειράκια, καὶ μετὰ παραμελείας ὑπόκλη. τὸ μὲν γὰρ
μῖσος ἴσον ἐξ ἀλλήλων, ὁ δὲ τρόπος τοῦ μισεῖν οὐχ
ὅμοιος. ἀλλ' οἱ μὲν ἐν τῷ φανερῷ λοιδορηθῆναι, καὶ
προσυνειδίσαι προπετεῖς, εὐθὺς κατὰ τὴν ἀπόφασιν οἰόμε-
νοι τὸν [d] ὀργῆς ἀνυπόσχετον. [e] οἱ δὲ ἐκ τοιούτου τρόπου,
ἀλλὰ παραμελικῶς καὶ κακηθῶς ἐχρῶντο τῇ ἀφθολαίᾳ,
[f] προσέλκοντες ἀεὶ τὰ μειράκια, καὶ τὸ θρασὺ καταλο-
γιζόμενοι βίαιον ἔσεσθαι πρὸς τὴν γεγυνηκότα. τὸ γὰρ οὐκ
αἰδεῖσθαι τὴν τῆς μητρὸς ἁμαρτίαις, ἀλλ' οἴεσθαι δίκαια
παθεῖν ἐκείνην, ἄχετον εἶναι πρὸς τὸ μὴ τὸν αἴτιον δο-
κοῦν-

k Μὴ λυπεῖντα] Μὴ perperam *Vat.* & *Hen.* à prima manu.
l Επεὶ ἢ ἃ] Επειδὴ ἃ καὶ πρότερον *Vat.* ἤδη ἢ ἃ καὶ πρότερον *Busb.*
m Μὴ γένηται,] Ita in plerisque *MSS.* μὴ γενέσθαι *Hen.* & *Bas.* Post μὴ γένηται subintelligendum ἀξιοῦσι, quod forsan alieno loco positum, mox supr.
n Βεβαιοῦν αὐτοῖς] Διὸ βεβαιοῦν *Busb.*
o Διέλυσεν] *L. B.* διέλυε.
p Προσεως] *L. B.* προσεσως.
q Πρὸς αὐτὸν ἀφθόνους] Εἰς αὐτὸν *Vat.*
r Απὸ ἢ Σάμου πλεῖν ὁ βασιλεὺς] Ita quum expresse extet in *L. B.* veram credidi lectionem, atque eam recepi. *Vulgati* omnes πλεῖν δ' ὁ βασιλεύς. HAV.
s Ο βασιλεὺς —— ἀνήχθη·] Rex autem domi (domum) reverti volens *Rufin. adde:* exorato Agrippa, *aut* impetrata ejus rei venia ab Agrippa; navigavit. *Omittit hæc Gelenius.* SPANH.
ss Αποδημίας ἐποιήσατο,] Ἐκδημίας *Vat.*
t Ανεπηρεάστως εἰς τὸ λοιπὸν ἔξουσι] *Erit*, quod imperturbatè & tranquille deinceps degerent. SPANH.
v Διηγήσατό τε σύμπαν] Διηγήσατο τότε σύμπαν *Vat.* (*Coccejus*) & *Busb.*
x Οὐδενὸς παραλείποιτο] Παραλίποιτο *L. B.* Οὐδὲν παραλείποι τῶν ἐκ. *Busb.*
y Αγαλλόμενός τε τὸ τέταρτον] Αγαλλόμενον τὸ τ. *Busb. Lugd. Bat. Hen.* & *Vat.*
z Σωδυχόμενοι τῷ βασιλεῖ.] Επῳδυχόμενοι *Busb.*
a Αεὶ τὰ καθ' ἡμέραν τῆς σάσιν] Αὐτῷ pro ἀεὶ *Busb.*
b Δυνήσεται] *L. B.* Δυνήσετ'.
c Τῆς ἀνηρημένης·] Τῆς δι' αὐτὸν ἀνηρημένης *Vat.*
d Οργῆς ἀνυπόσχετον.] Ανδρείως τε καὶ ἀνυποστόλως Dio Chrys. Or. XIII. p. 223. B. SPANH.
e Οἱ δ' ἐκ τοιούτου τρόπου,] Οἱ δὲ καὶ τοιοῦτον τρόπον *Vat.* & *Lugd. Bat.*
f Προσέλκοντες ἀεὶ τὰ μειράκια,] Προσέλκοντες *Vat.*

κομῶντα [g] πιμπρήσεσθαι, καὶ δι' αὐτοχειρίας. τέλος οὖν [h] ἀνεπλήσθη πᾶσα ἡ πόλις τῶν τοιούτων λόγων, καθάπερ ἐν τοῖς ἀγωνίσμασιν, [i] ἠλέητο μὲν ἡ τῶν μειρακίων ἀπειρία, κατίσχυε δ' ἡ τοῦ Σαλώμης ἐπιμέλεια, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων τὰς ἀφορμὰς ἔχουσα μὴ ψευδῆ λέγειν ἐλάμβανεν. οἱ γὰρ ἅτως ἀχθόμενοι τῷ θανάτῳ τῆς μητρὸς, ἐπειδὴ κἀκείνῳ ἦσαν πικροὶ [k] ἔλεγον, ἐφιλονείκουν ἐλεεινῷ μὲν ὡς ἐπὶ τῷ καταστροφῇ τῆς μητρὸς, ἐλεεῖσθαι δὲ αὐτοὺς οἷς τοῦ ἐκείνης φονεῦσιν ἀναγκαίως ἔπειτα συζῆν, καὶ τῶν αὐτῶν μεταλαμβάνειν.

β'. Ταῦτα περὶ μείζονος, καιρὸν ἔχοντος τὴν στάσεως ἐν ἀποδημίᾳ τοῦ βασιλέως. ὡς δ' ἐπανῆλθεν Ηρῴδης, καὶ τῷ πλήθει διελέξατο καθὼς προεφθάκαμεν, προσέπιπτον εὐθὺς οἱ λόγοι περί τε Φερώρα καὶ τῆς Σαλώμης, μέγαν αὐτῷ τὸν κίνδυνον εἶναι, τόν τε περὶ τοὺς νεανίσκων ἀναφανδὸν διαπεπλεγμένων, ὡς οὐκ ἀνέξονται μὴ πιάμενοι τὴν μητρὸς τὸν φόνον. προσετίθησαν [l] δέ τι, καὶ ὡς ἐκ παρ' Αρχελαου τοῦ Καππαδοκος ἐλπίσιν ἐπανέχοιεν, ὡς δι' ἐκείνου πρός τε Καίσαρα ἀφιξόμενοι, καὶ κατηγορήσοντες τοῦ πατρός. Ηρῴδης δὲ πεπέρακτο μὲν εὐθὺς ἀκούσας τοιούτων, ἐξεπεπλήκτο δὲ μᾶλλον ὅτι καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ἀπήγγελλον. [m] καὶ ἀνεκαμπτε τῇ συμφορᾷ τά τε πρῶτα καταλογιζόμενος, ὡς ἔστι τῶν φιλτάτων ἔστι τοῦ στεργομένης αὐτῷ γυναικὸς ὤναλο, διὰ τοὺς [n] ἐγγινομένους παραχὰς καὶ τὴν οἰκίαν. [o] τό, τε μέλλον δὲ προσεπιωκτος ἤδη βαρύτερον καὶ μεῖζον ἑαυτοῦ ὑπολαμβάνων, ἐν συγχύσει τὴν ψυχῆς ἦν. τῷ γὰρ ὄντι πολλοῖς μὲν τὸ ἔξωθεν ἐπὶ παρ' ἐλπίδας εἰς εὐτυχίαν αὐτῷ τὸ δαιμόνιον προσεπῆκε· μέγιστα δὲ τὰ οἰκοι, καὶ μηδὲ προσδοκώμενα, δυσχεῖν αὐτῷ συνέβαινεν, ἑκατέρᾳ [p] προσόντος ὡς οὐκ ἄν τις εἰπὼν, καὶ παρέχοντος ἀμφήριστον τὴν ὑπεροχὴν, εἰ δέον τὴν τοσαύτην εὐτυχίαν τῶν ἔξωθεν πραγμάτων [q] ἀλλάξαι τὰ οἴκοι κακῶν, ἢ τοιοῦτο μεγέθος τοῦ περὶ τὰς οἰκείας συμφορὰς διαφυγεῖν, ἐν τῷ μηδὲ [r] τὰ [s] τῆς βασιλείας θαυμαζόμενα κεκτῆσθαι.

γ'. Ταραττόμενος [t] δὴ καὶ διακείμενος τὸ τρόπον τοῦτον, [v] ὅτι καθαιρέσει τῶν μειρακίων ἕτερον αὐτῷ γιγόμενον ἰδιωτεύοντα παῖδα προσήγετο, καὶ τοῦτον ἐδόκει τιμᾶν· ἐκαλεῖτο δὲ Αντίπατρος· οὐχ ὥσπερ ἐν ὑστέρῳ καὶ πλέως ἠληθεῖς αὐτὸ, καὶ πάντ' εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρων, οἰόμενος [x] θαρραλέως τοῦ θράσους τὰς ἐκ Μαριάμμης, καὶ μᾶλλον εἰς νουθέτησιν τῶν ἐκείνων [y] οἰκονομῶν αὐτό. τὸ γὰρ αὐθαδες οὐκ ἂν εἴη παρ' αὐτοῖς εἰ τοῦτο πεφθέγοιτο, ὅτι μὴ μόνοις μηδὲ ἐξ ἀνάγκης ἡ διαδοχὴ τῆς βασιλείας ὀφείλεται. διὸ καὶ [z] καθάπερ ἔφεδρόν τινα τὸν Αντίπατρον [a] εἰσήγαγε, οἰόμενος ὀρθῶς ποιεῖν, καὶ καταστελέντων τῶν μειρακίων ἐξεῖναι εὐκαίρως χρῆσθαι βελτίοσιν. τὸ δ' οὐχ ὥσπερ ἐνόησεν ἀπέβη. τοῖς τε γὰρ πᾶσιν ἃ μετρίως ἐδόκει εἶναι ἀρκεῖν ἐβαρύνετο, καὶ τὸν Αντίπατρον ἐπὶ τοσοῦτον ἐπῆρε τῆς ἐλπίδος, ὡς ἐπιβουλεύειν τῷ πατρὶ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκ τούτου σπεύδειν λαβεῖν.

esse arbitrarentur. Tandem itaque factum est ut urbs hujusmodi sermonibus plena fuerit, &, ut fit in certaminibus, juvenum quidem imperitiæ misertum est, prævalebat autem Salomes cura & diligentia; atque ab illis ipsis occasionem captabat ad dicendum quod verisimile erat. Illi enim ægre adeo ferentes matris occasum, postquam & ipsi & illis maledictum esset, studiose agebant, ut miserabilis, sicuti revera erat, videretur matris interitus, ipsique etiam miserandi, qui necesse haberent una cum parentis interfectoribus vivere, & eadem cum illis participare.

2. Ista propterea crescebant, quod absente rege major erat dissensionis occasio. Quam primum vero reversus est Herodes, & cum populo, ut jam ante diximus, colloquutus est, statim sermones ferebant Pheroras & Salome, magnum illi periculum imminere ab adolescentibus, qui ei aperte minarentur, non se matris necem inultam relicturos. Addebant & illud, eos sperare ab Archelao Cappadoce, fore ut ejus ope ad Cæsarem irent & patrem accusarent. His sermonibus auditis statim turbatus est Herodes, eoque magis perculsus est, quod eadem ab aliis accipiebat. Atque ex hac calamitate ei in memoriam & cogitationem veniebant quæ prius acciderant, quod propter dissidia inter domesticos orta nec charissimis sibi nec conjuge dilectissima frui potuerit. Atque futura præteritis graviora & majora fore suspicans, plane confusus erat animo. Nam revera foris quidem pleraque, etiam magis quam speraret, ad voluntatem fluebant, Dei beneficio: fiebat autem ut quæ maxima essent domi, etiam præter exspectationem, male ei cederent; rebus utrinque aliter quam opinio tulerit evenientibus, & incertum reddentibus utrum præstabilius fuisset, res foris quam felicissime gessisse ac deinde malis domi implicari, an calamitates adeo magnas inter domesticos effugisse, regnum detrectando & quæ homines in eo mirari solent. *Pheroras & Salome Alexandrum & Aristobulum apud Herodem accusant.*

3. Turbatus itaque & in hunc modum afflictus, ut pueros deprimeret, alterum filium, sibi natum cum adhuc privatus esset, (vocabatur autem Antipater) accersivit; & illum in honore habere statuit; non sicut postea cum ab eo plane victus esset & ad eum omnia referret: sed eo animo ut audaciam filiorum Mariamnes coërceret, magisque ut eos admoneret, id ita constituens. eo enim minus sibi arrogaturos, si illis persuasum esset, regni successionem neque solis sibi neque necessario deberi. Hac de causa Antipatrum, * quasi æmulum, ad se domum recepit, putans se bene ac sapienter rebus suis providere; atque, repressa juvenum ferocia, licere tempestive eos meliores habere. Verum longe aliter evenit ac putarat. Nam & *Antipater Herodis filius.*

[g] Τιμωρήσεσθαι] Τιμωρήσασθαι *Vat.* (*Lugd. Bat.*) *Busb.* & *Gall.*
[h] Ανεπλήσθη] *L. B.* ἐπλήσθη.
[i] Ηλέητο μὲν] Ηλείπτο *Gall.* & *Lugd. Bat.*
[k] Ελεγον,] *L. B.* ἔλεγεν.
[l] Δὲ τὶ] *L. B.* δ' ἔτι.
[m] Καὶ ἀνέκαμπτε] *L. B.* ἀνέκαμπτε δ'.
[n] Εἰγγινομένους] *L. B.* ἐἰγγυωμένας.
[o] Τό, τε μέλλον δὲ] Ita lego, sicut in ora libri à docta manu emendatum inveni. prius erat τότε μέλλοι τ. π. ἢ. βαρὺ, καὶ μεῖζον ἑαυτοῦ ὑπολ. in *Cod. Vat.* τότε μᾶλλον π. τ. ἢ βαρὺ καὶ μεῖζον ἑαυτὸν ὑπ' si rectum esset τότε μᾶλλον, (quod & in *L. B.* exstat) in sequentibus legendum ἑαυτὸν pro ἑαυτοῦ.
[p] Προσοντος] *L. B.* προϊόντος.
[q] Αλλάξαι τὰ οἴκοι κακῶν,] Αλλάξασθαι *Vat.*
[r] Τὰ τῆς βασιλείας θαυμαζόμενα κεκτῆσθαι.] Ita *Vat.* τὰ βασίλεια θαυμαζόμενα κτήσασθαι in *Edd. Aliisque.* Omnia fere à τῷ γὰρ ὄντι &c. à §. 2. usque ad ταραττόμενος in versione sua prætermisit *Epiphan.* At *Gelenius* in hunc modum interpretatus est, *Revera enim quemadmodum foris supra spem fortuna utebatur propitia, sic domi præter opinionem omnia male cedebant; ut merito ambigendum sit, possitne pensari tanta felicitate externa ejus calamitas domestica; an satius esset carere ex æquo utraque, & intra privatam fortunam consistere.*
[s] Τῆς] Illud τῆς ex *L. B.* additum, qui in reliquis *Vat.* adstipulatur. HAV.
[t] Δὴ καὶ διακείμενος τὸ τρόπον] Ita lego & interpungo auctoritate *Epiphanii.* antea in *Editis*, ταραττόμενος ἢ καὶ διακείμενος τὸ τρόπον τοῦτον ἐπὶ κ. τ. μειρακίων, ἕτερον &c.
[v] Επὶ καθαιρέσει τῶν μειρακίων] De cæde filiorum, *quæ omittit Gelenius, aut aliter vertit.* SPANH.
[x] Παραιρεῖσθαι δὲ] Forsan θρασυτητος.
[y] Οἰκονομῶν αὐτό.] Ita *Vat.* οἰκοδομῶν αὐτὸν in *Editis Aliisque.* HUDS. Omnia in eum trastulit *Rufinus.* SPANH.
[z] Καθάπερ ἔφεδρόν τινα] Appositè hic ἔφεδρος Antipater, quasi tertiarius in duorum fratrum vicem subsidiarius juxta *Schol. ad Ajac. Sophol.* v. 618. ἔφεδρος ἦν παρισπώσασθαι, ὅταν δύο τινὲς παλαίωσι, παλαίειν τῷ νικήσαντι. Hinc *Lucianus in Gallo.* ἐγὼ δὲ ἔφεδρος εἰμὶ καὶ ἀνίζήτητος καὶ διάδοχος ἐκκλησίᾳ. Vide plura quæ noto de hac voce ad *Æschyli Choëph.* v. 861. μόνος δὲ ἔφεδρος Δίκαιος μέλει Θεὸς Ὀρέστης &c. Idem vero hic *Zonaras* p. 245. B. ὡς ἔφεδρόν τινα τὸν Ἀντίπατρον εἰσήγαγεν. Infra ἀλλαχ. lib. 1. c. 42. ὥσπερ ἐπιτείχισμα τοῖς υἱοῖς &c. SPANH.
* *Quasi æmulum,*] Succedaneum, *Gelen.*
[a] Εἰσήγαγεν,] Εἰσῆγεν *Vat.*

& pueri gravi se injuria affici interpretabantur: & Antipater, homo versutus, postquam semel eò venit ut sperare auderet quod antea non sperabat, id unum dabat operam, ut fratres male tractaret, & primum eis locum non cederet, patrique adhæreret, qui jam ab illis alienatus erat per calumnias, & in id cui studuerat facile adduci potuit, ut in eos indies magis magisque irritaretur, calumniis oneratos. Omnes itaque rumores ab illo erant disseminati, qui *tamen* cavebat ne ipse videretur hujusmodi quid *ad patrem* deferre: sed in eam rem uti maluit opera hominum, in quos nulla caderet suspicio, quique id ex sua in regem benevolentia facere crederentur. Jam vero multi Antipatrum propter ejus spem colebant, & hujusmodi sermonibus Herodi plane persuadebant, quod ex suo in illum amore profecti viderentur. Cumque hæc per multos inter sese fideles certatim agebantur, tum etiam ipsi adolescentes magnam ejus rei præbebant occasionem. Nam frequenter lachrymas ob contumeliam, qua afficerentur, emittebant, & matrem appellabant: quinetiam aperte apud amicos patrem ut iniquum redarguere conabantur. quæ omnia, pro ea qua erat malitia, opportune aucupatus Antipater, Herodi non sine additamento renunciabat, quibus factum est, ut domestica lis sensim deterior evaderet. Rex enim calumniis *istis* offensus, & Mariamnes filios deprimere volens, Antipatrum indies novis augebat honoribus; adeo ut tandem victus ejus matrem domum asciverit. Cæsari etiam sæpe pro eo scribens, privatim hunc ei officiosissime commendabat. Cumque Agrippa quidem in eo esset ut Romam, postquam annos decem res Asiæ administrasset, peteret, à Judæa profectus *Herodes* ad illum navigavit, eique Antipatrum, quem unum secum duxerat, tradidit, Romam ducendum cum multis donis, ut fieret Cæsaris amicus: adeo ut jam omnia penes illum esse, adolescentes vero spe regni prorsus excidisse viderentur.

Mariamnes filios male tractat, eisque insidias struit.

